


Biblioteca Universitaria
C. NARR
a
24
258

ingelu
sisset r

ias em

genai
ligna
n eodem


lesia
sa req
m m



in Collegio della Comp^{ta} de' frati de qua nuda *BR*
C O M M E N T A R I A *P-9597*

In Canticum canticorum Salomonis. Authore Fratre Hieronymo Almonacirio Ordinis Prædicatorum, Sacrorum Bibliorum in Complutenſi Academia interprete.

Ad D. Garſiam Loayſam Sereniſſimi Principis noſtri Philippi Magiſtrum digniſſimum.



Cum duplici indice & tabula verè aurea concionatoribus
vtiliſſima pro concionibus, tam de tempore, quam
de Sanctis, quæ per totius anni circulum
haberi ſolent.

C O M P L U T I

Ioannes Krieger à Lequerica excudebat. Anno 1588.

EX commissione supremi Regij fenatus perle-
gi hanc in Canticum canticorū Salomonis ex-
positionem, per fratrem Hieronymum Almo-
nacirium sacrae familiae prædicatorum, dignissimūq; in
sacra Theologia magistrum. Et sane opus dignū mihi
visum est viro grauisimo ac sapientissimo, & qui ab
adolescencia sua cathedram sacrae Theologiae magna
cum nominis sui accessione, copiosaeq; multitudinis
suorum discipulorum in literis profectu, ac communi
omnium applausu, in Complutensi Academia semper
est moderatus, ac demum iam per multos annos in eis-
dem scholis sacrae scripturae cathedram dignissime gu-
bernavit, quæ omnia satis testantur hæc suarum ad di-
scipulos prælectionum manuscripta, in quibus optimo
doctrinae ordine, verborum suavitate, multipliciq; eru-
ditione omnes varias ac diuersas ipsius Hebraeæ literæ
lectiones ac versiones, & iuxta vnāquāq; illarū mul-
tiplices sensus, qui à sanctissimis patribus, grauis-
simisq; sacrarum literarum interpretibus, tam Græcis,
quàm Latinis, antiquis ac iunioribus, singulis huius li-
bri Salomonis periodis ac verbis sunt adhibiti, nō ne-
glectis (in quantum oportet) ipsorum Rabbīnorū sen-
tentijs, versionibus, varijsq; expositionibus, & hoc sin-
gulari dexteritate, ac vnus cuiusque rei delectu. Nec
sane aliorum tantum sententias & placita de nouo in lu-
cem proferre instituit: quinimo proprio Marte, diutur-
noq; labore multa noua & præclara excogitauit, quæ si-
cut sibi sine fictione didicit, ita nobis sine inuidia com-
municat: eaq; omnia multis ac varijs ipsius sacrae pagi-
nae oraculis, sacrorum Conciliorum sanctionibus, sum-

morum Pontificum decretis, grauissimorum patrum dictis, vrgentissimis rationibus, magna demum rerum ac sententiarum grauitate, eaq; puritate & castimonia quam præsens textus inter reliqua omnia scripturæ sacræ volumina singulari iure expostulat, appositissime exornat, & illustrat. Quamobrem operæpretium est vt liber hic non solum in gratiam & vtilitatem sacræ scripturæ professorum ac studiosorum, diuiniq; verbi cōcionatorum, verum etiam in communem totius populi Christiani reformationem, doctrinam, & spiritualem profectum, in publicam lucem fauste ac foeliciter prodeat. Madriti in hoc collegio nostræ Societatis Iesu die. 20. Martij, salutis humanæ anno. 1587.

Christophorus Collantes.

EL REY.

POR quanto por parte de vos el maestro fray Hieronymo de Almonaci dela ordē de sancto Domingo, cathedratico de Scriptura en la vniuersidad de Alcalá, nos fue fecha relacion, diziēdo, q̄ vos auades escripto vna exposicion sobre los Càrces de Salomō, en lo qual auades passado mucho trabajo: suplicãdonos os mãdãssimos dar licencia para lo poder imprimir, y priuilegio por veynte años, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, por quãto en el dicho libro se hizo la diligencia q̄ la pregmatica por nos sobre ello fecha dispone, fue acordado que deuantamos mãdar dar esta nra cedula en la dicha razō: y nos tuamoslo por bien. Por la qual vos damos licēcia y facultad, para q̄ por tiēpo y espacio de diez años cumplidos primeros siguientes, q̄ corran y se cuentē desde el dia dela data desta nuestra cedula en adelante, vos, o la persona que para ello vuestro poder ouiere, y no otra persona algũa, podays imprimir y vender el dicho libro q̄ de fuslo se haze inuiciō: y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor destos nuestros reynos que vos nõbraredes, para q̄ por esta vez le pueda imprimir. Con que despues de impresso antes que se venda, lo trayga al nuestro Cōsejo juntamente cō el original q̄ en el fue visto, que va rubricada cada plana, y firmado al fin del de Lucas de Camargo nuestro escriuano d̄ camara, y vno d̄ los q̄ en el nuestro cōsejo residē pa q̄ se vea si la dicha impressiō esta cōforme a el, o traygays fee en publica forma, en como por corrector por nos nõbrado, se vio y corrigio la dicha impressiō por el dicho original, y se imprimio conforme a el, y que quedã ansi mismo impressas las erratas por el apuntadas, para cada vn libro de los que ansi fueren impressos, y se os tasse el precio que por cada volumen huieredes de auer. Y mandamos, que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir ni vender, so pena que el que lo imprimiere o vendiere, aya perdido y pierda qualesquier libros, moldes y aparejos que del tuieren, y mas incurran en pena de cinquenta mil marauedis, por cada vez que lo contrario hiziere: la qual dicha pena sea la tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara, y la otra tercia parte para el que lo denunciare. Y mandamos a los del nuestro consejo Presidente y Oidores de las nuestras audiencias, alcaldes, alguaziles de la nuestra casa y corte y chancillerias, y a todos los corregidores, asistente, gouernadores, alcaldes mayores y ordinarios

narios y otros jueces y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares de los nuestros reynos y señorios, ansí a los que agora son, como a los que seran de aquí adelante, que guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que ansí vos hazemos, y contra el tenor y forma della, ni de lo en ella contenido no vayan ni paslen, ni consientan yr ni passar en manera alguna, sopena de la nuestra merced, y de diez mil maravedís para la nuestra cámara. Fecha en Aran juez, a quatro dias del mes de Mayo, de mil y quinientos y ochenta y siete años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Iuan Vazquez.

Errata primi voluminis.

Folio. 11. pagina. 1. line. 2. 1. *repenititione, lege repetitione.* fo. 23. pa. 1. li. 19. *obediencia, obediens.* fo. 21. pag. 2. lin. 15 *exhilarandum, exhilarandū.* f. 23. pag. 1. lin. 28. *gaudu, gaudium.* fo. 79. pa. 1. lin. 16. *repetitione, repetitione.* fo. 84. pa. 2. lin. 8. *Cedrina, Cedrina.* f. 88. pa. 1. li. 27. *genibilibus, genilibus.* f. 88. pa. 2. li. 29. *admirat, admirans.* f. 95. pa. 1. li. 8. *latificet, latificat.* fo. 105. pa. 1. li. 26. *euigilent, euigile.* t. fo. 107. pag. 1. lin. 25. *Hofst. Hoc.* f. 108. p. 1. li. 8. *negotio, negotio.* fo. 111. p. 1. li. 20. *spiritu, spiritus.* f. 115. pa. 2. li. 16. *manuum, manu.* fo. 120. pa. 2. li. 12. *refert, refert.* & lin. vltima. *tempus.* fo. 121. pag. 1. li. 21. *arbor, arbor.* fo. 122. pa. 1. li. 8. *niun, omnium.* f. 127. pa. 2. li. 16. *diffamatus, diffamatus.* fo. 129. pa. 1. li. 8. *sue moritur, lege sibi moritur, & in eadē line. sibi enim, sue enim.* fol. 136. pa. 1. li. 8. *vinæ, vinea.* fo. 140. pa. 1. li. 12. *per tuus, pes tuus.* f. 143. pa. 1. li. 3. *presertim, presertim.* fo. 159. p. 2. li. 24. *ianculis, iaculis.* fo. 163. pa. 1. li. vlt. que, qua. fo. 167. pa. 1. li. vlt. *sed tantum, lege tantum, sed.* fo. 172. pa. 1. li. 23. *voluptatum, voluptati.* fo. 176. pa. 2. li. 25. *erat, erat.* fo. 188. pa. 1. li. 5. *vestitur, un, vestitum.* f. 189. pa. 2. li. 7. *infirmabili, infirmabili.* f. 202. pa. 2. li. 4. *numero, sissimos, numerosissimos.* fo. 213. pa. 1. li. 14. *Satim Statim, fol. 225. pa. 1. li. 26. spiritu, spiritus.* & lin. 11. *Fon, Fons.*

Errata secundi voluminis.

Folio. 2. pag. 2. lin. 5. *agnosci, agnoscit.* fo. 4. pa. 2. li. 17. *Complutensis Biblia respiciens, lege Biblia Complutensin, & vbicunq; in singulari inuenis Biblia, lege in plurali inueniunt.* fo. 6. pa. 1. li. 10. *peccato, peccatore.* fo. 16. pa. 1. li. 27. *ab, ad.* fo. 23. pa. 2. lin. 11. *perniciosus, perniciosus.* fo. 33. pa. 1. li. 28. *candissimum, candidissimum.* fo. 40. pa. 2. li. 9. fo. 53. pa. 2. li. 15. *ludrica, ludicra.* fo. 54. pa. 1. li. 22. *est, es.* fo. 57. pa. 1. lin. 19. *castro, castro.* fo. 65. pa. 1. li. 19. *intuebimini, fo. 67. pa. 2. li. 14. regis, regis.* fo. 73. pa. 2. li. 8. *illius, illius.* fo. 74. pa. 2. li. 26. *inclusie, inclusi ex.* fo. 79. pa. 2. li. 28. *peruidend, prauidend.* f. 93. pa. 1. li. 11. *manus, manus.* & pag. 2. li. 27. *locum, locutum.* fo. 103. pa. 1. lin. 24. *sint, sunt.* fo. 106. pa. 2. li. 27. *corice, corice.* fo. 107. *sub parente, si, si solum (te auctore).* fo. 221. pag. 2. li. 24. *proprius, propius.* fo. 124. pa. 1. li. 1. *suum, sum.* & pa. 2. li. 13. *inuenum, inuentum.* fol. 132. pa. 2. li. 19. *illi, ille.* fo. 134. pa. 2. li. 10. *terra, terra.* fo. 137. pa. 1. li. vlt. *in reclamo, cōfir, lege consonans.* fo. 139. pa. 2. li. 24. *ferre, ferre.* fo. 142. pa. 2. li. 2. *deleatur eximio.* fol. 146. pag. 1. li. 19. *puluenari, puluinar.* fo. 150. pa. 1. li. 27. *amatoria, amatoriam.* fo. 153. pa. 1. li. 16. *vehetius, vehementius.* fo. 155. pa. 1. li. 16. *sibi, tibi.* & pa. 2. li. 7. *culpa & pena, culpa & pena.* fo. 158. pa. 2. li. 14. *muliebris, muliebra.* fo. 159. pa. 1. li. 17. *imagines, imaginis.* fo. 63. pa. 2. li. 3. *innumemris, innumcris.* & li. 22. *quodam, quoddam.* fo. 171. pa. 1. li. 24. *interprete, interpretis.* fo. 175. pag. 2. lin. 19. *diuina, diuini.* & lin. vlt. *marcenem, marcentem.* f. 179. pa. 2. lin. 21. *sublimus, sublimus.* fo. 185. pa. 2. lin. 27. *ginnit, gignit.*

El Licenciado Varez de Castro.

YOLucas de Camargo secretario del Consejo de su Magestad, doy fee, que auendosi visto por los Señores del Consejo vn libro, que con licencia de su Magestad se imprimio, intitulado Commentarios sobre los Cantares, cõpue-
sto por el Maestro fray Hieronymo de Almonacir dela Orden de señor sancto Domingo, Cathedratico de Scriptura en la Vniuersidad de Alcalá: se tassó el precio en que cada volumen se ha de véder a tres marauedis y medio cada pliego en papel. Y para que dello conste, de mãdamiento delos dichos Señores del Consejo, di esta fee, que es fecha en Madrid a diez y seys dias del mes de Henero de mil y quinientos y ochenta y ocho años.

Lucas de Camargo.

Amplissimo & sapientissimo
Doctori Garciæ Loayse, Sere-
nissimi Principis Hispaniarũ
Philippi Magistro pruden-
tissimo, Frater Hierony-
mus Almonazirius
S. P. D.



DECREVERAM
mihimeisq; mu-
sis & auditori-
bus canere, Loay-
sa clarissime, &
viva vocis pen-
sum, aut intra do-
mesticos parietes
aut in media Aca-
demia Cõpluten-
sis luce, utcunq;
persolvere: scribẽ
di tamen, et in publicum emittendi libros, aleam diffi-
lem & hoc tempore maximè periculosam, nunquam ex-
periri: quã, alieno periculo intellexeram duram esse, an-
cipitum, & innumeris molestijs grauissimam: non quòd
labores literarios recusare cupiam, aut velim (etiam si
9 mibi

mibi post tot annorum curricula quotidiano prælegendi munere perfuncto liceret) iã optata quiete & dulcissimo literarũ sanctorũ ocio, sine hac docendi sollicitudine tranquillè potiri Illustrissimi Cardinalis fratris Garfii Loaysæ auunculi tui, & huius collegij S. Thomæ Complutensis Patroni, cum singulari beneficentia, tum legibus æquissimis hanc mihi liberam viuendi rationem cõcedentibus: sed maiorum imperio obsecutus, per sex integros annos, maximos illos & plusquam Herculeos interpretandi sacros libros, labores, nõ admodum inuitus sustineo. Vtinã aliquo cum fructu meorum discipulorum, quos habeo vita ipsa chariores, & quos magna cum voluptate intueri soleo, indies ad sanctorum Bibliorũ lectiõnẽ alacriores confluere, antiquorum patrum monumenta diligenter euoluere, purioris diuinæ sapientiæ latices ardentè siti re: & vt esse solent discipuli in præceptores propensiores, nostras quoq; lucubrationes auide legere, plus equo laudare, & obnixè etiã petere, vt quæ ante hoc secundum quadriennium elaboraueram, in Paulũ, Mattheum & Canticum canticorum, in lucem proferrem: quorũ votis fauebant frequentissimè voces amicorum, hortatium ac penè compellentium vt iustis his precibus consentire. Accessere postremò, viri permulti religione, doctrina & auctoritate præstantes, qui me reluctantem & à simili scribendi proposito abhorrentem acriter reprehendebant, meumq; hoc consiliũ, non modestiæ sed ignauiæ tribuendum esse censebant: moueri enim obtrebationibus maleuolorum, infirmioris animi esse, quàm vt videatur virtus Christiana, aut erga proximum charitas id posse concedere: deterreri verò a scribendo, quia de eadẽ re olim

veteres

veteres patres luculenter scripserint, & quotidie scribant multi, non debere: cum & illi, plura pro suorũ temporum cõditione tractauerint, quæ nostræ ætati nõ admodum necessaria sunt: & huius temporis ratio postulet, vt multa à multis, literis mandentur, aduersus nascentes hæreses, quæ illi prudenter siluerunt. Vicit tandẽ discipulorum charitas, vicit amicorum beneuolentia, & auctoritas multorum, vt imprimendos susciperem cõmentarios in librum Salomonis: cui titulus est, Canticũ canticorũ, à me ante tres annos dictatos: cumq; de patrono cogitarẽ, tu statim inter omnes vnus occurristi: imò quasi Castor & Pollux inter cogitationum fluctuantium procellas periclitanti affulisti, & gratissima illa frontis serenitate, oris specie honestissima, & incõparabili morũ suauitate pollicebaris nostris his lucubrationibus tranquillitatem, & sub tui amplissimi nominis patrocinium, sinum portumq; tutissimum: in quem recepta, extra omnem essent periculi aleam constituta, atq; ita valerẽ obtrebatorum linguas, & seueras quorundã Aristarchorum censuras facile contemnere. Accipe igitur Loaysa clarissimorum sapientissimè, hominis tui amatissimi quaecunq; munusculum: accipe libellum hunc nostrũ, tibi quasi huius nostri collegij Patrono & Cõplutensiu theologorum mecenati præcipuo, iure optimo dicatum: quem ego nõ sine magno consilio tuæ optima fidei tuendũ commissi, cuius industriæ & fidei sanctissimè, Philippus Rex verè Catholicus, & ingeniorum atq; virtutum prudentissimus estimator, non urbem, non prouinciam aut regnum, sed filium vnicum & charissimum credidit erudiendum & instituendum: tot prouinciarum, regnorũ,

& paternarum virtutum heredem: spem alteram Chri-
 stianæ reipublicæ, & Catholicæ religionis firmissimum
 propugnaculum: atq; dum orbi Christiano, ad parentis
 exemplar, alterum Philippum effingere & formare con-
 tendis, Christi & Ecclesiæ sacrosanctas nuptias à Salo-
 mone diuino artificio conscriptas, nostrisq; commētarijs
 vtcunq; explanatas, succisuiis horis (si vacat) legito:
 vt Principem nostrum Romanæ Ecclesiæ sponsum desi-
 gnatum, his diuini amoris flammis incensus, tu ad spon-
 sæ charitatem indies magis ac magis inflāmes. Vale: &
 si has nostras lucubrationes tibi placuisse intellexero, da-
 bo diligenter operam, vt prodeant in lucem commētarij
 in quintum Matthæi caput, Epistolam Pauli ad Ephe-
 sios, & sermonem Dominicum: & in psalmos aliquot.
 Quibus adiungam controuersiarum scholasticarū cen-
 turias, quæ theologorum studia forte nonnihil iuuabūt.

Iterum vale: ex collegio tuo Sancti Thomæ Com-
 plutenfis, pridie Kalendas Nouembris,
 anni millesimi quingentesimi octua-
 gesimi sexti.

G A R S I A S L O A Y S A

Fratri Hieronymo Almo nazir. S. D.



INTER molestissimas meas occu-
 pationes, quibus me non sine acerbō
 animi & corporis sensu, penē submer-
 sum video, accepi cōmentarium tuū
 in Cantica, cum epistola: cuius lectio-
 ne, quid inter negotium & literarum
 ociū interfit, liquidē perspexi: denuo
 que animus quietis avidus, angoribus confectus tabes-
 cit: cū omnis reipub. fūctio molesta & operosa sit, & so-
 licitudine, anxietateq; optimi ciuis mentem cruciet, cu-
 raq; diuturna premat: at vero vita hominis priuati tem-
 pus ab omni humana molestia vacuum habet, & in di-
 scipline studium, in appetitiones coercendas, animūq;
 in officio retinendum ponit, totumq; vitæ laxamētum
 ad spiritus tranquillitatem, & diuinarum rerum cōtem-
 plationem transfert. Vnde rectē præclareque homines
 sapientes existimauerunt nihil aliud esse liberam ab o-
 mni humanarum rerū strepitu celsationē, quā cælestis
 vitæ & regni expressam imaginē. Cui rei te & instituti
 voto, & disciplinæ professione addictum laudo, & vir-
 tuti inuideo: cum ita doctrina & copia dicēdi in partem
 difficilem scripturæ, sensibus spiritualibus crudaq; cor-
 tice literæ tectam insudaueris, & vt diligēs agricola flo-
 res fructusq; dulces veluti fœtus arborum decerpseris:
 & licet veteres & neoterici homines cum ingenti disci-
 plinarum cōtentione multum operę in Africam
 exponendo posuerint, tamen si cum illorum labore tua

cōferantur, tibi non inferior laus neq; gloria remanet,
quin potius tuæ diligētīæ plurimum tribuendum erit.
Totus enim cōmentarius oratione concinna distincta,
ornata scripturæ locis, plenusq; sanctissimorum homi-
num oraculis velut flumē magnum iucundè decurrit.
Tempus liberum optavi vt possē maxima cū volu-
ptate totum illum euoluere: verum non potui nisi tan-
tum primoribus labris degustare: vt cętera legendi ma-
iori cupiditatis siti flagrarem. Spero fore Deo gra-
tum vt postquam extremam manum huic officiosæ &
operosæ prouinciæ (cui me dicatum vides) inposue-
rim, me literarum ocium liberè consequuturum: tunc
commentaria tua aliorumq; doctissimorum virorū in
libros sacros auidè legam, & vtraq; manu versabo. Tu
nunc perge mactē, in hac tua vocatione diuinæ sapien-
tiæ margaritum in agro scripturæ altius reconditum
quarere: cum inquirenti infinitus sit thesaurus, parti-
cepsq; efficiatur amicitīæ Dei. Ego interim veluti
ἐρνοδιώκτης tuus, an cesses, quid scribas, quid legas, quid
agas inquiram, & vt tui obseruantissimus, rerum & stu-
diorum tuorum patrociniū atque defensionem offi-
ciosè suscipiam: in teq; colendo & amplificando omnē
curam & officium ponam. Vale meq; semper ama.
Madriti. Ad V. Kal. Decembris.

Garciæ Loaysæ Serenissimi

Hispaniarum Principis Philippi Magistro
dignissimo & sapientissimo. F. Hieronymus Almonazid.

Inclite Phillyrida, se, cuius vterq; Philippus
Committit fidei, filius atq; pater.
Si vacat à teneri moderandi Principis æuo,
Larga tibi à danda si stipe dextra vacat:
Accipe deuoti semper tibi parua clientis
Dona: tuæ tutum tegmine frondis opus.
Indignum fateor tanti splendore patroni,
Non tamen indignum quod tueare libens.
Hoc genus, hoc pietas, sapientia pròdita factis
Egregijs: vastum qua mare cingit humum.
Hoc tua promittit species, mihi digna perenni
Imperio, rosei regis oris honor.
Quas igitur faciles pauper modò senserat Ixus,
Æmula difficiles sentiat ira manus.
Et qua Casareum puerum regis arte magistra,
Hac rege quassatam per freta longa ratem,
Sic erit, vt pelago velis maioribus acta,
Auspice te, maius trabs mea tentet iter.

Magistri Michaelis Venegas
Abulensis, in laudē autho-
ris carmen.

Dissidium linguæ cordisq; vetusta dolebant
Tempora, cum sapiēs nemo disertus erat:
Eloquijq; diu sapientia lumine cassa,
Barbariæ, heu quoties probra pudenda tulit!
Doctrinæ rursus facundia stabat inanis,
Verborum nudis ambitiosa sonis:
Donc ab Aeterijs Hieronymus affuit oris,
Lex sacra, quem, Domini letus & hortus alit.
Huius in egregio iungunt iam pectore dextrās
Linguaq; corq; bonæ nescia pacis adhuc.
His nunc in thalamis, vnus vir, foedere miro:
En linguam Tulli, cor Solomonis habet.

Tabula hæc (candide lector) ostendit loca ex quibus studio-
sus concionator possit habere in promptu materiã & argumē-
tum ad omnes cōciones locupletandas, quæ per anni circulū
tam de tempore, quàm de Sanctis haberi solent. Adiecimus q̄;
conciones alias, quas tibi & gratas, & perutiles futuras es-
se duximus. Et quoniam hæc commentaria in duas partes di-
uisimus: litera. P. partem significat, cui si adiungas numerū
hunc. 1. indicat primam partem: numerus vero iste .2. partem
secundam. F. folium ostendit, quod suo numero designatur.

Dominica. 1. Aduē-
tus, aduentū Chri-
semper fuisse spō-
te, id est, Ecclesiæ
optatissimum: exprimūt ver-
ba illa, Osculetur me osculo
oris sui: exponūtur. 1. p. a. f. 9
vsq; ad f. 16. Magis declarant
desiderium spōsæ verba illa
Cā. 8. Quis det te mihi fratrem
meū, suggestentē vbera matris
meæ? &c. exponūtur copiose
p. 2. a. f. 115. vsq; ad f. 130.

De Euāgelio secundū vsū
Rom. Ecclesiæ Lucę. 21. E-
runt signa, &c. de signis aduē-
tus Chri in mundū, & de cer-
tis notis Ecclesię euangelicę
in illa verba cap. 2. Iā hyems
transijt, imber abiit & recef-
sit. p. 1. enumerantur septē si-
gna, a f. 121. vsque ad f. 127.

De aduentu vero Chri per

per gratiam in iustos, enume-
rantur septē alię notę proba-
biles, quę indicant illius præ-
sentiam in nobis per gratiã
& charitatem, a f. 127. vsque
ad f. 128.

In illa verba epistolę, Hora
est iam nos de somno sur-
gere, id est, de somno interni
hominis culpabili. p. 1. f. 124.
vbi multa scripturę sacrę lo-
ca in hoc sensu explicantur: &
p. 2. f. 10.

De Ioanne in carcere, illud
Cant. 2. Sicut lilium inter spi-
nas, &c. a f. 88. vsque ad f. 90.

Dñica. 2. circa euangelium
Matt. 11. Cū audisset Ioānes
in vinculis, Ioānes Baptista
depingitur. p. 1. in illis verbis
spōsę, Nigra sum, sed formo-
sa filię Hierusalem, sicut ta-
bernacula Cedar, sicut pelles

Salomonis: quæ exponuntur f. 55. & 56.

Ioannes Baptista turturi cõ paratur, illiusq; vox turturæ similis esse dicitur f. 126.

Circa illa verba, Tu es qui vé turus es, an aliũ expectamus? à solo Chro expectandã effe iustitiam, redemptionẽ, & ve ram felicitatẽ, declarant verba illa sponsæ, quæ exponuntur p. 1. à f. 47. usq; ad f. 51. Exultabimus & lætabimur in te, &c. & illa, c. 2. Sicut malus inter ligna sylvarum, &c. à f. 90. vsque ad f. 93.

Et illa, Meliora sũt vbera tua vino: quæ exponunt à f. 16. vsque ad f. 26. Et etiam in illis verbis spõsæ. c. 3. dicentis, In lectulo meo quæsiui, quẽ diligit anima mea, &c. exponuntur p. 1. à f. 143. vsq; ad f. 154. & p. 1. f. 205.

Dñica. 3. circa verba illa ex euangelio Ioan. 1. Baptistę dicentis, Vox clamãtis in deserto: notandũ, qđ Deus prius requirit à concionatore & doctõre internã animi, & morũ pulchritudinẽ, quã requirat ab eo vocem docentis & prædicãtis: vt declarãt verba spõ

si dicentis spõsæ suę. c. 2. O stẽde mihi faciem tuã, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decorata: exponuntur p. 1. a f. 133. vsque ad f. 135.

De efficacia, fructu & effectis euangelicæ vocis, multa p. 2. in illa verba spõsi. c. 8. dicentis sponsæ, Quæ habitas in hortis, amici auscultant te, fac nos audire vocem tuã: exponunt a f. 182. vsq; ad f. 186. Quam necessariũ sit concionatori & doctõri diuinum auxiliũ: explicatur ead. p. 2. sub illis verbis, Fuge dilectẽ mi: explanantur a f. 186. vsq; ad f. 190.

Circa verba epistolę, Gaude te in dño semper, de iustorũ gaudio perfectõ, quod a solo spõso proficiscitur, circa verba illa sponsæ, Meliora sunt vbera tua vino: habes multa a f. 17. vsque ad f. 26.

In illa verba epistolę, Pax dñi, quæ exuperat omnẽ sensum, de pace & tranquillitate iustorum, habes multa circa verba illa sponsi. c. 2. Adiuro vos filiæ Hierusalẽ, &c. ne suscitetis dilectam, exponuntur

nuntur p. 1. a f. 103. vsque ad f. 109.

Dñica. 4. de verbis illis euãgelij Lucę. 3. citatis ex Elaia, Parate viam dño, de præparatione necessaria ad recipiendum & contemplandũ incarnationis & natiuitatis beneficium & mysterium p. 1. c. 3. in illa verba, Egredimini filię Siõ, & videte regem Salomonem, &c. exponuntur à f. 186. vsque ad f. 188.

In illa verba epistolę ex Pau. 1. ad Corin. 4. Donec veniat dñs, qui illuminabit abscondita tenebrarum, qđ Christus aduentu suo & doctrina profligaturus esset, non modo densas errorum tenebras, sed veteris legis vmbras, declaratur p. 1. in illa verba sponsæ cap. 1. dicentis, Indica mihi quem diligit anima mea, &c. explicantur à f. 62. vsque ad f. 66. & p. 2. in illa verba. c. 8. Vt inueniã te foris. Antiqui enim patres inueniebãt Christum latentem & recõditum intra veterũ sacrificiorũ vmbras: Christiani foris eum inueniũt in humana natura, exponit à f. 124. vsq; ad f. 126.

In nocte Natalis dñi, de infante Iesu nato ex Virgine, vagiente, pendẽte ad vbera matris, p. 1. in illa verba capitis 3. Egredimini filię Sion, &c. vsq; ad illud, Et in die lætitię cordis eius: exponuntur à f. 186. vsq; ad f. 188. Multo plura. p. 2. in illa verba sponsæ, Quis det te mihi fratrem meũ? vsq; ad illa, Et iam me nemo despiciet: exponuntur à f. 118. vsque ad f. 131.

Circa euangelium in missa noctis Natalis Chri, Exijt edictũ à Cæsare Augusto Lucę. 2. de admirãdis prodigijs quę sub Cæsare Augusto in nocte Natalis Dñi cõtigerũt, mundi; authorẽ, & feruorem natũ fuisse declararunt, p. 1. in illa verba. c. 3. Inuenerũt me vigiles, qui custodiũt ciuitatem, Nunquid quẽ diligit anima mea vidistis? exponuntur à f. 148. vsq; ad f. 152.

Nõ solũ in veteri Ecclesia, sed etiã inter Paganos vaticinia de Chri ortu præcessisse, explicatur à f. 149. vsque ad f. 151.

Mariam virginem concepisse, & peperisse, explicant

verba illa. c. 4. Hortus cōclu-
sus fons signatus: quę de Ca-
tholica Ecclesia explicatur,
p. 1. à f. 123. vsq; ad f. 125. sed
per Antonomasiã explicari
possunt de Virgine Deipara.

De euangelio Ioã. 1. in illa
verba, Vidim⁹ gloriã ei⁹, &c.
vsq; ad illud. Plenū gratię &
veritatis, in Ch̄ro infinitã ef-
se gratiã, plenitudinẽq; bo-
norum omnium cęlestiũ, ex-
plicat verba illa. c. 5. Sponsæ
respōdentis choro puellarũ
interrogantiũ, Qualis est di-
lectus tuus? & respōdētis, Di-
lectus meus cãdidus & rubi-
cundus, exp. à f. 25. vsq; ad f.
28. Immēfitas etiã gratię spō-
si ostēditur in illis verbis e-
iusdẽ c. 5. Caput eius aurum
optimum: quę exponuntur à
f. 28. vsq; ad f. 29. Dignitas &
celstitudo Ch̄i dñi exponit,
p. 2. in illa verba. c. 8. Ut inue-
niam te solum foris, à f. 124.
vsque ad f. 129.

In octaua die Natalis Dñi
de circuncisione Ch̄i, quęri-
tur, cur Ch̄s ab omni culpa
alienus circuncidatur? Potest
quę proponi quęstio Virgi-
ni, & Ioseph, cū choro puel-

larũ cap. 5. interrogãti, Qua-
lis est dilect⁹ tuus ex dilecto,
ò pulcherrima mulierum? Et
obiter exponere, cur Virgo
dicatur pulcherrima mulie-
rũ. Respondet quęstioni Vir-
go, Dilectus meus cãdidus &
rubicundus. electus è millib⁹:
in quibus verbis significatur
gemina Ch̄i natura, diuina,
& humana: innocentia, & san-
guis effusus in circuncisione
& in cruce, exponuntur hęc
p. 2. à f. 25. vsque ad f. 28.

De circuncisione, nō carnis,
sed interni hominis, p. 1. cir-
ca illa verba. c. 2. Tēpus puta-
tionis aduenit, à f. 29. vsque
ad 30.

De suauissimo nomine Ie-
su, & salutifero, p. 1. in illa
verba. c. 1. Oleũ effusum no-
men tuum: exponuntur copio-
se à f. 26. vsque ad f. 33.

Quod Ch̄s meritò Iesus,
id est, saluator appelletur, &
quod ab illo omnis gratia, sa-
lus & felicitas deriuetur, ex-
plicat verba illa. c. 5. Aperi-
mihi foror mea, &c. quia ca-
put meum plenū est rore: ex-
ponuntur p. 2. f. 12. 13. & 14.

In festo epiphanię, de trib⁹
Regi

Regibus ex Oriente festinã
tib⁹ ad Ch̄m, p. 1. i illa verba,
c. 1. Adolescētulæ dilexerūt
te nimis: quē locũ, ipsi quoq;
Hebręorum interpretes, ex-
ponunt de gentibus cōfluen-
tibus ad verã religionem: de-
clarantur à f. 32. vsq; ad f. 33.
sed multò copiosius p. 2. in il-
la verba. c. 7. Mandragorę in
portis dederūt odorẽ suum:
exponuntur à f. 107. vsq; ad
fo. 113. Et tres hos Reges in
portis, id est, in initio nascē-
tis Ecclesię suauissimum o-
dorem effudisse: exponitur
f. 111.

De ingressu nouę Ecclesię
ad Ch̄m, multa, p. 2. in illa
verba spōse. c. 7. Veni dile-
cte mi, egrediamur in agrũ,
cōmoremur in villis, manẽ
furgam⁹ ad vineas, &c. expo-
nuntur copiose à f. 99. vsque
ad f. 117. sed præcipue circa
illa verba, Cōmoremur in vil-
lis, quod ex Hebręo trãserūt
aliqui, Pernoctem⁹ in pagis.
Per pagos enim & villas pa-
ganos significari, Patres do-
cent: exponitur quę. à f. 103.
vsq; ad 104.

De his etiã Regibus expo-

nitur illud, Manẽ furgamus
ad vineas: Ch̄s enim infantu-
lus, decimo tertio à Natali
suo die, ex paganismo, hos
tres viros ad se traxit, albes-
cente nouę lucis aurora, &
gentilium populo ad Ch̄m
in ipso statim principio pro-
perante: exponitur hoc p. 2.
à f. 104. vsque ad f. 105.

Dñica infra octauas Epi-
phanię de puero Iesu, qui Lu-
cã. 2. describit, inquiri à Ma-
ria & Iosepho inter cognatos
& notos, & post magnã soli-
citudinem & laborem inuen-
tus fuisse in templo sedes in
medio doctorum: de sollicitu-
dine adhibenda in inquisitio-
ne summi boni, multa p. 1. cir-
ca illa verba cap. 3. In lectulo
meo per noctes quęsiui quē
diliget anima mea, &c. expo-
nuntur copiose à f. 142. vsq;
ad f. 148. & postea à f. 148.
vsque ad f. 158. in illa verba,
Inueni quem diligit anima
mea, tenui eum, nec dimittã.
Quare non exposuerit Euã-
gelista quanto fuerit perfusa
gaudio Maria, quum filiũ suũ
charissimum inuenit, sed filii
tio ineffabilẽ lætitiã conte-
xerit

xerit, explicat super illa verba. c. 3. Tenui eum, nec dimittam, p. 1. f. 153.

In octava Epiphaniæ de baptisimi sacramento à Chrō instituto, p. 2. in illa verba, c. 7. Iuncturæ femorum tuorū quasi monilia, &c. exponunt à f. 71. vsq; ad f. 74. & f. 73. ex Naziázeno, multa de laudibus baptisimi referuntur.

Dñica. 1. post octavas Epiphaniæ in illa verba Ioan. 2. Deficiente vino, &c. q̄ veteris Synagogæ sacramenta & sacrificia egena essent & vacua: & quòd in illis diuini amoris vinum deficeret: in nra vero Ecclesia exuberet, exponitur p. 2. in illa verba. c. 7. Quā pulchra & quam decorata es charissima in delitijs, statura tua assimilata est palmę & vbera tua botris. Quid vero sit vbera, id est, doctores & concionatores vinum propinare auditorib⁹, explicatur ead. p. 2. à f. 94. vsq; ad f. 97. Circa verba illa Architiolini, Omnis homo primū bonum vinum ponit, postea quòd deterius est: q̄ mundus, caro, & demon initio blandiantur, &

suaue vinū propinent in principio, in fine lethiferum & amarum: declaratur p. 1. à f. 19. vsq; ad f. 20. & à f. 22. vsq; ad f. 23.

Dñica. 2. post octa. Epipha. in illud Matt. 8. Cū descendisset Iesus de monte, sequutę sunt eum turbę multe: causę propter quas turbę Chr̄m sequuntur, explicantur p. 1. in illa verba cap. 1. In odorem vnguentorum tuorum curremus, à f. 39. vsq; ad f. 40.

De Centurione credente, & in genere de gentium ad Christum confluentium fide & religione, p. 1. in illa verba Cantic. 1. Nigra sum, sed formosa, in expositione tertia: à f. 52. vsq; ad f. 54. & f. 33. & p. 2. f. 5. & f. 111.

Dominica. 3. circa illud Euangelij Matth. 8. quod Christo dormiente nauicula ventis agitabatur, quid sit Christum dormire, quidq; sit Ecclesiam agitari fluctibus, & ad Christi imperium ventos quiescere, exponitur p. 2. in illa verba, Ego dormio & cor meum vigilat, à f. 7. vsq; ad f. 9.

In illa verba epistolę ad Romanos. 12. Plenitudo legis est dilectio: de charitatis laude habes multa p. 1. in illa verba sponsę, Ordinauit in me charitatem: exponuntur. c. 1. à f. 97. vsq; ad fo. 98.

Dñica. 4. post oct. Epiph. in illa verba Matt. 13. Triticum cōgregate in horreum meū, de aceruis, quos Euangelici agricolę conficiunt, vt tandē triticum cōgerant in horreū dñi, multa habes p. 2. super illa verba, Venter tuus sicut aceruis tritici, vallat⁹ lilijs exponitur à f. 77. vsq; ad f. 79.

In illa verba epistolę ad Colos. 4. Induite vos sicut electi & dilecti Dei, viscera misericordię, &c. q̄ oporteat, ministros Euangelicos induere misericordię viscera, exponitur p. 1. in illa verba. cap. 3. Media charitate cōstruit ppter filias Hierusalē: exp. à f. 183. vsq; ad f. 185. & c. 4. in illa verba, Duo vbera tua, &c. exponit copiose à f. 210. vsq; ad f. 212.

Dñica in Septuagesima circa Euangelium Matt. 20. in quo describit paterfamilias

cōducens opere rarios in vineā suam, de triplici vinea, cuius culturę omnes mortales incumbunt, agitur. c. 1. p. 1. in illa verba, Posuerūt me custodem in vineis, &c. à f. 59. vsq; ad f. 62. & p. 2. in illa verba. c. 8. Vineā fuit pacificō, exponitur copiose à f. 177. vsq; ad f. 182.

Circa verba illa euāgelij, Erūt nouissimi primi, & primi nouissimi, quod gentiū Ecclesia, quæ nouissima est spōso charior sit, & primo loco grata, exponitur p. 2. f. 79. & 80.

Dñica in Sexagesima circa Euangelium Luca. 8. de agricola femināte, &c. Cur Christus plerūq; parabolis, & sensibilibus exemplis vtatur, exponitur 1. p. circa illa verba c. 4. Hortus conclusus fons signat⁹, à f. 125. vsq; ad f. 126.

Circa verba illa, Vobis datū est nosse mysterium Dei, ceteris autem in parabolis, cur Apostoli ad maiora mysteria cognoscēda admittant, nō turbę: explicatur p. 1. in illa verba. c. 1. Introduxit me rex in cellaria sua, à f. 42. vsq; ad fol. 47.

Circa verba illa, semē, quod cecidit in terrā bonā, &c. fructus verbi Dei describuntur c. 4. in illis verbis, Emisiones tuę paradifus, &c. à f. 126 vsque ad f. 129.

Fructus, quos colligunt spirituales agricolæ ex agro dñi co, soli Deo seruados esse, p. 2. in illa verba. c. 7. In portis nostris, omnia poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi: à f. 111. vsque ad f. 115.

Dñica in Quinquagesima circa illa verba Lucæ. 18. Ecce ascendimus Hierosolymā & filius hominis tradet, &c. quā gratū sit Chřo, labores & mortē pro hominibus sustinere, exponitur p. 1. c. 3. in illa verba, In diademate, quo coronauit eum mater sua, in die desponsationis & lætitię cordis eius: à f. 79. vsque ad f. 80. Sed multo plura p. 2. in illa verba. c. 8. Sub arbore malo suscitauit te, &c. à f. 149. vsque ad f. 156. & præcipue f. 154. & 155.

De cæco médico, secus viā sedēte, & Chři misericordiā implorantē, p. 1. circa verba illa, In lectulo meo. f. 143. &

144. & melius fo. 146. 147. & 149.

Feria. 4. cinerum, circa illa verba euangelij, Nolite fieri sicut hypocritæ, de hypocritis, qui per vulpes significantur, multa, p. 1. circa verba illa. c. 1. Capite nobis vulpes, à f. 134. vsque ad f. 140. quāquā locus ille præcipue exponitur de hæreticis. Quod ieiuniū ad orationem præpararet, & ad mores formandos multum cōducat, p. 1. in illa verba Cant. 3. Quæ est ista quę ascendit, &c. sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris: à f. 164. vsque ad f. 166. circa illa verba, Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi: quod nostra omnia bona in solum Deum referēda sint: explicatur p. 1. in illa verba. c. 2. Dilectio meo mihi, & ego illi, f. 141. & p. 2. in illa verba. c. 7. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius, expon. à f. 96. vsque ad f. 98.

Feria. 6. post cineres circa illa verba Matt. 5. Attendite ne iustitiā vestrā faciatis coram hominibus, vt videami-

niab eis: dices, quod Christus quasi sponsus amantissimus curat vt Christiani nulli alteri magis placere intendant, quam ip si: quod explicatur p. 1. in illis verbis. c. 2. Ostende mihi faciem tuā, à f. 133. vsque ad f. 135. & copiose p. 2. in illis verbis. c. 8. Pone me sicut signaculū super cor tuum, & sicut signaculum super brachium tuū: à f. 157. vsque ad f. 164.

Dñica. 1. in Quadragesima circa Euangelium Mat. 4. in quo dicitur, quod Chřs. statim à baptismo ductus est à Spiritu sancto in desertū, & post quadraginta dierum ieiunium, singulari certamine cum principe tenebrarū pugnant, clarissimam victoriā retulit: iam incipit ille contemere caput serpentis, vt ab illo victus & cōtritus hominibus minus noceat: explicatur hoc p. 2. in illis verbis. c. 8. Sub arbore malo suscitauit te cui responderet promissū Dei Gen. 3. Inimicitias ponam inter te & mulierē, inter semē tuum & semen illius, ipsum cōteret caput tuum, & tu in

si diaberis calcaneo illius: expon. à f. 149. vsque ad f. 156. sed præcipue f. 154.

Quod omnes Christiani se per sint in acie cōtra hostes pugnatur: exponitur p. 1. circa verba illa. c. 1. Nigra sum, &c. quasi tabernacula Cedar: quę expon. f. 51. vsq; ad f. 54.

Acies & castra Ecclesię, describuntur p. 2. circa verba illa, Terribilis, vt castrorum acies ordinata, f. 53. planius c. 7. in illa verba, Quid videbis in Sūnamite nisi choros castrorum? expon. à f. 65. vsque ad f. 69.

Victorię & triūphi Ecclesię de hostibus, describuntur p. 1. in illa verba, Veni de Libano sponsa, veni coronaberis, exp. à f. 215. vsq; ad f. 218.

Quā fortes, astuti, & terribiles sint hostes aduersus Ecclesiam & Christianos pugnant, explicatur p. 1. in illa verba. c. 3. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiūt, fo. 172.

Quanta sit Dei prouidentia, vt in hac pugna auxiliares copias habeam, explicat f. 173

Quibus armis pugnandū sit

contra hostes Ecclesię, explicatur p.1.f.173. & 174.

Qui sint timores nocturni in Ecclesia, explicatur ead. r. p. f. 176.

Quod nos in Chři virtute pugnemus & vincamus expon. p.2. circa verba illa dicta spō sę, Statura tua assimilata est palmę, præsertim, fo. 87. & 88. Et super illa verba, Dixi, ascendam in palmã, præsertim, f. 91. & 92.

Feria. 4. post primã dñicam Quadr. in illa verba Mat. 12. Magister, volum⁹ a te signū videre, quātō efficacius ostēdant signa a Chřo facta Christum esse Deum, quã anti qua signa. explicatur p.1. in illa verba, Oleum effusum nomen tuum: præsertim fo. 29. 30. 31. & 32.

Quod Christus hoc loco adducit Niniuitas & reginã Saba, consonat cū illo. c. 1. Adolescentulę dilexerunt te nimis, exponitur f. 31. & 33.

Feria. 6. de Euangelio Ioã. 5. in quo proponitur homo triginta & octo annis lecto afixus, qui carebat homine & adiutore, &c. in quo figura

batur totum genus humanū ante Christi aduentum: explicatur hoc p. 1. in illa verba, In lectulo meo, per noctes quæsiui, fo. 144. & fo. 145. vsque ad f. 147. & p. 2. in illa verba cap. 8. Sub arbore malo suscitavi te, f. 155.

Quod homo diuinę misericordię innixus, etiã si sit corporis graui sarcina pressus, poscit per viam virtutis incedere: explicant illa verba Euangelij, Tolle grauatum tuum, & ambula: explicatur hoc copiose parte. 2. in illa verba. c. 8. Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delitijs affluens? a f. 34. vsque ad fo. 140.

Dñica. 2. circa Euāgelium Mat. 17. assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, &c. habes integram concionem, p. 1. circa illa verba. c. 1. Introduxit me Rex in cellaria sua, a fol. 41. vsque ad f. 47. & præcipue a fol. 45. vsque ad fol. 47.

Feria. 4. post dominicã. 2. Quadragesi. in illa verba Mat. 20. Ecce ascendimus &c. & filius hominis tradetur: de fructibus passionis Christi

Christi p. 2. in illa verba cap. 7. dixi, ascendam in palmam & apprehendam fruct⁹ eius, a f. 90. vsque ad 92.

De fructibus, quos Euangelici ministri ex Christi crucifixi imitatione percipiunt, eadē p. 2. a f. 92. vsque ad 97.

Circa illa verba, Potestis bibere calicem? de duplici calice, priori salutifero, quem nobis propinat Chřs, posteriori lethifero, quē mundus, demon & caro propināt, p. 1. circa illa verba, Meliora sunt vbera tua vino, a f. 16. vsq; ad 26.

Circa verba illa, Quicūq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, de humilitate, p. 1. f. 105. & 106.

Quod humilitas fundamētū sit, custos & perfectrix virtutū omnium, p. 1. in illa verba, Si ignoras te, o pulcherrima mulierum, a f. 67. & 68. & eadē p. in illa verba, Dum esset rex in accubitu suo, &c. f. 75 & 76.

Quod Deus vbique humiles celebret, p. 1. f. 192.

Fer. 6. circa euangeliū Mat. 21. de patrefamilias, qui plantauit vineam, p. 1. f. 60. & 61.

copiose p. 2. in illa verba. c. 8. Vineam fuit pacifico, &c. fo. 177. vsque ad f. 182.

Quod Deus vineam suã a Iudeis improbis agricolis, alijs agricolis, id est, gentibus locauerit, expon. copiose p. 2. a f. 188. vsque ad f. 192.

Dñica. 3. circa euangelium Matth. 11. Erat Iesus eiciens demonium, &c. de verbis illis, Beati qui audiūt verbum Dei & custodiunt illud, de fęlicitate eorum, qui Chřm doctorem & pastore requirunt, p. 1. in illa verba. c. 1. Indica mihi vbi pascas, &c. exponitur a f. 62. vsque ad f. 66. & in illa verba. c. 2. Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios, a f. 90. vsque ad fo. 91. Melius in illa verba, Sub vmbra illius quę desideraueram, expon. a f. 92 vsque ad f. 93.

Fer. 4. post. 3. dñic. Quadra. i illa verba euāgelij Mat. 15. Omnis plantatio, quã nō plātauit pater meus, eradicabit, quod Ecclesiã Deus plātauerit quā si hortū amenissimū & feracissimū, expon. p. 1. in illa verba, Hortus conclusus,

à f. 223. vsque ad f. 228.
 Variæ arbores & fructus de
 scribunt à f. 226. vsq; ad f. 228
 De agri dominici delitijs, de
 vinearum malogratorum,
 & aliarum arborum multiplici
 fructu p. 2. à f. 48. vsque ad
 f. 50. & à f. 100. vsq; ad f. 114
 & à f. 183. vsque ad f. 184.
 Quod lethiferæ & malæ arbor
 res eradicandæ sint, expl. ea-
 dē p. 2. à f. 182. vsq; ad f. 190.
 Fer. 6. de Samaritana Ioā. 4
 circa verba illa, Qui biberit
 ex aqua hac, sitiet iterum: qui
 autem biberit ex aqua quam
 ego dabo ei, non sitiet in æter-
 num: quæ vitæ præsentis bona
 non possint satisfacere ho-
 minis voluntati, sed tantum bo-
 na cœlestia, declaratur p. 1. à
 f. 16. vsque ad f. 23.
 Circa verba illa, Fiet in eo
 fons aquæ salientis in vitam
 æternam, p. 1. circa illa verba,
 Fons signatus, à f. 223. vsque
 ad f. 225.
 Circa verba illa, Puteus aqua-
 rum viventium, quæ fluunt im-
 petu de Libano, ead. p. 1. à f.
 226. vsque ad f. 227.

Dñica. 4. Euang. Ioā. 6. de
 scribitur Christus fatiasse in

monte ingentem turbam ad-
 eum confluentem, quinque pan-
 bus & duobus piscibus: quod
 Chrs hoc miraculo & alijs
 suam diuinitatem & omnipoten-
 tiam declarauerit: expon. p. 1.
 in illa verba, En ipse stat post
 parietem nostrum, &c. à f. 116.
 vsque ad f. 117.

Circa illa verba, Sequebatur
 eum multitudo magna: de vo-
 cibus & motiuis, quibus Deus
 incitat omnes mortales, vt
 eum sequantur, expon. eodē
 c. 2. in illa verba, En dilectus
 meus loquitur mihi, surge, pe-
 pera, &c. à f. 117. vsque ad f.
 121.

De conuiuio splendidissimo,
 quo Deus reficit suos, doctri-
 na & rerum altissimarum co-
 gnitione, in vita præsentis & in
 futura, p. 2. f. 192.

De conuiuio salutifero Eu-
 charistiæ p. 1. f. 20. & 21. & in
 illa verba. c. 2. Ordinauit
 in me charitatem, f. 100. & c.
 3. f. 184.

Feria. 6. ex Euang. Ioā. 11.
 de suscitacione Lazari: v-
 bi cum Chrs cerneret lacry-
 mantem Mariam & Martham,
 ipse cõpassione tactus lacry-

matus

matus est: de visceribus mise-
 ricordia Chri p. 1. à f. 17. vs-
 que ad f. 20. & p. 2. f. 39.
 De mortuorum suscitacione
 p. 2. f. 13. & c. 8. f. 152. vsq; ad
 f. 154.

Dñica in passione, circa E-
 uangelium Ioā. 8. Quis ex vo-
 bis arguet me de peccato: de
 Chri puritate & innocentia,
 p. 2. f. 25. & 26. 28. & 29. 33. &
 34.

Circa illa verba, Si veritatem
 dico vobis, quare non creditis
 mihi? de veritate doctrine E-
 uangelicæ p. 2. f. 35. & 36.

Feria. 4. post dñicam in pas-
 sione, in Euang. Ioan. 10. cir-
 ca verba illa, Opera quæ ego
 facio, illa testimonium perhi-
 bent de me: de Christi operi-
 bus p. 2. f. 36. 37. & 38.

Feria. 5. in Euang. Lucæ. 7.
 de peccatrice cõuersione, de
 vocatione Dei ad pœnitentiã
 p. 2. in illa verba, Aperi mihi
 soror mea, sponsa mea, à fo.
 11. vsque ad f. 15.

De misericordia Christi ex-
 cipientis peccatores, à f. 15.
 vsque ad 17.

De fructibus pœnitentiæ &
 operibus satisfactorijs, f. 18.

& 19. & p. 1. in illa verba. c. 1.
 Falciculus myrrhæ, f. 77. &
 78.

De lacrymis pœnitentiũ p. 2.
 f. 21. & 22.

Quod per pœnitentiã taber-
 nacula Cedar transeant in Sa-
 lomonis cortinas, p. 1. f. 54.
 & 55.

Feria. 5. in Coena Dñi, de
 institutione Eucharistiæ tam
 in ratione sacramenti, quã sa-
 crificij p. 2. à f. 4. vsq; ad 7.
 De præparatione ad Euchi-
 stiam, fo. 5.

Quod Eucharistia sit cibus &
 potus amatorius, & quod sint
 in illa tres radices aut fontes
 diuini amoris, p. 2. f. 110.

Feria. 6. de passione Chri p.
 1. f. 187. & 188. & p. 2. f. 85.
 & 86. & à f. 90. vsque ad 93.

De resurrectione Christi p. 1.
 f. 188. & 189

Dñica in octa. resurrectio-
 nis, in Euang. Ioan. 11. circa ver-
 ba illa, Ostendit eis manus &
 pedes, p. 1. in illa verba. c. 2.

Veni in foraminibus petre, in
 cauerna maceria, expon. co-
 piose à f. 128. vsque ad f. 135.
 sed præcipue à f. 131. vsq; ad
 fol. 133.

TABVLA

Dñica. 2. in euangelio Ioa. 10. Ego sum pastor bonus, quales esse oporteat euangelicos pastores, expon. f. 101. & 102. Qua ratione oues curandæ sint, f. 102. & 103.

Quas utilitates afferat bonus pastor suis ouibus, explicatur p. 2. f. 82.

Dñica. 3. in illa verba euangelij Ioan. 16. Gaudiū vestrū nemo tollet à vobis, quod iustorum gaudiū à nullo mortalium auferri possit, explicatur p. 1. in illa verba, Tenui eum, nec dimittam; copiose à f. 152. vsque ad f. 158. & p. 2. in illa verba, Apprehendite. & ducam te in domū, &c. f. 126. 127. 128. 129. & 130.

Dñica. 4. in illa verba euangelij Ioan. 16. Expedit vobis ut ego vadam, &c. 2. p. f. 188. & 189.

Dñica. 5. circa verba illa Ioa. 16. Petite & accipietis: copiose parte. 2. à fo. 185. vsque ad fo. 187.

In festo Ascensionis, de Christi ascensione gloriosa, p. 2. f. 133. & 134. & præcipue fol. 189. & 190.

In die sanctissimo Penteco

stes, de aduētū Spiritus sancti p. 1. in illa verba. c. 4. Surge aquilo, & veni auster, à f. 227 vsque ad finem.

De statu Ecclesiæ statim ab aduētū Spiritus sancti, p. 2. à f. 99 vsq; ad 102. & f. 168. & 169.

De Ecclesiæ nascentis incrementis, f. 175. & 176.

In festo sanctissimæ Trinitatis, quòd altiora fidei Catholicæ mysteria, nō sint curiosius inuestiganda, p. 2. in illa verba sponsi, Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt, f. 53. & 54.

De filij generatione & processione Spiritus sancti ex Patre & Filio, p. 2. f. 128. & 129. & præcipue f. 143.

Vterus pro mētē Patris Filiū generantis, p. 2. f. 38. & 39.

In sollemnissimo festo corporis Christi, de suauitate incomparabili sacramenti Eucharistiæ, p. 1. f. 20. & 21.

Eucharistiā esse monumentū passionis Christi, recòditū in sponsæ sinu, in illa verba, Fasciculus myrrhe, &c. ead. p. 1. f. 78. & f. 100.

Eucharistiam amoris diuini esse symbolū, f. 184. & 227.

De

CONCIONVM.

De præparatione ad Eucharistiam, p. 2. f. 6. & 9.

Quòd Eucharistia vim habeat amatoriā, p. 2. f. 110. 111.

Dñica. 1. post festū corporis Christi, in Euag. Lucæ. 14. Homo quidā fecit cenā magnā: de magna cenā, idest, beatitudine, ad quā per Christum illi que ministros vocant homines, p. 2. à f. 127. vsq; ad f. 130 & à f. 136. vsque ad f. 139.

De prædicatione & uocatione gentiū ead. p. 2. à f. 98. vsque ad 107.

Dñica. 2. in Euang. Lucæ. 15. Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores: de Christi erga peccatores benignitate & clemētia, p. 2. in illa verba, Guttur illius suauissimum, totus desiderabilis, à f. 42. vsque ad 44.

Dñica. 4. ex Euang. Luc. 15 in quo, iussu Christi Petrus iactis retibus cōclusit piscium ingentem multitudinem: de multitudine Ecclesiæ gentiū p. 1. f. 30. & 31. & præcipue p. 2. f. 176. 178. & 179.

Dñica. 5. in Euangeliū Mat. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra: quomodo Christi fal

sas phariseorum interpretationes reiecerit, & superstitiosas traditiones rescauerit, uerāque iustitiam nobis tradiderit, p. 1. f. 124. & 125.

Quòd Iudei externam tantū iustitiam amplexi fuerint, nō internam, f. 125. & 126.

De præstantia euangelicæ iustitiæ ead. p. 1. in illa verba. c. 4. Tota pulchra es amica mea, &c. à fo. 214. & 215. & p. 2. in illa verba. c. 7. Quam pulchra es & quā decora, charissima in delitijs, à f. 86. vsq; ad 90.

Dñica. 7. in illa verba Mat. 7. Attendite falsis prophetis &c. de hæreticis eorūq; fraudibus, p. 1. in illa verba. c. 2. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, copiose à fol. 135. vsque ad fol. 141.

Dñica. 9. in Euangeliū Lucæ. 19. vbi dicitur, quod vidēs Christus ciuitatem, fleuit super illam, de excidio Iudaici populi, illiusq; repudio, p. 1. fol. 53. & 54. & p. 2. à f. 190. vsq; ad f. 192.

Dñica. 10. in Euangelium Lucæ. 18. de publicano & phari-

Phariseo, circa illa verba, Qui se humiliat, exaltabitur: de humilitate p. 1. f. 167. & 169. & f. 192. 204. 205. & p. 2. f. 62.

De Beatissima Maria.

De beatissime Virginis Mariæ laudibus, sub themate, Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitijs affluens, &c. concio copiosa p. 2. à f. 140. vsq; ad f. 149

De Angelis.

De beatis Angelis, sub themate, Equitatu meo in curribus Pharaonis, ex. c. 1. p. 1. à f. 69. vsque 72. & fo. 71. & fo. 148. & p. 2. f. 65. & 66.

De Apostolis.

Apostolos esse Ecclesiæ vigiles & custodes, p. 1. in illa verba. c. 3. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatē fo. 150. & 151,

Apostolos esse Ecclesiæ firmissimas columnas, p. 1. à f. 180. vsq; ad f. 182.

Apostolos esse Ecclesiæ oculos, fo. 193.

Apostolos esse quasi fortissimum exercitum Dei, qui ro-

ri matris suo comparatur, p. 2. fol. 13.

Apostolos columnis marmoris similes esse, p. 2. f. 41.

De Apostolorū prædicatione, f. 69. & f. 100. & 101.

De eisdem Apostolis, f. 185. 186. & 187.

De Martyribus.

Per genas sponsæ modico rubore suffusas martyres significari: & de martyrum excellentia, p. 1. in illa verba. c. 4. Sicut fragmen mali punici, ita & genæ tuæ, f. 206. & 207.

Martyrum inuincibilis fortitudo adamanti comparata, fol. 207.

Multa de martyribus, p. 2. f. 66. 69. 70. 71. & 74.

Per ascēsum purpureū martyres intelligi, p. 1. fol. 182. & 183.

De Episcopis & Pastoribus.

Viri iusti, qui inuiti promouentur ad episcopatū, & Ecclesiæ præfecturam, dicere possunt cū sponsa illud Cantic. 1. Filij matris mee, pugnauerunt

nerunt cōtra me, posuerunt me custodem in vineis, vineā meam non custodiui: exponitur p. 1. f. 61

Viri iusti recusantes onus pastorale respōdent illud Cāt. 5. Spoliaui me tunica mea, laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? exponit p. 2. f. 14. & 15

In scripturis & apud Homerū & Platonē pastoris & regis nomē pro eodē accipi, p. 1. f. 41. quibus virtutum ornamentis episcopi culti esse debeant, fo. 46

De ratione pascendi gregem p. 1. f. 63. 64. 65. 66. 68. & 69. Quomodo Deus moueat iustos & doctos uiros ad suscipiendum munus regendi, exponitur p. 2. f. 17. 18. & 19.

Virgam, hieroglyphicū esse potestatis regēdi, exponitur p. 1. f. 162. & 163.

Hac virga, admiranda opera fieri: exponitur à f. 162. vsq; ad 164.

Pastores Ecclesiæ oportere fortissimos esse, expo. in illa verba. c. 3. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt, p. 1. f. 171. 172. & 173.

& maxime 175. & 176.

Oportere præfectos ecclesiasticos præditos esse mansuetudine & modestia, f. 175.

Pōtifex maximus & pastores ceteri, Carmelo mōti cōparantur, p. 2. c. 8. Caput tuū sicut Carmel⁹, exponitur copiose, f. 83. & 84

Romanus Pontifex & ceteri pastores, debent Chrīm crucifixum imitari in illa verba eiusdē. c. 7. Comeꝛ capitis tui, sicut purpura regis iuncta carnalibus: exponitur à f. 84. vsque ad 86.

Quanta attentione & diligentia vti debeant pastores erga subditos: explicatur f. 106. & 107

Romanū Pontificem significari per vnum oculum & vnū crinem colli spōsæ, p. 1. f. 219

De sanctis doctoribus.

Doctores sacros amāter ex osculatur sponsus, quādo per verbum Dei aperit illis suas cogitationes, iungit labijs labia, & infundit illis spiritum suū, p. 1. à f. 12. vsque ad 16.

Quod doctores Ecclesiæ atq; cōcionatores, nō in vestibulo

tabernaculi, cū incipientibus, neq; in aula cū proficientibus cōmorari longius debeāt, sed ad sancta sanctorum ad intima sponsi cellaria penetrare: exponitur p. 1. à fo. 43. vsque ad 46.

Humilitatē & modestiā doctōri & cōcionatori maximē necessariam esse ostenditur. p. 1. à f. 161. vsque ad 163.

Orationē & sermonē doctōris atq; cōcionatoris euan-gelici, virgā esse Dei omnipotentis ad opera admiranda efficienda, p. 1. à fo. 162. vsq; ad f. 166.

Quod doctores oporteat peritissimos esse & maxime industrios in bellis cōtra hostes Ecclesię, p. 1. à f. 174. vsque ad 176.

Doctores Cedri similes esse, p. 1. f. 180.

Vocē doctōrū & cōcionatorū argenteā esse, p. 1. f. 181.

Doctores oculos esse nō qualescunque, sed columbinos, p. 1. f. 194.

Doctores dentes esse Ecclesię, exponitur copiose, p. 1. à f. 198. vsq; ad f. 201.

Doctores similes esse ouibus

attonsis: exponitur à fo. 201. vsque ad 202.

Doctores & cōcionatores. Iabij cōparant, f. 202. & 203.

De doctōrum & cōcionatorum voce sponso gratissima, p. 1. f. 133. & f. 206.

Doctores & cōcionatores Ecclesię per duo vbera sponsę significari, p. 1. f. 220. vsq; ad f. 22. & p. 2. f. 32. & 33.

Doctores & cōcionatores cōparari lilijs distillantib⁹ myrram primam, p. 2. f. 35. & 36.

Doctores Ecclesię collo cōparantur, p. 1. à f. 107. vsq; ad 210.

Doctores, Ecclesię esse pignacula argentea, p. 2. f. 173.

Turrib⁹ munitissimis esse similes, p. 2. f. 175.

Piscinis Ezebon cōparari, p. 2. fol. 80.

De sanctis monachis & monialibus.

Monastici instituti initia, progressus & fastigium describitur, p. 1. sub illis verbis, cap. 3.

Quę est ista quę ascendit de deserto quasi virgula fumi ex aromatibus myrrę & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij?

gmentarij? exponitur à f. 160 vsque ad 166.

Describitur etiā. c. 4. sub illis verbis, Hort⁹ cōclusus, exponit p. 1. f. 223. vsq; ad 227. Monastici ordines per areolas significati: explicantur p. 2. fo. 34.

Monachorum collegia, acies esse instructas & vexillatas, p. 2. fol. 53.

Monachorū cœtus malo grātis similes, p. 2. fol. 106. & 107.

Monachorum cōuentus, horris vernantibus assimilari, p. 2. fo. 183.

De sanctis virginibus.

Virgines per lectulum floridum significari, & per tigna cedrina, p. 1. f. 83. vsque ad fo. 85.

Virginum castitatē cōmendari in illis verbis, Sicut liliū inter spinas, &c. explicatur p. 1. à f. 88. vsque ad f. 90.

Verba illa sponsi cap. 2. Surge, propera amica mea, &c. potissimum continere virginibus: exponitur p. 1. à f. 118. vsque ad 120.

Sponsum erga virgines zelo typū esse, explicatur, p. 1. à f. 133. vsque ad 134.

Virgines peculiari ratione posse dicere cū sponsa illud Cant. 7. Ego dilecto meo, & ad me cōuersio eius: exponitur parte. 2. à fo. 96. vsque ad 99.

Angelis quoque ipsis gratā & admirandam esse virginē puritatem, parte. 2. fol. 134. & 135.

Verba illa sponsi ex cap. 8. Pone me sicut signaculum super cor tuum, &c. recte exponuntur de virginibus, parte. 2. à fol. 156. vsque ad 163. & postea à fol. 163. vsque ad 166.

De professione monachi, aut sanctimonialis haberi potest pulchra concio, sub illo themate ex. c. 3. Quę est ista quę ascendit de deserto sicut virgula fumi, &c. legatur p. 1. à f. 160. vsque ad 166. Et etiā sumpto themate ex illo Cant. 8. Pone me sicut signaculum, legatur p. 2. à f. 156. vsq; ad 166.

In prima missę celebratione haberi potest concio sub

themate ex.c.2. Sub vmbra, &c. fructus eius dulcis gutturi meo, expon. p.1. à f.91. vsque ad 93. & sub illis verbis, Introduxit me rex in cella vinaría, & ordinauit in me charitatem: expon. à f. 93. vsque ad 98.

De sancto languore, quo languescunt illi qui digne accedunt ad Eucharistiam, agitur p.1. à f.98. vsque ad 101.

Haberi etiã potest cõcio sub themate. Comedi fauum cū melle meo: exponitur p.2. à f.4. vsque ad 7.

In Synodo generali, sub themate ex.c.6. Cāt. Pulchra es & decora, vsq; terribilis vt castrorū acies ordinata, Ecclesiæ Catholiæ pulchritudo, cõstantia & celsitudo: exponitur p.2. à f.49. vsq; ad 54.

De Chriane reipublicæ varijs statib⁹ vsq; ad finem mūdi, ead. p.2. à f.45. vsq; ad 57.

De Ecclesiæ hierarchia & prestantia, sub themate ex.c.4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, p.1. à f.214. vsque ad 215.

De triumphis Ecclesiæ Catholiæ, eod. c.4. sub thema

te, Veni de Libano sponsa, &c. à f.115. vsq; ad 118.

De Romana Ecclesia illi⁹ q; excellentia super ceteras ecclesias, p.2. à f.190. vsq; ad 192.

In Synodo prouinciali, de morum censura & reformatione, cõcio sub themate, Flores apparuerunt in terra nra, tēpus putationis aduenit, ex c.2. exponitur à fol.123. vsq; ad fol.125.

In actu solēni Inquisitionis contra hereticos concio sub themate ex. c.1. Filij matris meę pugnauerunt cõtra me, posuerunt me custodē in vineis, vinea meā, meā non custodiu: exponitur p.1. à f.59 vsq; ad fo.61. De ratione dignoscendi & capiendi hereticos, & de hereticorum notis & fraudibus, concio sub themate, Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliūtur vineas, c.2. à f.134. vsq; ad 141.

Quā necessarium sit sacrum Inquisitorū tribunal, & quib⁹ morib⁹ cēsores fidei pditi esse debeant, cõcio sub themate, Nalus tuus sicut turris Libani, quæ respicit cõtra Damascum, c.7. exponitur p.2.

à fo.

à fo.81. vsque 82.

In funere: cõcio sub themate, Ego dormio, & cor meum vigilat, Cant. 5. exponit p.2. à f.7. vsque ad f.11.

In festo sancti Andreæ, concio sub themate, ex.c.8. Soror nostra paruula, & vbera non habet: exponitur p.2. à f.166. usque ad 176.

In festo sancti Thomę apostoli, thema ex.c.2. Veni in foraminibus petre, in cauerna macerix: exponitur p.1. à f.128. vsq; ad fol.133.

In festo sancti Ioannis Euāgelistæ, thema ex.c.2. Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem: exponit p.1. à f.93. vsq; ad 98. Thema etiam, Stipate me malis; fulcite me floribus quia amore langueo, p.1. à f.98. vsque ad fo.103. De dulci quiete Ioānis in pectore Christi, sub themate; Adiuro vos filia Hierusalem ne suscite-tis, &c. à f.103. vsq; ad 109.

In festo sanctissimi doctoris Thomæ Aquinatis, sub themate, Collum tuum sicut turris David cū propugnaculis, mille clypei pēdent ex ea,

c.4. exponitur p.1. à f.207. vsque ad 211.

In festo B. Marię Magdalene, habetur concio feria. 5. post dñicam in passione.

In festo Transfigurationis, habetur concio dñica. 2. in Quadragesima.

De beatissimo patre nostro Dominico, sub themate, De res tui, &c. c.4. exponitur à fo.198. vsque ad 203.

In festo B. Augustini doctoris eximij sub themate, En letulum Salomonis. c.3. à fol.166. vsque ad 176. p.1.

In festo B. Hieronymi doctoris, sub themate, Labia tua sicut vitra coccinea. c.4. à f.202. vsque ad 205. p.1. & sub themate, Labia eius lilia stillantia myrrham primam, ex.c.5. à f.35. vsq; ad 37.

In festo beatissimi Francisci, sub themate, Nigra sum sed formosa, ex cap.1. à fol.51. vsque ad fol.56. p.1. & sub themate, Statura tua asimilata est palmæ, & vbera tua botris: ex c.7. à f.86. vsq; ad f.89. p.2. & sub themate, Dixi ascendam in palmam, & apprehēdam fructus eius,

TABVLA

ex eod. c. à f. 89. vsque ad fo. 96. à f. 166. vsque ad f. 175.
 In festo B. Fracisci de Pau sub themate, Quæ est ista
 la ordinis Minimorū, sub the mate foror nostraparuula, & tijs affluens, ex c. 8. à f. 133.
 ybera non habet, &c. ex. c. 8. vsque ad f. 141.

FINIT TABVLA CONCIONVM.


Candido lectori.

SI quem forte iuuat per amœna vireta vagantem,
 Aurea solerti carpere poma manu:
 Almonacidia dignus cognomine gentis,
 Ecce tibi rerum fertilis hortus adest.
 Consenit varijs pius hunc Hieronymus herbis,
 Non male cœlestis prodiga roris apes.
 Dædala quicquid habent Persæ pomaria regis,
 Quicquid habet Tellus, quicquid Olympus habet:
 Assyria quicquid Babylonis pensilis hortus,
 Aureus Hesperidum quicquid & hortus alit:
 Corycij quodq; antra senis, quod Thessala tempe,
 Quodq; Arabum profert diues odore solum:
 Gemmifer in ripis mittit quot gramina Ganges,
 Quot creat in latis sylua Sabæa iugis:
 Quod dare Mnauiscaes possunt & Adonidis horti,
 Quod Pomona tibi quod dare Flora potest:
 Omnes Autumni verisq; feracis honores,
 Omniferi innumeras deniq; ruris opes:
 Arboreos fœtus, fructices, plantasq; minores,
 Nomina, pacificus Rex, quibus apta dedit.
 At reliqui nostris dant pabula sensibus horti,
 Qui pascat mentes vnus hic hortus erit.
 Quæ reliqui sparsim gignunt hic educat vnus
 Diuitis hinc cornu copia plena fluit.
 Hinc legere ergo potes diuerso è flore corollam,
 Quam capiti imponas lector amice tuo.
 Nam caput autoris tanto pro munere libri,
 Summa coronandum ducet in astra Deus.

Fol. r.

FRATRIS HIERONYMI ALMONACIRII
in Canticum Canticorum
Salomonis.

P R O E M I V M .



SALOMON ille non Apollinis voce, vt Socrates, sed numinis diuini oraculo Regum omnium atque mortaliū sapiētissimus iudicatus inter innumera ingenij sui monumēta, que

literis cōsignata posteritati reliquit, tres libros cōposuit, Prouerbia, Ecclesiastem, & Canticum canticorum, in quibus diuino Spiritu afflatus, cœlestis philosophiæ cāddatum per quosdam gradus, & virtutum incrementa perducit ad fastigium perfectæ sapientiæ. Vnde magnus ille scripturæ sacræ interpres Hieronymus, secutus Origenē, Athana-

A sium,

Hieronymus.

fius, Basilium, Gregorium Nisenū, & alios, in epistola ad Paulinum, quæ omnibus libris canonicis merito præfixa est, ait, Salomō pacificus & amabilis domini mores instituit, naturam docet, ecclesiā iungit, & Christum, sanctarumq; nuptiarum dulce canit epithalamium: cui suffragatus Theodoretus in præfatione huius libri, ait, vniuersa, quæ tribus his Salomonis libris continentur, velut scala quædam sunt tribus gradibus constās morali, naturali, & diuino, nam qui pie recteq; viuendi doctrinā capessere conatur, principio debet purgandis affectibus, moribusq; formādis incūbere: deinceps purgatis iam affectibus prætereuntium rerum, quæ sensui iocundæ esse videntur, vanitatem cōtemnere, è quibus explicatus tādē ad pulcherrimū illud bonum cōuolare possit, hoc est, ad Deum sanctarum animarum sponsū castissimū, quem ille ardens amplexus & exosculatus dicat cum spōsa, Osculetur me osculo oris sui. Quos tres gradus, quibus ad arcem veræ sapientiæ conscenditur mihi adumbrasse videtur antiquum illud tabernaculum, quod

Exod. 40 Moses, iubente Deo, non sine magno cōsilio & artificio construxit, & in tres partes distribuit, vestibulum, aulam, & penetrāle: vestibulum, in quo homines mundi & immundi, sacri & prophani versabantur sub dio nullo vmbaculo aut tecto defensi, sed solis, imbris, & frigoris iniurijs expositi, in victimis iugulandis, abluendis, & parādis occupati. Illorum simulacrum hæc pars tabernaculi præferēbat,

*Theodore
tus.*

*Tres diuine
sapientie
gradus.*

bat, qui in primo sapientiæ gradu constituti, voluptatum, & sensibilibus rerum impulsibus expositi, aduersus vitia strenuè pugnant: & dum cohibēt lasciuientem carnē, eamq; rationi & spiritui subijciunt, victimam Deo gratā abluere & parare contendūt. Secunda verò pars, quæ aula dicebatur, tota auro refulgens, altari, mensa, candelabro aureo, septē ardetibus lucernis distincto mirum in modū exornata eos figurabat, qui iam in secundo gradu positi, calcatis voluptatibus, rebusq; sensibilibus cōtempis, omnia sublunaria transcēdunt, & dum solem, ceterosq; cœlestes orbis contēplantur, solem, inquam, medium inter supremum infimumq; cœlum locum tenentem, & errantium astrorum motus, organo quodam musico moderātem, & temperantē, in hoc, inquam, sole Deum agnoscunt totius naturæ opificem sapientissimū, & qui mundum hunc musico quodā concentu moderatur & temperat. Tertia pars omnium secretissima & sacratissima, quæ augustiori nomine Sancta sanctorū dicebatur, hominibus inaccessa & inuisibilis, ad quā solus summus sacerdos semel in anno ingrediebatur, altissimā diuinæ philosophiæ partē representabat, quæ in Cātico canticorū cōprehenditur, in quo mysteriū incarnationis nobis describitur, & colloquiū Christi & Ecclesiæ, quod Paulus mysteriū absconditū à seculo in Deo esse testatur ad Colos. i. Solus verò Pōtifex intrat hoc penetrāle, quoniā Christus summus sacerdos secundū ordinē Melchisedech, hoc

Ad Col. i

PROEMIVM.

Ioann. 1.

sacramentum habet exploratum dicente præcurso
re apud Ioan. c. 1. Deum nemo vidit vnquã: vnige-
nitus filius qui est in sinu patris, ipse narrauit. Ni-
hil occurrit ingredienti hoc penetrabile nisi propi-
tatorium, nempe Christus, quem Deus pater libe-
ratorem & redemptorem & propitiatorem huma-
ni generis instituit. Ecclesia præterea sponsa, quæ
instita veteris arcæ vnam custodit auream, in qua
continebatur manna: nunc sanctissimum Eucharis-
tiæ sacramentum, quo Christianus populus nutri-
tur, & saginatur. Legem præterea non illam veterẽ
tantum lapideis tabulis incisam, sed Euãgelicam
cordibus & uisceribus hominũ insitã. Seruat quo-
que Ecclesia iam nõ Aaronis virgam, hoc est, anti-
quã illam potestatem sacerdotij, quæ iam antiquata
est, sed multo augustiorem & excellentiorem pote-
statem reãtricẽ, quã in Christo & in illius vicario
Romano Pontifice suspicimus, & veneramur. Che-
rubin vero arcam alarum flexu obumbrantia, & am-
bientia expriment supremos illos spiritus beatissi-
mos, qui in consideratione tanti mysterij obstupe-
scunt: & cum videant sponsum sponsæ suę Ecclesię
amore flagrantẽ, flagrant quoq; ipsi Christiani po-
puli charitate, & se paratissimos ac velocissimos
exhibent ad procurandã salutẽ populi Christiani.

Philastri

Sed hæreticorũ audacia hoc etiã sacrosanctum
epithalamiũ cõtaminare & violare præsumpsit. Nã
authore Philastrio in suo cathalago hæresi. 133. fue-
re quidam hæretici, quos ille Anonimos appellat,
qui

PROEMIVM.

3

qui asserabant, canticum hoc, nihil aliud esset nisi
cantilenã amatoriam voluptatis gratia compositã
ad exprimendos amores Salomonis aut cum Sula-
mitide, aut cũ filia Pharaonis, quã propter insignẽ
pulchritudinem præ ceteris vxoribus & cõcubinis
adamauit. Nam de Sulamitide dicũt intelligendũ
esse illud Cant. 6. Reuertere reuertere Sulamites,
reuertere reuertere, vt intueamur te. De filia verò
Pharaonis, illud Cant. 1. Equitatu meo in curribus
Pharaonis assimilauit te amica mea, hanc heresim
fuscitauere postea Anabaptistę & Castalionus asse-
rentes, quòd Salomon postquam deprauatus fuit à
concupinis, & impudicis amoribus implicatus edi-
dit hãc cantilenã amatoriam, quæ præferret ipsius
colloquium cũ filia Pharaonis, de qua Cant. 6. ait,
Sexagintę sunt reginę, & octuagintę cõcubinę, &
adulescentularum non est numerus. Vna est amica
mea, &c. viderunt eam filię Sion, & beatissimã præ-
dicauerunt, & reginę laudauerunt eam. Probãt præ-
terea carmẽ hoc prophanum esse & amatoriuũ, quo-
niam in sacris libris frequentissime notatur Deus,
& interponitur nomen illud thetragramaton, & alia
nomina Dei: in hoc autem Cantico nunquam Dei
nomen reperitur: nõ est ergo numerandus liber hic
inter canonicos: imo Salomon religione adductus
noluit amatorio carmini admiscere nomẽ Dei ne
sacra prophanis admisceret. Hinc Castalio-
nus quę antiquus interpres de cõiugio Christi & Ecce-
się grauitè & honestè transtulerat, ille verborũ le-

Cant. 6

Cant. 1

Anabapti-
ste hæreti-
ci.

Cant. 6

Castalio-
nus.

nocinijs vestit nō nisi muliebres affectus & amores impudicos referēs. Vertit enim: huc ades mea sororcula, mea amacula, mea colūbula, meum corculū, in petrę forulis, in cocleæ latibulis, quasi de passerculo, aut aureolo malo ludens. Verum hunc errorem merito antiqui patres tanquā hæreticum repudiarunt, & Theodoretus in præfatione huius libri hanc sententiam tanquā impiam, blasphemā, nefariam, & hæreticam refellit. Primū, quoniam è diametro pugnat cū cōmuni consensu Catholicæ Ecclesię, quę ab ipso Salomonis tēpore hunc librū inter canonicos numeravit. Canonici vero libri, qui dictante Spiritu sancto editi sunt, nō impudicū carmen ad turpem voluptatē inclinās, sed pudicissimum tradunt, dicente Paulo ad Gala. 5. Fructus, spiritus, gaudium, pax, &c. modestia, cōtinentia, castitas: nō ergo dicat Spiritus sanctus cantilenā, quę modestiæ, cōtinentię, & castitati aduersatur. Idem etiā Apostolus, 2. ad Tim. 3. ait, Omnis doctrina diuinitus inspirata, utilis est ad docendū, ad erudiendū in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ergo inspirante Deo nō fuit cōpositus liber inutilis ac perniciosus moribus Christianis. Et Ecclesiast. c. 47. per apostrophē cōuersus ad Salomonē, ait, Impletus es quasi flumē sapientia, & terrā rctexit anima tua, ad insulas diuulgatū est nomen tuum in cātilenis, & in prouerbijis, & cōparationib⁹, & interpretationibus: quod si carmen hoc amatorium esset, & impudicū, neq; laude dignū esset, neq; admiratione,

sed

sed potius tanquā rege indignū vituperandū. Ipse quoq; Salomō Eccl. c. vii. inquit, Cū esset Ecclesiastes sapiētissimus scripsit verba vtilia, & sermones reatissimos: verba sapiētis quasi stimuli & quasi clauis in altū defixi, quæ in magistrorum concilio data sunt à Pastore vno, His amplius fili mi non requiras: at cātilena amatoria, neq; utilis est, neq; recta, neq; stimulat ad virtutē, neq; firmat in bono, neq; datur in magistrorū concilio ab vno Pastore Christo, illiusq; vicario Romano Pōtifice. Accedit his q̄ Esdras scriba doctissimus legis, & sanctorum librorum instaurator sine vilo exēplari restituit hūc librum tanquam Ecclesiæ maxime necessarium, & veteres patres Clemēs Pont. primus huius nominis, Dionysius Areopa. Clemēs, Alex. Iustin⁹ martyr, Ireneus, Basil. Cypria. & alij innumeri sua scripta atq; dogmata huius libri autoritate confirmarunt. Origenes etiam, Athanas. Greg. Nisse. Olympiodorus, Theodoretus, D. Hieronym⁹, & alij sui cōmentarijs, Canticū canticorū sunt interpretati. Quod vero hæretici obijciunt hic explicari amores Salomonis cum puella Hierosolimitana ex illo Canti. 6. Reuertere reuertere Sulamitis, &c. nō esse intelligendum ad literam de puella illa, quā amabat Salomon, sed de Synagoga, facile cōstat ex præcedentibus: dixerat enim sp̄s, Descendi in hortum meū, vt viderē poma conuallium, &c. Quibus verbis de aduentu Christi ad prædicandū Synagoga. Respōdet Synagoga: nesciui, quasi dicat, In propria

Eccles. 12

Clemens
Ro. Dio.
Clemēs Alex.
Iusti
n⁹, Irene⁹
Basili⁹ Cyprianus.
Orig. Athanasius,
Olympiodorus, Theodoretus,
Hierony.

Cant. 6.

PROEMIVM.

pria venit, & sui eum nō receperūt, ignoravi, nesci
 ui Christum spōsum. Cū verò occurreret illi sup
 plicium, quod imminabat propter culpam, quā Sy
 nagoga cōmiserat crucifigens Christum, inquit, Ani
 ma mea conturbata est propter quadrigas Amina
 dab, hoc est, ppter exercitū populi principis: spon
 sus tamē eam ad poenitentia exhortatur, dicēs, Re
 uertere, reuertere Sulamitis: quater dicit, vt re
 uertatur, quoniam Christus ipse p̄dicauit primū
 Iudæis, deinde Apostoli, tertio Ecclesiæ ministri
 Apostolorum successores, postremo circa finem
 mundi Elias & Enoch p̄dicabunt. Illud etiam
 testimonium, Canticorum. 1. nullo modo accōmo
 dari potest filiæ Pharaonis, quā propter insignē pul
 chritudinē amabat, sed Ecclesiæ Christianæ, quæ à
 Paul. 1. ad Corin. 10. cōparatur populo Hebræo fu
 giētī ex Aegypto currus Pharaonis, & exercitum
 eius, qui Deo pro Hebræis pugnāte submersi sunt
 in mari Rubro. Si quæ alia testimonia heretici ad
 tuendam suam sententiā proferūt, nos suo loco nō
 de filia Pharaonis, sed de Ecclesia intelligēda esse
 monstrabimus. Sed aiunt Anabaptistæ in hoc canti
 co nunquā reperiri Dei nomen: errant tamen, est
 enim frequentissimū nomen Dei in hoc libro: nō
 quidē illa nomina, quæ terrorem incutiant, vt Dñs,
 armipotēs, fortis, robustus, zelotes, vindex, sed no
 mina, quæ p̄ se ardētissimā charitatem Dei erga
 homines ferant, vt pro domino, pastor: frater dile
 ctus, pro forti & robusto: oleū effusum, pro zelote
 &

1047. 1.

1. Cor. 10

Exod. 14.

PROEMIVM.

5

& vindice vulneratus amore suæ sponsæ appella
 tur, in quibus nominibus non iam Dei iustitia atq;
 ira, sed diuina misericordia & clemētia declaratur:
 vnde Ecclesiā iā nō seruam & ancillā, sed spōsam,
 sororem, amicam, & colūbam appellat. Ex his, quæ
 diximus, retunditur etiam heresis Lutheri asseren
 tis, in hoc cātico nihil cōtineri nisi colloquiū inter
 Salomonem & Rempub. Iudæorū inuitantē ipsum
 ad regnandū super illam. Hic tamen error omnib;
 testimonijs supradictis refellitur: & p̄terea quō
 niam multa sunt in hoc cātico, quæ Salomoni con
 uenire nullo modo possunt, vt illud Canti. 8. Quis
 det te mihi fratrem meū suggētē, &c. vbi optat spōsa
 videre spōsum suggētē vberam matris suæ, quod pro
 illa etate Salomoni adaptari nō potest. Multa etiā
 dicūtur de sponsa, quæ Iudæorum Reipub. nō pos
 sunt cōpetere: vt quod tota sit pulcherrima: quod
 omni careat macula, & multa alia. Vatablus, & Mi
 dorus Clarius in annot. super hunc librum dicunt,
 quod hui⁹ libri sensus historicus, & literalis est de
 amoribus Salomonis & filiæ Pharaonis, iuxta sen
 sum tamen spiritualē & allegoricū describitur con
 iugium Christi & Ecclesiæ. Hęc tamē opinio teme
 raria est & erronea: aduersatur enim cōmuni iudi
 cio Ecclesiæ, & intelligentiæ sanctorum omnium:
 deinde sensus literalis ita intenditur à Spiritu san
 cto, vt dirigat scriptorem, et mentē ipsius, illo scet
 circa illum, at indignum est, vt Spiritus sanctus diri
 geret Salomonem ad hoc, vt ille describat impudi
 &

Lutheri
 error retū
 ditur.

Canti. 8

Vatablus
 Midorus
 Clarius

cos amores, quos habuit erga filiã Pharaonis. Itẽ multa sunt in hoc lib. quæ non nisi ineptissime adhiberentur ad explicandũ amorem & pulchritudinem illius, vt illud, Caput tuum sicut Carmel: oculi tui sicut piscinæ, quę sunt in Efebon: dẽtes tui sicut greges ouium: quę de vxore Salomonis dicta impolitiora essent & rudiora illis, quę Polyphemus de sua Galatea à poëtis cecinisse fingitur. Tandẽ publica honestas non patitur, vt Salomon suę vxoris amantissimus ea membra enarraret, & in lucẽ produceret, quæ silentio essent tegenda, vt vbera, vterum, foemora. Nunc ergo titulum libri aggrediamur enarrare.

CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS.

Titulus ipse siue dicas, Cantica canticorum, vt in quibusdam codicibus legitur, siue Canticũ canticorum, vt habetur in emendationibus libris vocis geminatione indicat, hũc lib.ũ inter cetera cantica diuinę scripturę esse prestãtissimum. Nam iuxta Hebraicę linguę proprietatẽ res, quę in suo genere preclarę sunt & eximie, hac geminatione significari solent, vnde Paul. ad Heb. 9. eam partẽ tabernaculi, quã Deus sacratissimã esse voluit, Sancta sanctorum nuncupauit. Et in scriptura, Sabbata sabbatorum, ea sabbata dicuntur, in quibus nõ solum quiescendũ esset, sed maxima quędam Dei beneficia singulari cultu celebranda. Vnde placere mihi nuquam potuit quorundã Hebręorũ sententia

tentia qui aiunt, hunc librum non à Salomone fuisse editum, sed ab Isaia propheta ex varijs multisq; Salomonis carminibus fuisse concinnatũ, atq; hac de causa Canticum canticorum dici, quia est selectissimum ex multis carminibus canticum. Sed errant, cũ vnanimi sanctorum iudicio Salomõ huius libri sit author. Inscríbitor ergo Canticum canticorũ, quoniam inter omnes odas atq; carmina, quibus Salomon Dei immortalis laudes celebravit, hoc est excellentissimum. Scripsit autem vt sacra historia. 3. Reg. 4. narrat, quinque millia carminũ: hoc vero canticum præcedit cetera, siue expectes materię celsitudinem, siue styli figuram, siue versuum elegãtiam. Est præterea causa alia, quæ olim à Paraphraste Caldaico excogitata fuit, & per Origen. Athan. Greg. Nisenũ, Hierony. & Theodoretũ cõfirmata: propterea hunc librum Canticũ canticorũ nuncupari, quia inter omnia cantica, quæ in sacris biblijs reperiuntur, principem locum tenet. Nã illa cantica Dei laudes continebãt propter aliquod singulare beneficium Hebræo populo collatum: hoc vero canticum summũ illud & immensum continet incarnationis, & cõiunctionis Christi cũ Ecclesia, quo nullum potest excogitari maius. Sed postrema ratio est, quæ à D. Bern. redditur, & quam recentiores aliqui interpretes vehemẽter probãt, hunc librum appellari Canticum canticorum, quoniã in illo tanquã in summa cõtinentur omnia, quæ in sacris libris canonicis scriptis vsque ad Salomo

3. Reg. 4.

Targum.

Bernardus

nistēpora continentur. Salomon enim vir summo ingenio & incomparabili sapientia pręditus, ita veterem ecclesiam cum noua, & Euāgelica in hoc libro copulauit, vt in illa antiqua tanquā in speculo nouam inspiciendam nobis exhiberet.

Salomonis. Quærere solent viri docti, quæ sit ratio propter quam Salomon, qui in prouerbijis sese filium Dauid, & Regem Israel nominauit, & in Ecclesiaste Regem Hierusalem, hoc loco Salomonis nomine contentus cæteros titulos licet honorificos contemnat. Sed vt cæteras rationes missas faciam: in nomine Regis Israel, & Regis Hierusalē, & filij Dauid quædam bona significātur, sed tēporalia, humana, caduca, & peritura. In nomine verò Salomonis altius aliquid & augustius insinuatur, nempe pax illa atq; tranquillitas cordis, quæ iuxta Paul. vocem exuperat omnem sensum. Et quoniā in hoc diuino epythalamio vnionem illam describit, de qua Ecclesia canit, Pacē Deus reddidit in se reconcilians imma summis: ideo sese Salomonem tantum nuncupauit. Scripsit vero Salomō iuxta veteriorem sententiam librum hūc cum primum suscepto regno, incomparabili sapientia fuit à Deo illustratus. Quo tempore cum maxima animi puritate piteret, dulcissima & perfectissima interni hominis pace fruebatur. Quāquam Hebræi non legūt, Salomonis, sed Salomoni: quoniam Salomō filius Dauid librum hunc dicauit Christo vero Salomoni, cuius ille typum gerebat. Hoc canticū epythalamium

lamium dicitur, quoniam in illo agitur de nuptijs Christi & Ecclesiæ, dicēte Origene: Epythalamium est, hoc est, nuptiale carmen castos amores continens, & iucundos amplexus Christi & Ecclesiæ, & in alterutrum cōspirantem charitatem, quæ sponsa ad annos nubile peruenit, nō temporū, sed bonorum operum, vt cōplexibus sponsi idonea iudicetur. Auditur autem in his nuptijs non sonus vocis, sed iubilus cordis, non cōsonantia vocum, sed cōcordia voluntatum. Scribitur autē admodū eglōgæ pastoralis, vnde omnia sunt bucolica. Gen^o verò & ratio mensuræ huius carminis etiā à peritissimis Hebræorum ignoratur. Et vt veteres interpretes obseruauerunt, sermo est dramaticus, hoc est, per dramata distributus. Drama autē, vt Græci docent, cōstat permutatione personarum, ita vt quædam ingrediantur, accedant alteræ, aliæ recedant ita vt cōpleatur drama personarū mutatione. Personæ autem, quæ introducuntur, sunt sponsus, qui sustinet Christi personam, quē nobis depingit Regius vates psal. 44. admirabili facundia, de quo etiam Ioānes Baptista apud Ioan. c. 3. inquit, Qui habet sponsam, sponsus est. Secunda persona est sponsa, quæ catholicam Ecclesiam representat, quā spōsam suis coloribus depinxit Regius vates psal. 44. & Ioan. Apoc. 21. Introducitur quoq; chorus puellarum comitantium sponsam, quæ representant iustorum animas, quæ nondum ad perfectā charitatē peruenerunt. Est etiam chorus adoleſcētum comitantium

Origene.

Psal. 44
Ioann. 3

Psal. 44.

Heb. 1 tantum spōsum, vel sodalium sponsi, qui exprimūt, aut choros angelorum ministrantiū Christo, & qui teste Paul. ad Heb. i. missi sunt in ministerium propter eos qui hæreditatem capiunt salutis: aut quod magis arbitror, per sodales & amicos spōsi, significātur euāgelici ministri, præsertim Apostoli. Vnde *Inna. 3* Ioan. 3. ait Baptista, Amicus sponsi stat propter vocem sponsi et gaudet. Addunt alij quintam personā nimirum sororculā sponsæ, cuius fit mētio. c. 8. in illis verbis, Quid faciem⁹ forori nostræ? &c. Vtitur vero noster Salomon perpetua metaphora spōsi & sponsæ: primum, quoniam amor conjugalis est omnium maxim⁹, iuxta illud Genes. 2. Propter hanc reliquet homo patrem & matrē, & adheret uxori suæ: secundo, quoniam cōiunctio illa legitima primorum parentum fuit signum vnionis Christi cum Ecclesia, & cum humana natura, dicente Paul. ad *Ephes. 5.* Sacramentum hoc magnum est, ego autē dico in Christo & Ecclesia. Consulto autem & prudentissimè filius Dei sponsus nominatur: quoniā quemadmodum in cōiugio antecedit mutuus affectuum consensus, deinde sequitur carnalis copula ad prolem propagādam necessaria: ita prius filius Dei ardentissima charitate suam Ecclesiam & genus humanum est profecutus, cui etiam respondebat Ecclesia per mutuam benevolentiam: deinde vniuit sibi humanam naturam, & Ecclesiæ sponsus constitutus innumeram & sanctissimam ex illa prole suscepit. De huius cātici partitione varia esse vi

deo

deo interpretū placita, siue iudicia. Nicola Liran⁹ putat septem capita tribuenda esse Synagogæ: vltimū intelligi de Ecclesia Euāgelica. Author Oeconomix bibliorum partitur hunc librum in decem dramata, secutus Origenem, & antiquiores patres: sed omnia decem dramata, putat in sensu literali intelligēda esse de Ecclesia veteri: hac tamē in parte illi non assentimus, quoniam pugnat cum cōmuni iudicio antiquorum patrum. Diuus Thomas, secutus Gregoriū, Bedam, & alios antiquiores, partitur hunc librum in tres partes: primam tribuit incipientibus: secundam proficientibus: tertiā perfectis. Verum placet magnopere eorum sentētia, qui hunc librum in decem dramata, siue cantica diuiserunt. In primo cantico depingit Salomon antiquam Ecclesiam sollicitam, męstam, & spōsi amore flagrātem, illiusq; præsentiam ardentissimis vocibus efflagitantem. In secundo, vt ij authores afferūt, describitur incarnatio & natiuitas Christi spōsi. In tertio continetur Apostolorum vocatio & electio, diuinusq; ille sermo in monte habitus. In quarto decantatur Christus per Palestinam regionem discurrens, miracula faciens, & multa beneficia Iudæis impēdens. In quinto depingitur ascēsus Christi postremus in Hierusalem, & Ecclesiæ per illum propagandæ pulchritudo. In sexto agitur de Christi passione, cruce, & humani generis redemptione. In septimo de resurrectione agitur, & de ascensione, in qua antiquos patres in Limbo antea existentes

Nicolaus.

Author æconomix,

Origen.

D. Thom.
Gregori⁹
Beda.

stentes ad æternas sedes euexit. In octauo depingitur Euangelij propagatio, & Apostolorum per totum terrarum orbē prædicatio. In nono describuntur clades per tyrannos Ecclesię Christianę illatę, martyrum certamina, præclaraq; trophæa. In postremo cantico canitur Ecclesię catholicę sub Cōstantino Cæsare Christianissimo tranquillus & pacificus status. Sed quanquã hæc à doctis hominib; pulchrè & accurate quasi in parua tabella depicta esse videantur: summa tamen cuiuscunq; capitis, (sunt enim octo iuxta vulgatam editionem) est à nobis accurate explicanda. Nos igitur præsentem librum in octo capita diuidamus, cuius primi initium hoc est.

Cap.

Capitulum primum.



Sculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino fragrantia unguentis optimis, oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentule dilexerunt te. Trahe me: post te curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus et letabimur in te, memores vberum tuorum super vinum: recti diligunt te. Nigra sum sed formosa filie Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut Pelles Salomonis. Nolite me considerare, quod susca sum, quia decolorauit me sol: filij matris mee pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium suorum: si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pascas hædos tuos iuxta tabernacula pastorum. Equitatus meus in curribus Pharaonis assimilauit te amica mea. Pulchrae sunt genae tuæ sicut turturis: collum tuum sicut monilia, murculas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Cui esset Rex in accubitu suo, gardus mea dedit odorem suum, fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea comorabitur. Botrus cypri dilectus meus in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui colubarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Letulus noster floridus: tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

C oscu-



Osculetur me osculo oris sui. Salomon paucissimis his verbis ppositione vtitur apertissima, in qua toti⁹ operis argumētū declarat, & copumq; præscribit, in quem omnis huius libri dirigatur oratio: nempe docet se dicturum de amore mutuo Christi & Ecclesiæ, cuius osculū est symbolum, quod sponsa postulat. Sed merito dubitat scripturæ sacrę studiosus: cur de altissima diuinę sapientiæ parte dicturus Salomon: non à contēplatione, sed ab amore auspicietur? verū cōpertum habebat Salomon discrimen illud, quod etiam apud Platonem in cōuiuio, & apud Pythagoram extat: diuina hoc distare ab humanis & creatis: quòd humana & creata cognosci recte possunt, licet non amentur, sed odio habeantur. Inde Paulus. 1. ad Corinth. 2. ait, Spiritualis iudicat omnia: diuina tamē recte à nobis cognosci non possunt, nisi ardentius diligantur. Quæ doctrina diuinæ philosophiæ est maxime consentanea: nam quemadmodū corpora illa, quæ crassa, terrena, & opaca sunt intus luce circumfundi non possunt: ita mens nostra, quandiu crasso & obscuro corporis ergastulo inclusa est, diuina luce illustrari non potest, nisi calore & incendio charitatis attenuata perspiciua fiat, & diuini oris lucis capax: quod Paul. 1. ad Corinth. 2. apertissime docet dicens, Sapientiam loquimur inter perfectos: nō sapientiam huius mundi, neq; principū huius mundi, qui destruantur, sed sapientiā absconditam à seculo in Deo, quā prædestinauit Deus ante

Plato.
Diuina
nō possūt
recte cog-
nosci nisi
amentur.
1. Cor 2

1. Cor. 2

te

te secula in gloriam nostram, quā nemo principū huius seculi nouit: nobis autē reuelauit Deus per spiritum suum, Spiritus enim omnia scrutatur, etiā profunda Dei. Et Sapientiæ. 7. Spiritus intelligentiæ multiplex subtilis, omnia perspicuens, & capiēs omnes spirit⁹ intelligibiles. Inde Diony. 4. c. de diuinis nominib⁹ multis encomijs effert Hierothei sapientiam quoniam afficiebatur diuinis, & inter spiritus cœlestes altissimus locus datur seraphin, qui dicuntur incensi & ardentes: quoniam optima via ad Dei cognitionē est amor. Optimo ergo consilio Salomon à diuino amore cœpit, cuius symbolum osculum est, quod ex petebat sponsa. Obseruandum præterea est non carere mysterio, quòd spōsa neq; initia, neq; media amoris erga sponsum refert, tacet illius nomen, genus, naturam, & pulchritudinē, & repente atq; ex abrupto illa verba profert, Osculetur me osculo oris sui. In quib⁹ verbis autor noster artificiose ostendit naturam & vim amoris diuini, qui vbi animū occupat: ita illū rapit, suspendit, atq; transformat, vt totus sit in eo quem amat, nihil aliud cogitat, querit, aut cupit nisi eum, quem ardēter diligit: putatq; omnes de eodem cogitare. Hinc Magdalena Ioā. 20. cū illi occurreret Christ⁹ in hortulani specie dixit, Si tu sustulisti illum, dicito mihi, & ego eum tollā. Et Regius vates psal. 114. dilexi, ait, non explicat quem, quoniam cōpertum esse debet in solo Deo residere veras rationes amoris, psal. 86. vbi describit arcem Sion, & ciuitatem

Sap. 7.

Dionysius

Ioann. 20

Psal. 1: 4

Psal. 86

C 2

Hieru-

IN CANTICVM CANTICORVM

Hierusalem imaginem Romanæ Ecclesiæ, Fundamenta eius, inquit, in montibus sanctis. Vt ergo explicaret Salomō quāto amore estuaret sponsa, quā impotenti affectu percita esset, inducit illam: ita loquentem. Hebræi & septuaginta legunt, ab osculis oris sui. Quidam recentiores secuti Rabbi Abrahamā, & Rabbi Hīmanuel legunt, de osculis oris sui: quæ præpositio, de, significat partē alicuius totius. Petit ergo sponsa Christi, vt isti exponunt, non plura oscula, sed vnum aut alterum osculum, vt fugientem animā possit recuperare. Sed melius legitur, ab osculis cum D. Hierony. & Hebræorum multis, & etiam cū Ambrosio, qui lib. de Isaac, & vita beata. c. 2. eodem modo legit. Petit ergo sponsa, non vnum aut alterum, sed plura oscula, quoniam diuinus amor nō fastidium parit, aut nauseam, quod cōtingit in amore vulgari, sed quo frequentiora recipit oscula tanto plura desiderat, iuxta illud Sapientia. 8. non habet amaritudinē conuersatio illius, neq; tædium conuictus illius. Et Eccles. 24. Qui edunt me adhuc esurient: & qui bibunt me adhuc sitient. Petit vero sponsa non frontis, nō manuum, aut pedum oscula, sed oris, dicens, Osculetur me osculo oris sui. Quam sponsæ petitionem vt intelligamus notandum est, osculi in sacris literis, & etiā apud varias nationes non vnā & simplicem, sed multiplicem esse significationem: osculum nanque frontis, quod & apud Hebræos, & apud nationes alias fuit frequentissimum, symbolū erat beneuo-

Hierony.

Ambros.

Sapient. 8.

Eccles. 24

osculi multiplex significatio

lentię

COMMENTARII. CAP. I.

II

lentię & amicitia, Genes. 27. Isaac filio Iacob in persona Esau benedicturus dixit, da mihi osculū fili mi. Genes. 29. cum Iacob Rachelis gregi potum dedisset: eam quasi consobrinam est osculatus. Et Paul. ad Rom. vlt. ait, Salutate inuicem in osculo sancto. Christus q; ipse testatur Lucę. 7. hūc fuisse morem inter Palestinos excipiendi hospites osculo, dicens, Intraui in domum tuam, osculum mihi non dedisti. Osculum manuum significat eos, qui manum ex osculātur, velle in obedientia & fide ipsius manere: ita subditi principum & dominorum Regūq; osculantur manū, in quo sensu illud psal. 2. quod nos legimus: apprehendite disciplinam. D. Hieronymus, & Felix Pratenfis vertunt osculamini filium, hoc est, filij manum exosculamini, eumq; tanquam verum principem, regemq; vestrum profitemini. Et in eodē sensu intelligi potest illud Iob 31. Si osculatus sum manum meam ore meo, quę est iniquitas maxima, hoc est, si me ipsum tanti feci, vt propter opera mea insolescerem, & de fide & iustitia propria gloriarer, id quod apud Deū graue est piaculum: quanquā solebant orientales falsorū deorum simulacra manu tangere, manumq; propriam deinde exosculari, vt osculo illo testarentur sese idolis cultum illum singularē exhibere: osculari ergo manum propriam idem pollet, ac si dicat, si me ipsum colui tanquā idolū. Pedum osculū erat submissioris & maioris obsequij testimonium, serui enim dominorum, & ancillæ dominarū suarum

Gene. 27.

Gene. 29

Ad Rom. vlt. Lucę. 7.

Psal. 2

Hierony. Felix.

Iob. 31

pedes osculabantur: vnde & Christiani Romani Pont. Christi personam gerentis pedes osculatur, vt magnum obsequiũ testentur: & Magdalena Luca. 7. Christi pedes longo tempore exosculata est, Matthei q; vlt. Sanctæ illæ mulieres, cū Christũ viderent resurgentem, & salutantem ipsas, veneratæ sunt procidentibus, & tenentes illius pedes, vt eos exoscularentur. Sponsa ergo agnoscens sese à sponso electam, vocatam, iustitię luminibus & ornamento condecoratam, assumptam quoq; in regni consortiũ, canente Dauid psal. 44. Astitit regina à dextris tuis: iam non petit pedum oscula, se enim seruam & ancillã iam sæpius fuerat protestata: non oscula manuum, quoniam etiam sæpius promiserat se in fide & obedientia sponsi perseueraturam: nec petit frontis osculum cõmune beneuolentiæ signũ: sed efflagitat osculum oris, quod pignus est ardentioris charitatis, & magnam suauitatem inter sponsum & sponsam adiunctam habet. Verum vt mysteria, quæ in hoc diuino osculo oris delitescent, in lucẽ pferamus prius explicem⁹ oportet, quæ sit, osculi natura, quidq; amantes per oris osculum requirant. Cũ autem amantes nomino, non petulantes & impudicos intelligo, sed honestos & verecũdos sponsum & sponsam, virum & uxorem, qui in casto coniugio immaculati tori rationẽ habent. Pulchre igitur & erudite Apuleius dixit, os esse rationis ianuam, cogitationum comitium, vestibulum animi, per quod sæpius proripiat se animus quã per aliã corporis

corporis partem. Cũ ergo osculorũ repetitione & quasi cõcertatione amãtes vtũtur, nõ tã corpora iũgere conãtur, quã animos vnũ efficere, & in se inuicẽ trãsmutare: vnde nõ sibi satisfaciũt labiorũ prælibatione, sed internã gratiã atq; spiritũ sibi mutuo infundũt, vt hac ratione quasi vnũ efficiãtur. Et qui de, is qui amat in tot (vt ita dixerim) partes diuisus est, quot sũt obiecta, quę diligit: quod subindicare videtur Pau. i. ad Cor. 7. de cõiugatis loquens, qui cũ vxore est (ait ille) cogitat quæ seculi sũt, quo modo placeat vxori: & diuisus est. Osculis ergo repetendis & frequẽtãdis amãtes suã sibi optatissimã restitui vnitatẽ conãtur. Sed dicem⁹ clari⁹: amantiũ animi tãto magis à seipsis suisq; corporib⁹ discedũt, quãto magis distãt illi quos amãt, vimq; suis corporib⁹ min⁹ impartĩũtur viuẽdi. Vnde efficitur vt corpora amantiũ macie attenuẽtur, palleãt, & virib⁹ destituta læguescãt, corporaq; ipsa amantiũ tacito nature sensu amicorũ presentĩã cõplexũ, & oscula requirũt, indeq; sequitur tãta osculãdi, vel cupiditas, vel voluptas, dũ aberrantẽ animã in ipso amato osculorũ cõtactu, & repetitione recuperãt. Spõsa ergo, cui⁹ medicina in diuini osculo sita erat, oris osculũ petit, vitalẽq; spõsi sui spiritũ cupit haurire, dicẽs, Osculetur me osculo oris sui. Et quãquã auctore Arist. illi⁹q; fidissimo interprete D. Th. 2. 2. q. 27. ar. 1. Charitatis p̄priũ magis sit amare quã amari: spõsa hoc loco diuino spiritu afflata petit, vt spõsus osculũ illi prẽbeat, à quo tãquã à purissimo fõ

Luca. 7
Matth. 28

Psal. 44

Osculum
oris

Apuleius

1 Cor. 7

D. Tho.
Aristot.

IN CANTICVM CANTICORVM

te omnis ardētioris amoris vis atq; impulsus in ipsam descēdat: nostra nanq; foelicitas in hoc sita est, vt à Deo diligamur, & ab ipso oscula, complexus, & certa diuinæ beneuolentię pignora recipiamus. Fit autem hæc de osculatio cū Deus iustorum animis illapsus, primum, eorum mētem illustrat excellentiori lumine: deinde volūtatem mulcet, fleat, incendit, rapit, & incitat, vt amantem Deum redament, & mutua oscula rependant, atque ad maiora incrementa diuinæ charitatis aspirent. Crescit vero frequentia ipsa, atq; gliscit osculandi cupiditas: contactu nanq; oris diuini ardor ille diligēdi Deū incenditur, & ad altissimum amoris gradum ascendit. Primus igitur diuini osculi gradus in hoc positus est, vt sponsus spōsę suę per verbum Dei suas aperiat cogitationes, iungat labijs labia, infundat spiritum suum, eamq; instruat, informet, alliciat, & tacito quodā susurro, quasi suauissimis osculis ad bene beateq; viuendum inducat. Vnde quod nos Exod. 33. legimus de Moyse quòd loquebatur illi Deus facie ad faciem, quasi vir ad amicum suum. Chaldeus Paraphrastes vertit: loquebatur illi De ore ad os quasi qui ex osculatur amicum suum: hausto ergo verbo diuino, atque in animum transfuso, simul cum diuino spiritu sponsa, ipsaq; anima admirabili voluptate reficitur: tuncq; sequitur maior illa in Deum transmigratio, ita vt Deo ipsi adherescens, vnusq; spiritus cum illo effecta canat cū Regio vate psal. 72. Domine quid mihi est in celo,

Prim^o gradus diuini osculi.

Exo. 33

Targum.

Psal. 72

COMMENTARII. CAP. I. 13

lo, & à te quid volui super terrā? De^o cordis mei, & pars mea Deus in eternū. Hoc osculo transformatus Moyse Exod. 24. improbe famis iniuriam quadraginta diebus, & quadraginta noctibus non sensit: Hoc præterea osculo quasi amatorio poculo transmentatus Paulus in tertium cœlū rapitur: nec cit vtrū in corpore aut extra corpus existat: audit arcana verba, quæ non licet homini loqui, & quasi extasin passus: ad Galat. 2. in illa verba prorumpit, Viuo ego, iam non ego, viuit autem in me Christus: quod ille multo clarius ad Coloss. 3. edisserit, dicens, Mortui estis, & vita vestra abscondita est cū Christo in gloria, cū autem apparuerit Christus vita vestra, tunc & vos apparebitis cū ipso in gloria. Neque tamē hic secundus gradus altissimusq; omnibus iustis conceditur, sed paucissimis, quib^o Deus tam valide osculū impressit, vt abrenuntiantes omnibus rebus sensibilibus, imò cunctis rebus creatis præ Deo contemptis, solius summi pulchri contēplationi incumbant, illud ex Regio vate musitantes: mihi adherere Deo bonum est: vnde quāquā in vita præsentī multis sint necessitatibus & miserijs obnoxij, corporeisq; sensibus vti videantur, intus tamen habent Deum inhabitantē, qui iniustis viuit, spirat, loquitur docet, & munera alia exercet, quæ ad cōmunem Christiani populi salutē conducunt. Hoc enim pollicebatur dominus Moyse Exodi. 4. dicens, Ego ero in ore tuo, & docebo te quid loquaris. Et psal. 44. ait Dauid, Lingua mea

Exo. 24.

2. Cor. 12

Ad Gal. 2.

Coloss. 3

Secundus gradus per sectorum.

Psal. 72

Exo. 4

Psal. 44

D cala-

IN CANTICVM CANTICORVM

Matth. 10.
Lucæ. 21. calamus scribæ velociter scribentis. Et Matth. 10.
Acto. 6. Dabitur vobis in illa hora quid loquamini. Lucæ
2. Cor. 13. 21. Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non pote-
1. Cor. 13. runt resistere aduersarij vestri. Acto. 6. de D. Ste-
Oscul. P. d.
iris Chri
s. o impres
sion. phano loquente dicitur, quod non poterant resiste-
Philip. 2. re sapientiæ & spiritui, qui loquebatur. Hinc Paul.
Bernard. 2. ad Corint. 13. ait, An experimentum queritis eius
 qui in me loquitur Christus: Christus enim post-
 quâ exosculatus est Paulum, in illo loquebatur, to-
 nabat, & fulminabat. Verû nullus sanctorum ita in
 Deum trāsijt, vt Deus absolute dici aut possit, aut
 debeat. Sunt enim dij nō substantia aut natura, sed
 similitudine & imitatione diuinarum proprietatū,
 quia manent in iustis expressa quædam vestigia di-
 uinitatis, & scintillæ ex vastissimo illo pelago diui-
 ni amoris desumptę. Solum Christum pulcherrimū
 Ecclesiæ sponsum Deus pater tam intime atq; per-
 fecte exosculatus est, qui & ita diuinā naturā huma-
 næ Christi naturę copulauit, inseruit, atq; deuinxit,
 vt vnus idēq; homo ex vtero Virginis nasceretur,
 iaceret in præsepio, vagiret, algeret, & lacrymas
 funderet: ac simul Deus esset, qui coelos, orbemq;
 terrarum effecit, conseruat, & moderatur, dicente
 Paul. ad Philip. 2. Omnis lingua confiteatur, quia
 domin⁹ Iesus Christus in gloria est Dei patris. Vn-
 de sponsa hoc loco, quod D. Bern. acute notauit,
 consulto non audet petere, vt osculetur eam pater
 ore suo. Est enim singulare priuilegiū humanæ na-
 turæ in Christo, vt ori patris (hoc est filio) in hypo-

COMMENTARII. CAP. I. 24

Psal. 32. stasi iungatur. Filius nanq; psal. 32. os patris nuncu-
 patur, verbo domini cœli firmati sūt, & spiritu oris
 eius omnis virtus eorū. Optat igitur sponsa vt post-
 quâ osculum illud per geminæ naturæ complexum
 & copulam in filio fuerit cōstitutum, filius iam no-
 stræ naturæ particeps effectus exosculetur spōsam
 non inuisibili tātum ratione, sed etiam visibili: que
 sponsæ desideria exprimuntur clarissime Canti. 8. Canti. 8.
 vbi ait illa, Quis det te mihi fratrem meum suggē-
 tem vbera matris meæ, vt videam te solum foris, &
 deosculer, & iam me nemo despiciat. Postulat er-
 go sponsa, primum vt Christus illi Euangelicæ do-
 ctrinæ osculum impartiat, suumq; illi vitalē spiri-
 tum infundat, quod præstitit Christus, cū in mōte
 postquam duodecim Ecclesiæ proceres ac princi-
 pes creauerat Apostolos, & septuaginta discipu-
 los Christianę Reipub. duces instituerat, in frequē-
 tissima auditorū ad eum cōfluentium corona, Euā-
 gelicam legem promulgauit. Et vt Matth. c. 5. ostē-
Matth. 5. deret Christum sponsam suam per hanc doctrinā,
 fuisse exosculatum, dixit, cū sedisset, accesserunt ad
 eum discipuli sui, & aperiēs os suum docebat eos.
 Et psal. 18. David huius doctrinæ Euangelicæ de-
Psal. 18. pingens osculum, inquit, in sole posuit tabernacu-
 lum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de
 thalamo suo exultauit vt gigas, &c. Et vt huius di-
 uini osculi suauitatē ostenderet postremo adiecit,
 Eloquia dñi recta, &c. dulciora super mel & fauū.
 Et psal. 118. postquâ his osculis affectus fuerat Da-
Psal. 118.

IN CANTICVM CANTICORVM

Cant. 5. uid inquit, Quā dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Et sponsa ipsa *Canti. 5.* experta huius osculi dulcedinem, inquit, Guttur illius suauissimum, totus desiderabilis. Hebræi legunt, guttur illius suauitates, vt doceāt nihil inueniri in spō si gutture aut ore, quod nō sit omni ex parte suauissimum. Et sane septem illę beatitudines, quas Christus *Matth. 5.* tradidit, miram præferunt suauitate: quoniam non solum ostendunt certā viam ad æternam felicitatem, sed sunt quasi quædā primordia, & prægustationes, ac prælibationes futurę beatitudinis. Vnde ipse *Matth. 11.* ait, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. *Ioan. 7.* Ioan. 7. Qui sitit veniat ad me, & bibat, & flumina de vëtre eius fluent aquę viuę. Delibauerat hoc osculum Petrus, *Ioan. 6.* cū dixit, Quo ibimus dñe, verba vitæ æternę habes. Et Magdalena, quæ cū, *Luce. 7.* Luce. 7. degustasset verba illa gratissima: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multū, & illa *Luce. 10.* etiam: vade in pace, postea. c. 10. ingrediente Christo illius domum, cum Martha soror in parandis cibis esset occupata, atque sollicita, ipsa pedib⁹ Christi prouoluta sedet, quiescit, exloquentis ore depēdet, legitq; oscula suauissima, et audit vocē Christi: Vnū est necessarium, Maria optimam partē elegit, quæ non auferetur ab ea. Sed quoniam plerūq; propter peccata atque flagitia, quæ in Deum committimus, recedimus à Deo, separamur, & fugim⁹: & tanquā inimici, atque indigni illius amplexibus

&

COMMENTARII. CAP. I. 15

& osculis arcemur: Christus clemētissimus Ecclesię sponsus humani generis amātissimus modum excogitauit, quo nos fugientes ad se reuocaret, & inimicos in pristinam gratiam, & amicitiam reduceret, offerēs seipsum in ara crucis æterno patri hostiam gratissimam, vt hac ratione & pro illata iniuria plene satisfaceret, & nos in sui amorē vehementius incenderet. Quod ipse optimus vates *Ioā. 12.* pollicebatur, dicens: Ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsum: Quis enim tam lapideus & ferreus est, qui cū animo & cogitatione cōplectitur Christum in crucem sublatum, manus ad amplexus tendere, & sacrosanctum illud caput corona spinea cinctū ad osculum inclinare, nō emollescat, lique scat, & in amplexus ruat, atque oscula dulcissima? Nam vt magnes occulta proprietate ferrum trahit, tenet, & illigat, ita crux Christi arcana & ineffabili virtute homines trahit, rapit, & trāformat, & conuertit in amorem Christi crucifixi, qui nos suo sanguine à peccati tyrannide liberauit, expiauit à maculis criminum, & cruore suo Ecclesiam sponsam maxime cōdecorauit. Vnde Paul. dicebat id, quod nos cum illo ad *Galat. 2.* dicere possumus, Christo cōfixus sum cruci. Quod si forte pudore peccatorum retardati nō audemus principio oris osculum ambire: libetq; pedes Christi exosculari: offert ille pedes nudos, & clauis trāsfixos, vt certo sciamus eum non fugiturum: & in pedibus illis internam virtutē sanguinis Christi percipiamus.

Ioan. 12.

Simile.

Galat. 2.

cipiāmus. Manus vero vt dixerā, habet ille in cruce extensas, clavisque perforatas, vt polliceamur nobis munificas fore, omniaq; exhibituras, que ad æternam salutem conducunt. Pectus præterea seu latus Christi lancea perfoſſum audaciam præbet, vt intra illud ingrediamur, & maximis illis delicijs, quæ in corde Christi resident, potiamur. Inde vero ad oris osculum affurgimus, quod licet per impios ludæos fuerit felle, aceto, & myrrha affectū: nobis tamen ad eum redeuntibus, & in ipsius amplexus ruentibus fauos semper, & ambrosiam distillat: ita vt ipsam quoque sponsam Canti. 2. his vocibus cohortetur, Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni: in foraminibus petrae, in cauerna maceriae. Et D. Dionys. epistola ad Demophilum, inquit, benignus Iesus ad se venientes totus totos exosculatur, alludens, meo iudicio, ad illud. 4. Reg. 4. vbi Eliseus misit prius ministrum cum baculo, vt defunctum puerum ad vitam reuocaret. Sed vt inquit Scriptura, non erat in puero sensus, neque vita. Venit ergo Eliseus, & incumbens super infantem totus totum est exosculatus, eumq; sanum, & incolumē matri suæ restituit: ita Christus verus Eliseus peccatores ad se redeuntē totus totos amplectitur, & exosculatur, quos mater Ecclesia ad nouā vitam reuocatos magno cum gaudio excipit. Sed neque in hoc osculo sistit & quiescit sponsus Ecclesiae Christus, prouehit enim eos, quos iustificat ad multo præstantius & excellentius osculum

Canti 2

Dionys.

4. Reg. 4

Tertius gra
dus

osculum perpetuę foelicitatis: vbi sponsus ipse cœlicolas máximo illo splendore, quod nos lumē gloriæ appellamus, primum illustrat, deinde illabitur Deus ipse mentibus beatorum: ita vt verbū ipsum diuinum iam nō per speculū. in enigmatē, sed facie ad faciem illis loquatur, doceat, purget, atque perficiat: & ipse Spiritus sanctus, qui Patris & Filij suauissimum est osculū infusum cordibus illorū, ipsos incredibili voluptate perfundit: ita vt nunquā sit sanctorum osculorū finis: sed beati perpetuo exultent, & sempiternis gaudijs circūfluant. Quia meliora sunt vbera tua vino. Priora verba, vt sacri interpretes ferē omnes exponunt sunt sponsę cum choro iuencularum, quæ eam comitabantur, desiderantis præsentiam & osculū sponsi, vel vt Theodoretus, & D. Bernardus sentiunt, verba sunt sponsæ Patrem æternum obsecrantis, vt mittat filium suum, qui suauissimum oris osculum illi impartiat. Nunc sponsa diuini amoris stimulis agitata subito ad sponsum orationem cōuertit, redditq; causas, propter quas audacior facta, oris osculum postulauerit, dicens, Quia meliora sunt vbera tua vino: quasi dicat, non meis desiderijs faciunt satis legati illi, quos sponsus meus frequēter ad me mittit: quoniam in eorum verbis atque doctrina non tantam percipio voluptatem, quantam in verbis sponsi, illiusq; conuiuij & consuetudine: Cōplexus enim sponsi atque oscula, legatorum oscula longo superant interuallo. Sed vt sensum literæ diligentius inquiramus,

1. Cor. 13

Spiritus
sanctus
Patris &
Filij
osculum.Theodore
tus
Bernardus

IN CANTICVM CANTICORVM

inquiramus, obseruandum est, quod omnes fere Hebraei legunt, meliores sunt amores tui super vinum. Contenduntque; nulla ratione legendum esse cum vulgata editione: meliora sunt verba tua vino, quoniam verba inepte tribuuntur sponso, quae si in viro turgescant foemineum nescio quid, & indecorum praeferrunt: cum tamen sponsa ubique; amplificet pulchritudinem sponsi. Et Cant. 5. cum per singula membra sponsi pulchritudinem depingat, nullam facit mentionem verborum, quae sponsum non exornarent, sed deturparent maxime: sponsus vero. c. 4. verba sponsae vehementer laudat, dicens, Duo verba tua, &c. Hinc ut Origenes notat homilia. 2. super Cantica quidam legebant: meliora sunt eloquia tua super vinum: & Rabbi Sahadias exponens hunc locum, transfert, quia melior est salua tua vino, Et illud etiam Prouerb. 7. quod nos iuxta vulgatam legimus: veni, inebriemur verbis, ipse legendum ait, veni, inebriemur salua. Et Biblia Complutensis ex Graeco transfert, veni, fruamur amicitia, & per totam noctem mutuo amore inuoluamur. Sed septuaginta interpretes Hebraeae linguae peritissimi verterunt, Meliora sunt verba tua vino. Et Latinus interpres vulgatus, cuius editioni nobis inherendum est iuxta decretum Concilij Tridentini, eandem lectionem seruat, cui consentiunt omnes antiqui Patres, tam Graeci quam Latini, Origenes, Athanasius, Gregorius Nissenus, Theodorus, & tres patres quos ibi citat: ex Latinis Hieronymus, Ambrosius, Gregorius,

Cant. 5.

Cant. 4

Origen.

Prouer. 7

Latinorum
& Graeco
rum patrum
vestigia
seper pra
mentia.


COMMENTARII. CAP. I.

17

rius, Beda, Anselmus, Bernardus, & diuus Thomas, horum ergo vestigia nobis potius praemenda sunt. Et quidem sponsa hoc loco voluit sub tegumento rerum sensibilibus, & sub metaphora verborum significare sponsi sui prouidentiam cum incomparabili clementia, & charitate coniunctam, quae ad viuum in verbis representatur, ut etiam excluderet eorum errorem, qui haec dicunt de amoribus Salomonis, & filiae Pharaonis, aut Sulamitidis esse intelligenda, nam Salomoni verba non nisi indecenter possunt adscribi. Significat ergo sponsa his verbis viscera misericordiae, & singularem beneficentiam sponsi erga ipsam, & praesertim erga illos, qui a statu peccati ad Christum conuertuntur, quibus praestat non solum intelligibilem, sed etiam sensibilem voluptatem ex diuinarum rerum contemplatione, quibus tanquam esca illi statui accommodatissima alliciuntur, & inescantur, quae voluptates multo dulciores sunt delectatione rerum sensibilibus: & propterea ait sponsa: Quia meliora sunt verba tua vino. Quod si ingenium & artificium sponsae attentius in his verbis consideremus, est in illis tacita quaedam & prudens excusatio, quod praesumpserit ad osculum oris aspirare. Idque non tam illius audaciae imputandum, quam exuberanti Dei misericordiae & indulgentiae tribuendum, quae tanta esse solet in eos qui denuo conuertuntur, ut eos ad procuranda & ambienda maiora beneficia reddat audaciores: quasi dicat sponsa: aut charitati, misericordiae

Quid vbera hoc la-
co signifi-
cent.

E. tuae



tuæ & clementię pone modum: aut concede, vt liceat mihi etiam suauissimi oris tui oscula pertentare. Nam ex colloquio, vt diximus, & conuictu cum Deo animam sumimus ad maiora quędam presumenda incrementa virtutum, vnde Danielis. 10. propheta, qui antea languerat, & herēbat terrę, ex angeli colloquio cōualuit, & vires sumpsit. Genes. etiam 32. Iacob ex colluctatione cū angelo fortior factus, atque robustior victoriam est cōsecutus: vnde quidam vt beneficij accepti magnitudinem explicaret, dixit, fecisti, vt ingratus semper viuerem: ita sponsa dicebat tu sponse in causa es, vt maiora audeam intentare. Sed nō sine mysterio comparat vbera sponsi vino, quoniam quęadmodum solent homines hausto vino inebriari, in soporem induci, & plerunq; in furorem rapi: ita etiam illi, qui Dei clementiam & incomparabilem misericordiā degustarunt, transmentari solent, & ita in Deum transformari, vt maxima quęq; audeāt, quod Iere. c. 23. testatur, dicens, Ego quasi ebrius, & quasi vir madidus à vino. Et Paul. 2. ad Corint. 5. Siue mente excedimus Deo, siue sobrij sumus, charitas Christi vrget nos. Spōsa ergo vrgēte charitate anhelat ad oris osculum, audacem enim faciebat amor, & vt quidam pulchre dixit. Non bene conueniunt, neq; in eadem sede morantur maiestas & amor. Neque vero est cur vereamur sponso vbera tribuere, cum in sacris literis frequentissimum sit, Deo non solū vbera, sed vuluam, conceptus, vteri gestationem,

nixus,

nixus, seu partus, & lactationē adscribere. Esa. 46. Audite me domus Iacob, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. Et Esa. vlt. Nunquid ego, qui cæteros parere facio, ipse non pariam? & qui cæteris generationem tribuo sterilis ero? Et inferius, lætamini cum Hierusalem omnes, qui diligitis eam, vt fugatis, & repleamini ab vberem misericordiæ eius, & mulgeatis ab omnimoda gloria eius: & rursus ad vbera portabimini, & super genua blandietur vobis: ita ego consolabor vos. Osee. 2. Lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius: huius suauissimi lactis dulcedinē experta fuerat sponsa etiam in ipso suę natiuitatis principio, in primis parentibus, eorumque familia, quos licet è paradiso terreno expulerit, tamē ad se redeuntes clementer excepit, & de rebus ad æternam salutem pertinentibus diligenter instruxit: In Noe etiam, illiusq; vxore & liberis, quos fabricata arca à cataclismo liberavit, & humani generis per diluuium extincti instauratores effecit: Deinde in Abrahamo, Isaac, Iacobo, duodecimq; patriarchis, quos maximis beneficijs semper est prosequutus. Cum vero sponsa, hoc est fidelis populus, in Aegypto magnis calamitatibus, & perpetuis operibus luti & lateris premeretur sponsus: ita illi presentissimam opem tulit, vt nō solum parentis officio, sed indulgētis matris munere fungeretur, quæ illam tāquam charissimam filiam gestabat in vtero, lactabat vberem, & omni studio fouebat. Nā

E 2 cum

Dan. 10.

Genes. 32

Cur sponsi
vbera vi-
no compa-
rentur

Iere. 23.
2. Cor. 5

Deo sacre
liter. vbera
& vul-
uam ali-
quādo tri-
buunt.

Esa. 46

Esa. 66

+ 1 v. 3

Osee. 2.

+ 1 v. 3

+ 1 v. 3

+ 1 v. 3

+ 1 v. 3

+ 1 v. 3

+ 1 v. 3

+ 1 v. 3

cum posset Deus sponsam suam ex dura illa seruitute sine miraculis liberare: tamen voluit magnis editis portentis eam in libertatem asserere: & effecit, vt hostium spolijs, atq; exuuijs diues ex Aegyptu pro euaderet, & inter horredos maris fluctus ipsa sicco vestigio trāsiret. Ipsam præterea in deserto cælestibus epulis longo tempore sustentauit, atque fugatis hostibus ac deletis, in terram lacte & melle manantem introduxit. Quod si aliquando eam ab aduersarijs vexari permisit, magna celeritate eam in pristinam libertatem & felicitatem restituebat. vnde cum apud Esa. c. 49. quereretur populus ille, quod non experiretur eadem viscera misericordię his verbis dixit, Siō dereliquit me dñs, & dñs oblitus est mei. Dat illi sponsus respōsum: Si obliuisci potest mulier infantē suum, & mater filij vteri sui, et si illa oblita fuerit, ego tamen nō obliuiscar tui: ecce enim in manib⁹ meis descripsi te, & muri tui coram oculis meis semper. Sed vt sponsi vberū naturā, proprietates, & effectus cognoscamus, opere pretium me facturū existimo, si inuestri gratiam ex ipso naturæ opificio, & sacrarum literarum oraculis declarauero, quę sint in Christo sponso hæc vbera. Deus naturę artifex prouidentissimus duo vbera in foeminarum pectore collocauit, quę propēderēt, cordi iecori, lieni, ceterisq; membris vitalib⁹, ipsis quoq; visceribus & præcordijs: quę vbera appetente partus tempore turgescunt, & iam edita prole distenduntur, atq; lacteo illo liquore replentur,

Exo. i. 4

Esa 49

Vbera spōsi.

Cur De⁹ duob⁹ vbera in mulierū pectore collocauerit.

tur, in quibus infantium remedium situm est, vnicūq; perfugium atque solatium, vt cum mater charissimam prolem in sinu gestaret, lactaret, nutriret, atque foueret: mēbra ipsa vitalia, præcordia, & viscera admonerent, omnem curam & solitudinē in prole procuranda esse adhibendam. In Christi vero sponsi pectore duo vbera duo sunt fontes purissimi diuinę beneficentię, nimirum charitas & benignitas ad celestia beneficia conferenda, & patientia ad sustinendos peccatores, longanimitas & clementia ad peccata remittēda. Vnde Ioan. Apoc. i. vidit Christū præcinctū circa māmilas zona aurea, vt indicaret, hæc vbera oriri ex nimia & ardētissima charitate. Nā postquā filius Dei suscepit humanā naturā, hæc vbera misericordię & longanimitatis experimur nobis esse vberiora multo. Dicuntur vero vbera in Christi esse pectore, illiusq; cordi & visceribus propēdere, quoniā nihil ita insitū est Christi bonitati, atq; misereri, & peccata cōdonare. Lucæ i. per viscera misericordię Dei nostri. Et quē admodū matrē incitat viscera, atq; præcordia ad prolem curandā, ita Christ⁹ à suis viscerib⁹ atq; præcordijs ad salutē nostrā procurandā vehemēter impellitur. Et quidē quāquā hæc vbera spōsi omni tēpore hominū generi fuerint exposita, aliquādo tñ nō ita copiose affluebant, neq; ille tāta vtebatur misericordia erga humanū genus. Esa. 63. vbi est zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viscerū tuorū, & miseratio-

Apoc. i.

Lucæ i

Esa. 63

Christus ex Virginis castissimis visceribus induit viscera misericordię. Multo abundantius lac præbet fidelibus, tam benignitatis, quã patientiæ & longanimitatis. Vnde Dauid psalm. 102. canit, Misericors & miserator dñs longanimis & multum misericors. Et Ioelis. 2. Conuertimini ad dñm Deũ vestrũ, quia benignus & misericors & præstabilis super malitia. Ad Rom. 2. An diuitias bonitatis eius patientiæ & longanimitatis cõtemnis? Ad Titũ. 3. apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, &c. sed secũdum misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & reuocationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde. Et inde propheta Dauid psalm. 29. inquit, Psallite dño sancti eius, &c. quoniã ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Habet tamen fallax mundus & lasciuiens blãdiensq; caro sua vbera nõ salutifera, sed mortifera, de quibus Prouer. 1. dicitur, Fili si te lactauerint peccatores, nõ acquiescas eis. Est enim mundi & carnis lac soporiferum lethiferũq; quod adumbrare mihi videtur Spiritus sanctus Iudic. 4. in Iaele illa astuta foemina, quæ Sisaram victum profligatum & fugientem Delboram, læta fronte excepit: & vt lateret, in cubiculũ introduxit, pallio cooperuit, & sitibundo ex vtre lac pro aqua propinauit, & cõsopitum, in altumq; dormientem per tẽpora clauo transfixit: ita vt soporẽ morti consociaret. In qua historia tanquã in speculo inspiciuntur illi, qui postquã per Euãgelij ministros,

Psal. 102

Ioel. 2

Rom. 2

Ad Tit. 3

Psal. 29

Prouer. 1

Iudic. 4

*Vbera sal
lacis mundi
& blãdiens
caris lethifera.*

&

& cõcionatores à statu peccati deturbantur, ad vomitum tamen redeuntes carnis blãdimenta requirunt, quos appetitus in suum cubiculũ, hoc est, ad vitiorum penetralia introducit, lac ex corruptibilis carnis vtre propinat, quo illi soporati vsque ad extremum vitæ in altum dormiunt, morteq; subita quasi clauo transfixi, vitæ præsentis soporem cum æterna morte cõmutant, & æternis supplicijs deputantur. Mundum vero & carnem Ierem. Tren. 4. lamij cõparat, dicens, Sed & lamia nudauerunt mãmas, lactauerunt catulos suos. Lamie, vt quidã sentiunt, veneficæ foemine magicis artibus deditę, quas Hispanie dicimus bruxas, Latine striges, siue sagas, quę noctu puerorũ sanguini insidiatur, & illũ fugit, & diu fascinatione infantes occidunt. Hæ imaginẽ exprimiunt lenocinãtis appetitus & carnis, quę voluptatibus sensibilibus, quasi poculis quibusdã & veneficijs infantulos, hoc est, peccatores & sensibus deditos interficiunt. Comparatur vero caro lamij siue strigibus, quæ sanguinem puerorum sitiunt, iuxta illud Prouer. 30. Sanguisuga duas habet filias, quę semper dicunt, affer, affer: Duæ vero filia sunt cupiditas diuitiarũ, & honorum, & turpis libido. Sed magis mihi placet eorum sententia, qui lamias dicunt esse feræ quasdam & bestias immanissimas, quæ in intimis Aphricæ desertis cõmorantur. Ita docet Dionys. Chrisost. & Philostratus in vita Apollonij lib. 4. quæ feræ habent humanam faciem, eamq; elegãtissimam, vbera mirõ nitore cãdentia,

Tren. 4

Tren. 4

*Lamie quę
sunt.*

Prou. 30.

*Lamie se
re immanis-
sime.*

cete

cæteraq; membra pulcherrima, vngues tamē habēt rapacissimos, & acutissimos: homines vero iter agentes earū pulchritudine captos accedere: tunc feras illas irruere, & vnguibus laceratos interficere.

Prouer. 7.

Hæ lamię depingūtur Prouer. 7. in fœmina illa garula, vana, inquieta, impudica, ornatu meretricio culta, quæ amplectens miserū adolescentulū eum exosculatur, & inuitat ad turpem voluptatē, dicēs, veni, & inebriemur vberibus, & fruamur cōcupitis amplexibus, quam sequitur ille, vt bos ad victimā ductus, & sicut auis quę festinat ad laqueū, & sicut agnus lasciuiens, & nescit miser, quod de periculo vitę agitur, & quod fortes quiq; interfecti sunt ab ea. Quamobrem hæc vbera pestilētissima vitæ s

1. Petr. 2.

ad Christum suauissima confugiamus vbera dicente diuo Petro 1. Cano. 2. Quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite: si tamē gustatis quoniam suavis est dominus. Est enim quod sæpius dixi, in Christi vberibus maxima suauitas.

Gregori. Nisse.

Vbera spō si Eucharistię sacra mentum.

Nam si per vbera cū Greg. Nisseno in hunc locū, sacrosanctum Eucharistię sacramentum intelligamus, nihil potest hoc sacramento gratius aut dulcius excogitari, cū sponsa ipsa dicat, o quā suavis est dñe spiritus tuus, qui vt dulcedinem tuam in filios demōstrares, pane suauissimo de cœlo præstito esurientes reple bonis, & fastidiosos diuites dimittis inanes. Et alibi, O sacrum conuiuium, &c.

Vbera spō si doct. ins. & sacramenta.

Vbera præterea sponsi exponūtur ab alijs viris doctis doctrina Euangelica in dextro latere, & sacramenta

menta in sinistro, quæ iuxta Ecclesię doctrinam, & patrum cōmunē sensum scaturierūt de latere Christi dormientis in cruce. Et in his vberibus cōquiescebat dilectus Christi Ioannes, qui postquam refectus est in cœna sanctissimo corpore & sanguine, ex ipso pectore Christi Euangelicę doctrinæ purissima fluente hausit. Alij vero per duo vbera spōsi intelligūt duo testamenta, ad quę vbera potissimū pendent scripturę auditores. Sed tā interpreti quā auditoribus magnopere obseruādū est illud, quod monet Sapientissimus Prouer. 30. Qui fortiter præmit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrū, qui autem vehementer emungit, elicit sanguinem. Septuaginta interpretes, quos sequitur translatio Latina ex Græco Biblię Cōplutensis, vertunt: emulge lac & erit butyrum, exprime nares, & exhibit sanguis. Illi vbera Christi fortiter præmunt, qui diligēti studio & attenta meditatione ex vtroq; testamēto, & antiquorum Patrum intelligentia, sensuq; Ecclesię Catholicę vtrūque testamentum interpretātur. Hi enim non solum lacteum doctrinę liquorē sed pinguisimū deuotionis & feruoris exprimēt, ita exponit Gregorius Nazian. oratione. 31. Qui verò ex lutulentis Rabbiorum libris & profanorum authorum fontibus sacras literas exponere conantur, illi nō vbera præmunt sponsi, sed proprio iudicio initentes non mulgent vbera, sed emungunt nares: atq; ita nō nisi mucos, & sanguinē exprimūt, hoc est, aut fordida quædā, & impudica: aut carnē

Prouerb. 30

Nota

Nazian.

& sanguinem sapientia. *Vino.* Quidā recētiore in terpretes, vt hunc locū exponant dicant, quòd cū sponsa absentis sponsi desiderio tristis esset, & magno mœrore confecta, socię puellę vinum illi obtulerunt, vt eam exhilararent, iuxta illud Prouerb. 31. Da siceram merentibus & vinū his qui amaro sunt animo. Sponsa vero vinū respuens illa verba protulit, Meliora sunt vbera tua vino. Verū præterquā quòd hæc expositio noua est, & antiquis patribus inaudita, non videtur verbis spōsæ satis coherere. Si enim loquebatur cū choro puellarum, diceret, Meliora sunt vbera eius, non vbera tua: & præterea honestæ virgines, quibus vinum non est in vsu, nō tantū faciunt vinum, vt illud adhibendum putēt ad exhilarandum alterius animū, præsertim sponsæ honestissimę, quę sponsi sui oculos ambiabat. Sed dicunt non obtulisse vinū bibendū, sed vt illius odore fugientē animam retineret, sed virgo quę abstemia est, vini odore non recreatur, sed nauseam patitur: odor enim vini illis tātum gratus est, quibus vinum sapit: horrētibus vinum odor quoq; est molestissimus. Vt ergo germanam huius loci sensum teneamus, notandum est, vinum apud Hebręos, & in sacris literis significare eximiā aliquā & insignē voluptatem, quoniā in conuiuijs nihil videtur suauius potu vini: sæpenumero etiam vinū solum est & hieroglyphicū cuiuscunq; oblectamenti, quod ex rebus sensibilibus percipitur, maxime ex amore vulgari, quod mihi aperte videtur declarasse Sa

lomon

lomō Eccles. 2. vbi inquit, risum reputaui errorē, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? cogitavi in corde meo abstrahere à vino carnē meam, vt transferrem animum meum ad sapiētiam, hoc est, omnī prorsus voluptati sensibili renunciaui, vt diuinarū rerum contemplationi possem incumbere. Vnde Ierem, c. 51. calix aureus Babylon inebrians omnē terram, de vino eius biberunt omnes gentes, & cōmotę sunt: vbi nomine vini, cōplectitur omnes sensibiles voluptates à Deo auocantes. Et Apoc. 17. depingit Ioannes meretricem illam Babylonem nuncupatam, purpura, auro, gemmisq; pretiosis ornata, & bestię cruentæ insidentem; quā sequabātur Cæsares, Reges, Principes, magnates, nobiles, mercatores, quoniam gestabat in manu aureum calicem plenum vino abominationū, fornicationum, & prostitutionum, quod ardentissime bibere cupiebant. Et sane merito vinum sensibiles voluptates representat, quoniam sicut vinum licētius & indulgentius haultum mentem alienat, rationis arcē inuadit, totum hominem occupat, & in amentiam rapit: ita vt sine pudore, & rationis freno turpissima quęq; & pudenda cōmittat, quod ad viuū suisq; coloribus expressisse mihi videtur Salomō Prouer. 23. dicens, Cui ve? & cuius patri ve? cui rixæ? cui loq; ue? cui sine causa uulnera? cui suffusio oculorum? nisi illis, qui morantur in vino, & qui student calicibus epotandis: noli intueri vinum, cū flauescit; cū splendet in vitro color eius, ingreditur blāde,

F 2 & in

Prouerb.

31

Eccles. 2.

Iere. 51.

Apoc. 17.

Prouerb.

23

& in nouissimo mordebit, vt coluber, & quasi regulus venena diffundet: & eris quasi sopitus in medio mari, & quasi gubernator amisso clauo: & dices verberauerunt me, & ego non dolui: traxerunt me, & ego non sensi: quando euigilabo, & rursus vina reperiam? Vbi Salomon principio sub cuiusdã quæstionis specie maxima & plurima incõmoda recenset, quæ proueniunt hominibus ex ebrietate: infamiam sibi, suisq; parentibus atque cognatis: dolorem, acerbissimosque cruciatus, plurima quoque infortunia & casus, quibus temulenti homines sunt expositi. Incidunt quoque in rixas, & iurgia, & deinde ad arma profiliunt, & acceptis inflictisque vulneribus mille modis cruciantur. Consequitur præterea ex nimio vini potu cæcitas; aut vt minimum rubor, & suffusio oculorum. Quapropter monet principijs obstandum, omnemque potus illecebram refecandam. Nam quãquam initio blandiri videatur, postea mordet vt coluber, & vt regulus venena diffundit, quoniam præterquam quod rationem intercipit, impellit ebrios ad multa flagitia committenda. Ebrius vero, quam miserè post temulentiam iaceat, significatur in verbis sequentibus. Erit quasi sopitus in medio mari, & quasi gubernator amisso clauo, verberatus non dolebit, tractus ad præcipitium inferni non sentiet: id tantum curabit, & ad hoc omni studio incubet, vt rursus vina reperiat. Hæc omnia de sensibilibus voluptatibus in gene-

re facile possunt exponi, atque ita declarantur à diuo Gregorio in pastoralis, admonitione. 33. & à Beda in expositione huius loci. Huius rei cogitatione, nempe quod vbera sponsi omni humano oblectamento sint preferenda, Abel relictis omnibus voluptatibus sensibilibus perpetuam animo virginitatem nuncupauit, Enoch inter improbos innocentissime vixit, Noe in tanta humani generis corruptione & prauitate sanctitati & religioni studuit, Abraham relicto natali solo, penatibus, cognatis, & amicis, Iogum exilium suscepit, vt Deo imperanti obtèperaret. Nam si hoc recte cogitemus, Plato in symposio vulgarem amorẽ, ait, esse genus insaniam, rabiem esse, fascinationem, & sanguinis perturbationem, genusq; morbi teterrimum, quo miseriamantes acerbissimè cruciantur. Appellaturque ab eodem Platone belluinus seu ferinus amor, quoniam amãtes belluarum naturã imitãtur, quas natura pronas, & ventri obedientia finxit: & tandem zelotypia quasi carnifice misere excarnificantur: at qui Christi vbera requirunt in ipso lacte sugunt ardentissimum desiderium summę illius pulchritudinis, quã animis insculpere, & moribus exprimere conantur. Accedit his, quod sensibiles voluptates ex illis rebus oriuntur, quę fluxę sunt, periturę, & ad interitum summa velocitate festinantes, vnde oportet ipsas voluptates momentaneas esse & fugacissimas, iuxta illud Iob. 20. Gaudũ hypocritę ad instar puncti. Nam cũ iusti qui ex Christi vbe-

Gregori.
Beda.

Plato in
symposio

Iob. 20

ribus pendent, iunguntur vitali fonti diuinæ boni-
tatis & benignitatis, atque adeò iugi lætitiæ potiun-
tur. Ioan. 4. Qui biberit ex aqua, quâ ego dabo ei,
fiet in eo fons aquæ salientis in vitâ æternâ. Esa. 58.

Et erit quasi hortus irriguus, cuius non deficient
aquæ: At bona sensibilia, cū ex carne originem tra-
haut, summa breuitate transeunt, dicente Esa. 40.

Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos
fœni, exsiccatum est fœnum, & cecidit flos. Vnde
hos rēprehendit Deus per Oseam. c. 3. Deos alic-
nos quæsierunt, & vinacea vuarum dilexerunt. Nā

quemadmodū si ex vua exprimas vini liquorē, nō
restat nisi pellicula quædam arida in sterquilinum
proijcienda: ita ea, quæ pulchra & amabilia esse
putabamus, se habent. Postremo illi, qui voluptati-
bus indulgent sensibilibus, intendunt potissimum

explere appetitum, & voluntatem perfecti boni cu-
pidam satiari, quod in solius Dei consequutione il-
lis potest contingere, canente Dauid psal. 102. Be-
nedic anima mea, &c. Qui replet in bonis deside-
rium tuum. Quid? quod bona ipsa sensibilia, post-
quā possidentur, sitim & desiderium non sedāt, sed

irritant, & aliquando fastidū generant & nauseam,
iuxta illud Proverb. 27. Anima saturata calcabit fa-
tum: quæ vero esuriens est etiam amarum dulce re-
putabit. Cū verò, vt iam diximus, diuina sapien-
tia gustata magis ac magis dulcescat, qui Christi

vberibus nutriuntur sempiterna fruuntur volupta-
te, iuxta illud Eccles. 24. Qui edunt me adhuc esu-
rient:

rient, & qui bibunt me adhuc sitient. *Fragrantia vn-
guentis optimis.* Septuaginta legunt, & Biblia Com-
plutenfis ex Græco, Odor vnguentorum tuorū su-
per omnia aromata: quidam Hebræi transferunt:
propter odorem vnguentorum tuorum oleum effu-
sum nomen tuum: ideo adolescentulæ dilexerūt te
nimis, ita vt hæc tria iungantur. Alij legunt, Odoni
vnguentorum tuorum: Nos tamen sequemur vul-
gatam editionem, vbi hæc verba cum præcedenti-
bus iunguntur. Sponsa in his verbis commendat &
laudat sponsum, quoniam nō solum osculo oris im-
partitur sui spiritus suauitatem, vberibus pascit, nu-
trit & reficit: vnguētis præterea odoriferis, quibus
illius vbera sunt delibuta omnes mortales ad se
pertrahit. Et cōsulto sponsa vnguentorū memini-
t, quoniam fuere illa in vsu apud Palestinos, in deli-
cijijs, quibus cōuiuia, quāquā abūdarent lautissimis
cibis, & exquisitis selectissimisq; vinijs: si tamē vn-
guenta deessent suaueolentia quibus vngerentur
coniuujs, ipsa conuiuia frigere & imperfecta esse vi-
debantur. Vnde psal. 22. dicit, Parasti in conspectu
meo mensam. Et infra, Impinguasti in oleo caput
meum. Et Christus Luc. 7. reprehēdit phariseum,
qui eum cōuiuio excepit, dicens, Oleo caput meū
non vnxi. Laudat verò peccatricem, quæ hospita-
lia officia illi diligenter impēderat, lacrymis irri-
gans illius pedes, capillis tergens, & vnguento per-
ungens. Sponsa igitur mōri & consuetudini suæ gē-
tis inseruiens docet hoc loco nihil deesse sponso,

quo

quo

quo

Psal. 22.

Lucæ. 7

quo minus omnes mortales flagrantissimo amore eum prosequantur: habet enim in osculo spiritus suauitatem: in vberibus lactis copiam & vnguentorum suauiter spirantium exuberantiam, ita vt nihil in sponso possit amplius desiderari. Sed cum sponsa intendat in hoc epithalamio omnes homines ad amorem sponsi inflāmare, mentionē fecit vnguentorum, ac si diceret, Habent qui spōsi amore ardēt in illius vberibus vnguenta optima, quibus vehementer possint recreari: amātes enim, vt iam diximus, propter aberrationem & transformationem in eos, quos amant, macie attenuantur palefcūt, deficiunt, & cordis deliquium patiuntur. Cui morbo atque deliquio adhibentur odores ex floribus herbisq; odoriferis cōfecti, aut liquoribus ex eisdem herbis & floribus, vel igne elicitis, aut alia arte expressis, aut etiam vnguentis pigmentaria arte compositis. Quod probē nouerat sponsa cum Cant. 2. dicebat, Fulcite me florib⁹, stipate me malis, quia amore languēo. Et Prouerb. 27. vnguētis & varijs odoribus dilatatur cor. Sponsa ergo docet, quod qui prae desiderio & amore sponsi languescunt, animiq; deliquium sustinent, habent in ipsis vberibus sponsi odoramēta suauissima, quibus subleuari possint, & sustentari. Nam quotiescunque etiam illi, qui in magnis peccatis sunt cōstituti, vbera diuinæ bonitatis clementiæ, longanimitatis, patientiæ considerant, & beneficia hominibus exhibita cogitant, quasi suauēolentia vnguentorum excitantur,

Cant. 2.

Prou. 27.

vt

vt quāuis consideratione proprię conscientiæ deficiant, contēplatione tamen diuinæ misericordiæ respirent. Hinc David psal. 83. cū magno desiderio estuaret beatitudinis, & pene deficeret, ita ait, Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria dñi, cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Sed odoramentis vberum sponsi, hoc est, illius clementiæ, & beneficentiæ sumit animus David, dicens, Etenim benedictionē dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorū in Sion. Psal. 67. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuę: & infirmata est, tu vero perfecisti eam, animalia tua habitabunt in ea parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Vnde pauper quidā piscator princeps Ecclesię Petrus. 2. Cano. 1. his odoramentis erectus, & cōfirmatus dicebat, Regenerauit nos in spem viuā hereditatis incōtaminatā, & immarcescibilis. Sed clarius Paul. 1. ad Timo. 2. inquit, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia dñs Iesus Christ⁹ venit in hūc mundū peccatores saluos facere, quorum primus ego sum, sed misericordiam consecutus sum, vt ostenderet in me patientiam suam ad in formationem eorum, qui credituri sunt ipsi in vitā æternam. Quamobrem mirari sæpenumero soleo, & vehementer dolere, quod cū hæc vnguenta spōsi, ipsoꝝq; odor suauissimus omnium Christianorum olfactū nō solum attigerint, sed impleuerint: nos tot incitamentis stimulati adhuc volutamur in

Psal. 83

Psal 83

Psal. 67.

1. Petr. 1.

1. Tim. 1

G

pecca-

peccatorum ceno foetidissimo, cū tamē videamus formicam, ad cuius exēplum nos exhortatur Salomon Prouerb. 6. insectum & minutissimum animal odore vnguentorum excitatam turmatim in apotecas vnguentariorum confluere, vbi ipsis vnguētis inherescens dulci letho occumbit: homines verò ad Christum vitæ fontem tot tantisq; odoribus excitati non festinant. Pudendum est, canem venaticum cū odorem leporis aut cuniculi præsentit, quasi fimbundum vsque ad extremum halitū conuolare, non sibi, sed hero suo venaturū: homines autē ad ipsam foelicitatem, ad amplexus & oscula sponsi nec tanta odoris fragrantia comoueri possunt, aut impelli. Sponsa ergo cum diuino lumine illustrata cognoscebat animos hominū, quandiu in vitæ præsentis exilio versantur, odore esse capiendos, tantamq; vim & potentiam vnguentis sponsi esse impressam, vt odoratu homines trahat: multo potentius tracturus, cū in patria omnes sensus occupaerit, atque repleuerit, eisq; facultates suæ naturæ maxime consentaneas præstiterit, ait, sponsi vbera vnguentis optimis esse præstantiora. Cū vero sensus nomino non de corporeis loquor, sed de hominis interni sensibus, quos Paul. ad Heb. 5. cupit in nobis esse exercitatos ad discretionem boni & mali. Et vt ex his corporeis ad internos illos mētis accedamus. Quē admodū si corporis oculus ophthalmia laboret, neque colores, nec rerū figuras potest recte discernere, sed animo nostro representabit

candida pro nigris, viridia pro rubris, curua pro rectis: ad eundem modum internus mentis oculus, si ignorātia quasi cecitate, malitia quasi lippitudine, vehementiori affectu quasi albugine laboraret, nō potest rectum discernere, sed pro bonis mala animo eligenda esse præsentabit: bona vero tanquā mala, & nocitura esse repudianda. Quòd de cæteris etiam interni hominis sensibus est iudicandum. Vt ergo eo, vnde digressi sumus, redeamus. Sponsa laudat sponsi sui odora menta, quoniam in vita præsentis hoc sensu quasi crassiori vtendum est: vt enim Arist. docet, ab imperfectis ad perfecta progredimur, & iustorum via iuxta Salomonis oraculū Prouerb. 4. velut sol splendens est, & crescens vsq; ad perfectū diem. Hęc vero odoris diuini perceptio, & quasi prælibatio & prægustatio beatitudinis, ad inquirendū summū illud bonum vehementer inflāmat. Quod David significauit psal. 41. dicens, Quē admodum desiderat ceruus, &c.: & psal. 54. Quis dabit mihi pennas sicut colūbæ, &c. *Oleum effusum nomen tuum.* Vertunt alij ex Hebræo, vnguentū effusum, Biblia Cōplutenfis ex Græco sequuta septuaginta interpretes vertit, vnguētum euacuatum nomen tuum. Sed omnes istę trāslationes in sensu cōueniunt. Oleū nanq; in Scriptura, & apud Hebræos ipsos, plerūq; pro vnguēto vsurpatur. Exodi. 29. & 30. vnguentum illud, quòd iubente Deo confecit Moyses ad sacerdotes inungendos oleum consecrationis appellatur. Et psal. 23. Impinguasti in oleo

Prouer. 5

Arist. ot.

Prouer. 4.

psal. 41

psal. 54

Ad Heb.

1.

Exod. 29.
& 30.

psal. 23.

IN CANTICVM CANTICORVM

psal. 44. caput meū, *psal. 44.* Vnxit te Deus Deus tuus oleo
psal. 132. lētitię. Et vt intelligamus, oleum & vnguentū idem
pollere *psalm. 132.* ait, Sicut vnguentum in capite,
quod descendit, &c. Nomen etiam in arcanis literis
triplicem habet in primis significatiōē. Nam
accipitur plerunq; pro fama, & opinione illustri
alicuius, in quo sensu Iosue. 6. dicitur, quōd diuulgatū
est nomē Iosue in omni terra. Et 2 Reg. 7. Glorificauit
nomē tuum. *Psal. 8.* Dñe dñs noster, quā
admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Accipitur
etiam pro virtute & potestate, vt *Matth. 28.*
Baptizantes eos in nomine patris: vbi aperte significatur
vnitas essentię, & trinitas personarum. Marci vlt.
In nomine meo dæmonia eijcient. Nomen etiam sumitur
pro nomēclatura & appellatione cuiuscunq; rei, *Genes. 2.*
omne quod vocauit Adā animę viuenti, ipsum est nomen eius.
Vnguentū vero oleum dicitur, quoniam vnguenta ferē
semper constant ex oleo tanquam præcipua materia,
quanquā adijciuntur alię species aromaticę, à quibus
vnguentum variatur, & denominatur, vt nardi vnguentum.
Quōd si ex folijs nardi fiat, foliatum dicitur: si ex
spicis appellatur spicatum, & tale intelligite vos
fuisse vnguentum illud, quo Magdalena vnxit caput
Christi. His ergo tribus modis hæc sentētia declaratur.
Quęcunq; ergo de Deo optimo maximo, aut mentis
agitatione complectimur, aut affectu & voluntate
prosequimur, vel gustatu percipiuntur, vel olfactu.
Et quidem, quę gustu ipso exacte percipimus

COMMENTARII. CAP. I.

mus de Deo, nos beatos efficiunt. Illi enim soli diuinam naturam perfecte gustare cēsentur, qui Dei præsentia, & cōspectu perfruuntur: qui vero (vt iam ex parte dixeram) huius corporis obscuro carcere detinentur, non gustu, sed odoratu diuinam naturā percipiunt, quo odore incenduntur ad diuinam ipsam naturam inquirēdam, veramq; foelicitatē procurandam. Odoramenta vero hæc inesse vberibus sponsi dixerat iam sponsa: nunc vt maiorem quādam vim, atq; potentiam pertrahendi affectus hominum, demonstret sponsa, esse in spōso suo dulcissimo subiungit: oleum effusum nomen tuum, quasi dicat: Fateor sponse charissime vbera tua vnguentis optimis fragrare: sed vnguenta si in vasculis circūcludantur non tam suauiter spirant, si vero effundantur tunc sentitur eorum fragrantia: tu vero spōse optime vnguentum es non in pixide recōditum, sed longe lateq; diffusum, vt ad tui cognitionem, amorem, & reuerentiam omnes possis excitare. Et sane ante cōditū orbē Deus Opt. Max. vnguentū quoddā erat in primis odoriferum. Sed vis illa odoris immensa intra seipsum continebatur: Vbi tamen hanc pulcherrimam mundi machinam condidit ex tot tam varijsq; rebus cōstantem, tūc oleum illud diffusum est, & propagatum per varios rerū creatarum gradus: ita vt Dei nomen, & opinio magis ac magis cresceret in mentibus mortalium. Nā immensam esse potentiam illius intelligebant, qui omnia ex nihilo condidisset: summam sapientiam

opificis, qui rebus pro ipsarum captu & natura facultates & vires suis operationibus consentaneas præstitisset: pulcherrimum etiam eum esse, qui hanc pulcherrimam mundi fabricam effecisset. Quod mihi apertissime videtur Deus significasse Iob. c. 38. dicens, Vbi eras quando ponebam fundamenta terre: indica mihi si habes intelligentiam? quis posuit mensuram eius, aut quis tetendit super eam lineam? super quo bases illius consolidatæ sunt? aut quis dimisit lapidem angularem eius, cum me laudaret astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Quo loco Deus ostendit, quod ex admirabili huius mundi opificio, & angeli & homines iusti illius maiestatem & gloriam celebrauerint. Meminit autem terre inter cetera, quam fundamentum appellat, quoniam illa in totius huius mundi machinæ media sede collocata fundamentum est, cui hoc pulcherrimum ædificium superstruitur. Mirari autem merito quisquam possit: vbi sit tanti operis mollitio? quæ ferramenta? qui vectes? qui ministri tanti muneris? quæ instrumenta fabricæ necessaria, quod perpendiculum, quæ fidelia, quæ libramenta, vt terra ipsa ponderibus librata suis tantam mollem sustineret, & fulciret? Aquæ enim terra inniti non potest, quæ instabilis est, non aëri, in quo nihil est firmum aut solidum. Vnde Cicero. 2. de natura deorum, ex hoc etiam mundi opificio Dei sapientiam, atque virtutem hominibus innotescere ait: Terra, inquit, ille in media sede collocata globosa, & solida vestita est floribus,

herbis

herbis, arboribus, frugibus, adde his (inquit) gelidas fontium perennitates lucidos anniuum liquores, riparum vestitus viridissimos, montium vertices altissimos, speluncarum concavas altitudines, saxorum asperitatem, immensitatemque; camporum, auri & argenti reconditas venas, infinitamque vim marmoris. Quæ vero & quam varia bestiarum genera partim humana arte circulatorum, partim ferarum? Qui partus pecorum? quæ iumentorum varietas, aut gestandis oneribus, aut hominibus vehendis, aut agriculturæ seruiantibus? De homine vero terræ præfide & principe quid dicam? qui terram ipsam, non sustinet, incultam manere, & aut multitudine plantarum, & stirpium syluescere, aut ferarum frequentia, & multitudine vastari. Avium præterea mira est varietas & varij per aerem volatus, concentus suauissimi. Maris præterea quanta est pulchritudo, quam immensa aquarum spatia, quæ varietas insularum, quæ comoditas littorum? continet vero pisces quosdam in profundo agentes, alios natiuis testis saxi inherentes, claudunt vero mare littora: ita vt tanta necessitudine terræ iungatur, vt vna videantur natura consistare, aquæ finitimus est & aer, qui si purior sit in altum tollitur: si crassior cogitur in nubes, humorem que colligit & terram imbribus rigans, fruges auget, huc autem & illuc flans ventos efficit frigorisque; atque caloris, vicissitudines & varietates. De igne ergo quid referam, quem homines quasi de caelo vocatum suis vrbibus seruire compellunt: illius vero ardentem

IN CANTICVM CANTICORVM

ardētem, & puriorem globum quid commemora-
 bo? qui cum potentissimus sit & edacissimus, sic
 neq; aerem circūvicinum consumit, neq; in cætera
 grassatur elementa, sed cū cælo lunari magna ami-
 citia cōiunctus, illius motum libenter sequitur: cœ-
 lestes vero orbis singulari venustate, pulchritudi-
 ne & splendore præditi, cōuersiones illas suas con-
 ficiunt ratas & cōstantissimas: sol præterea totius
 orbis vnicum ac singulare lumē accessu & recessu
 suo mundum hunc sublunarē illustrat & purificat:
 Quæ omnia, vt eo, vnde digressi sumus, redeamus,
 summi illius vnguēti odorem mirabilem toto or-
 be diffundunt, vt homines & angeli Deum cogno-
 scant, suspiciant, reuerentur & admirentur. Quod
 Paul. ad Rom. 1. docet, Inuisibilia Dei, per ea quæ
 facta sūt, intellecta cōspiciūtur, sempiterna quoq;
 eius virtus & diuinitas. Et psal. 8. Domine dñs no-
 ster quā admirabile est nomen tuum in vniuersa ter-
 ra, &c. Huc etiam facit illud Regij vatis psalm. 18.
 Cæli enarrant gloriam Dei, quasi dicat, reboat vbi-
 que terrarum vox illa concentusq; cœlorum, nō ex
 vocibus, sed ex motuum dulci iocundaq; cōuersione
 proueniens: adest præterea chorus syderū in
 firmamento splendentium, quæ Dei omnipotentiā
 & sapientiam testantur, quocūque cœli tractu pa-
 tent, & voces auribus influunt mortalium. Sed quā
 quā ex Dei opificio Dei laudes mortales cele-
 brēt: multo tamē magis summi illius vnguēti odor
 diffunditur in hominis opificio, quem ad imaginē
 &

Rom. 1.

psal. 8.

psal. 18

COMMENTARII. I. CAP.

29

& similitudinem suam effinxit, præsertim cū homi-
 nem ad virtutem informat, & per fidem, spem, &
 charitatem ad bene beateq; viuendū inducit. Hoc
 nāque intendebat Deus cum impij Cain hostiā re-
 pudiabat: Abelis vero sacrificium lætus suscipie-
 bat, cū per diluuium mortaliū genus deleuit: Noe
 autem & paucissimos familię suæ præseruauit in ar-
 ca: Abraham ex consortio idololatrarum eduxit, &
 cum illo magnum amicitie fœdus sanciuit. In sum-
 ma ceteros omnes patres in Dei cultu & obsequio
 cōseruauit. Et vt Paraphrastes Chaldeus testatur,
 effudit Deus hoc vnguētū, quādo Exodi. 3. Moy-
 si nomen suum declarauit, multisq; editis miraculis
 populum suum ex AEgypti seruitute liberauit: &
 in primis cū in monte Syna scripta lege eos in Dei
 cultu & ceremonijs instruxit. Verū quanquā hæc be-
 neficia antiquo populo exhibita magna fuerint, si
 tamen cū incarnationis mysterio & beneficio con-
 ferantur, exigua esse iudicabimus. Tunc enim vere
 vnguentum illud omnino effusum est, cū teste Iohā,
 c. 1. Verbum caro factum est, &c. Tūc enim vere di-
 cere possumus, vnguentum euacuatum nomē tuū,
 quia in naturam humanam Christi effudit sese tota
 diuinitatis plenitudo, dicente Paulo ad Colof. 2.
 quod habitat in Christo tota diuinitatis plenu-
 do corporaliter, id est, realiter: vnde Iesus Sirach
 Eccles. 36. postquam dixerat, Emitte Domine lu-
 cem miserationum tuarum super gentes, quæ te nō
 cognouerunt, vt enarrent magnalia tua: statim
 H adiecit,

Genes. 1

Genes. 4

Genes. 7

Genes. 12

Exo. 3.

Ioann. 1.

Colof. 2

Eccle. 36

IN CANTICVM CANTICORVM

adiecit: Innoua signa, & immuta mirabilia, glorifica manum & brachium dextrum, vt enarrent mirabilia tua dñe Deus noster: ac si dicat, Antiqua illa signa Dei sapientiam & omnipotentiam declarēt, non tamen declarare possunt sacramenta illa, diuinaq; mysteria, atque consilia, quę enim signa patris erant, ex eternitate ipsa recondita, dicente Ioāne, *Ioh. 1.* Nemo vidit vnquā Deum, vnigenitus, qui est in sinu patris; ipse narrauit. Vnde *Esa. 7.* antiquis illis signis præ vetustate cōtemptis dixit Deus, Propter hoc Deus ipse dabit vobis signum: ecce virgo cōcipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Et quidem signa illa, antiqua nempe sacramenta Christum significabant venturum, & pro humano genere pretium soluturum: noua vero signa Christum iam venisse, & pro nobis pretium soluisse testantur: illa gratiā significabant, non continebant, erant enim Paulo teste, egena & vacua elementa: nostra euāgelica signa gratiam continent, & efficiunt. Adde, magnum in mundi principio videbatur esse beneuolentię signum erga homines, quòd hominem ex limo terre ad imaginē suam Deus finxerit, animamq; ratione præditam illi inspirauerit. Hoc tantum miraculū Mercurius Trimegistus esse censebat, vt diceret magnum ò Aesclepi miraculum est homo: sed longè præstantius signum & miraculum est, quòd Deus ipse naturę artifex per naturam assumptam hominis similis effectus sit: ita vt dicat de eo Pau. ad Philip. 2. quòd fuit in similitudinem

COMMENTARII. CAP. I. 30

tudinem hominum factus, & habitu inuētus vt homo. Et ad *Heb. 2.* Oportuit eum fratribus assimilari, vt misericors esset, præterea vt Deus virū edoceret, quanto amore diligenda esset vxor, eam ex late re viri formauit. Vnde ex perge factus Adam in illa prorupit verba: hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, &c. Sed vt Deus edoceret homines, quāto amore illius mater eum prosequeretur, Spiritus sancti opera ex ipsius castis viscerib; fuit formatus. *Ierem. 31.* Nouum faciet dñs super terrā, fœmina circūdabit virum. Et vt in eodem incarnationis mysterio tantisper immoremur, maximū miraculum existimabat antiquitas id, quòd *Num. 17.* gestum est, quòd virga Aarō subito floruerit, & fructus produxerit, quæ in arca tanquā tanti facti memoria posita fuit: quāto obsecro mirabilius, quòd Virgo subito filium Dei conceperit, opificioq; diuini Spiritus corpus Christi fuerit configuratū, anima introducta, & diuinæ visionis fructu cumulata? dicente *Esa. 35.* Germinans germinabit sicut liliū, & exultabit lætabunda, & gaudens. Mirabantur antiqui quòd Sampson *Iud. 16.* tot millia Philistęorū occideret occumbens & moriens: quanto obsecro mirabilius, quòd Christus redemptor noster in cruce moriens mortem ipsam deuicit, peccata omnia destruxit, & dæmones humani generis hostes superauit? Miramur Ionam quòd eiusdem prophetiæ *Jon. 2.* post tres dies in ventre ceti exactos viuus exierit: quanto magis admirandū est quòd Christus

Heb. 2

Gen. 2

Iere. 31

Num. 17.

Esa. 35

Iud. 16

Jon. 2

4 Reg. 2. seruator noster tertia die è sepulchro propria virtute surrexit? 4. Reg. 2. mirabatur Elifeus, quod Helias illius magister igneo curru fuerit trãllatus, quẽ ille abeuntem illis vocibus deplorabat: pater mi, pater mi currus Israel & auriga eius, cui etiam reliquit pallium. Sed multo mirabilius est quod Christus in conspectu discipulorum cœlos propria virtute conscenderit non curru igneo euectus, neque alieno præsidio fulcitus, qui tamen abiens nõ pallium, sed sui corporis sacramentum discipulis reliquit: misitq; Spiritum sanctum, vt Euangelicam legem toto terrarum orbe promulgarẽt. Quẽ omnia videtur mihi diuinus Apostolus Paul, 1. ad Tim. 3. grandi verborum pondere explicuisse, dicens, Manifeste magnum est pietatis sacramentũ, quod manifestatum est in carne, iustificatũ est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditũ est mũdo, assumptum est in gloria, hoc est, mysterium illud, quod in patris sinu olim latebat, in quo totius religionis Christianæ summa sita est, iam communi fidelium assensione, & cõfessione est receptum. Nã postquã filius Dei verbũq; illud præcellẽtissimũ patris in vnitatẽ personæ naturã humanam assumpsit: iam visibile factũ, diuinẽ sapientiẽ, & omnipotiẽ cõfiliã manifestauit hominibus. Et Spiritus sanctus, cuius virtute corpus Christi ex purissimis guttulis virgineis cõfiguratum fuit, etiam animã ipsi iustitia & gratia cumulauit, & in baptismo in specie colũbæ descendens de cœlo super ipsum, cum

eum authorẽ iustitiæ, & sanctitatis declarauit, p̄fiteaq; in linguis igneis per Apostolos toto terrarũ orbe, tanquam fons sanctitatis & iustitiæ est demonstratus. Et ipsi quoq; angeli, qui semper vidẽt in cœlis faciẽ Patris æterni, nato Christo, multo clarus, & excellentius diuinam sapiẽtiam, omnipotiẽ, misericordiam, & iustitiam cognouerunt. Vnde hymnum illum in illius natali cecinerunt, Gloria in altissimis Deo: sed quod maius meo iudicio miraculum est, quod homines ignobiles, obscuri, omni eloquentiẽ & sapientiẽ humanẽ præsidio destituti, hanc prouinciam susceperint persuadendi hominibus: hominem cruci affixum Deum esse, & propter hunc idolorum cultũ relinquendũ, omnibusq; vitæ presentis delicijs renũtiandũ, doctrinam fidei, quã nec sensibus probare, nec ratione monstrare poterant, amplectendã. Quã vero hæc suscepta prouincia feliciter illis successerit, indicant sequentia verba: creditum est mũdo. Nam cũ homines sensibus dediti, & antiquis sceleribus assueti, nihil aliud aut credãt aut cupiãt, nisi quod vel sensibus percipiũt, vel euidenti aut probabilissima ratione cõprehendũt, supra omne miraculum esse videtur, quod mũdus Christi doctrinam omnem rationẽ & sensum exuperantẽ, tanta animi alacritate susceperit: & tot virgines, tot viri doctrina præstantissimi, tot martyres pro hac veritate & Euangelica doctrina vitam libenter impenderint. Et tandẽ hic idem Christus per Apostolos toto terrarũ orbe propagatus, credi

Luc. 22.

tur, adoratur, & colitur tanquā assumptus in gloria, locatus ad Patris dexteram, angelorū caput & princeps, humaniq; generis iudex, & moderator. Quod si nomen pro autoritate & potestate ipsius spō si accipiatur, cōstantissimū est, autoritatē spō si iam per totū orbē Apostolica prædicatione fuisse diffusam, canente David psal. 18. In omnē terrā exiit sonus eorū, quod Paul. ad Rom. 10. de prædicatione Apostolorum intelligendū esse testatur. Si tamē de Christi Iesu sanctissimo & salutari nomine hoc interpretemur, proculdubio nomen illud suauissimū merito oleo effuso cōparatur: nam oleū pacis symbolū est. Est autem Christus iuxta vaticinium Esa. 9. princeps pacis: & nato Christo, vt Orosius refert historiē suæ lib. 3. c. 17. Romę iuxta Tyberim per totū diem oleum emanauit, vt significaret, eum tunc fuisse natum, de quo sponsa canit, *Oleum effusum nomen tuum*. Et quidem vnguentū & curandis vulneribus, & corporibus, membrisq; firmādis, & vegetandis, facieiq; exhilarandę aptissimum est, Hoc præstat nomen illud Iesus suauissimū: Aduersus vulnera mentis præsentissimum est remedium

Mar. ult. Marci ult. In nomine meo dæmonia eiiciēt, &c. Firmitat, & roborat animi vires eorum, qui pugnant aduersus dæmonem, mundū, & carnē. Vnde Christianę militię addictis solet adhiberi chrisma, vt fortiter pugnent: facies præterea interni hominis hoc oleo exhilaratur, Acto. 5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu cōcilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine

nomine Iesu cōtumeliam pati: inde in martyribus inter ipsa acerbissima supplicia tanta lætitia. Oleū insuper inter procellas effusum dicitur tempestatē sedare, & in trāquillitatem cōuertere: at Christi nomen dulcissimum animo quantūcunq; æstuanti, & feruenti turbulētis affectionibus si infundatur, facile inducit tranquillitatem, pacēq; illā optatissimā, quę apud Pau. exuperat omnem sensum. Postremo oleum immortalitatis hieroglyficum est: nam vinum acescit temporis decursu: alij liquores etiam odoriferi tēpore ipso euanescent, & pereunt: Oleū vero quāto diuturnius est, tanto fit purius, nitidius & suauius: at Christi dulce nomen, & sacrosanctum eos, quos tenet & occupat, efficit immortales. Merito ergo oleum effusum dicitur nomen Christi. *Ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis*. Adolescentulas, exponunt aliqui eos esse, qui relicta peccati vilitate & veteris hominis moribus ac vita Christum induerūt, ipsiusq; imaginem ad viuum expriment, qui ideo puellis siue adolescentulis comparantur: quoniam vigent in illis noui hominis vires, iuxta illud Esa. 40. Qui sperant in dño mutabūt fortitudinē: assument pennas, vt aquilę: current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. Psa. 102. Renouabitur vt aquilę iuuentus tua. Alijs placet per adolescentulas peculiari ratione intelligi eos, qui seruant virgineam castitatē & puritatē. In illis enim propterea quod turpem voluptatem ignorāt spirituales vires, interna q; pulchritudo maior esse solet.

psal. 13

Esa. 9
Oros. lib.
3. c. 17.

Mar. ult.

Acto. 5.

Esa. 40.

psal. 102.

solet. Iste igitur puella, siue adoleſcētale odorē sua
 uisſimo ſponſi incitatē cum ardentissimē diligūt.
 Vnde canit Ecclesia in persona virginum: regnum
 mundi, & omnem ornatum eius cōtempſi propter
 amorem domini mei Iesu Christi, quem vidi, quē
 amaui, in quem credidi, quē dilexi. Sed placet ma
 gis expositio Orig. D. Hierony. Athan. Greg. Ni
 ſeni, quos sequuntur cæteri omnes interpretes, vt
 per adoleſcentulas intelligantur illi, qui in infimo
 sunt gradu iuſtitia, quos incipientes appellant. De
 his igitur ait ſponſa tantam eſſe vim vnguentorum
 ipſius ſponſi, vt etiam illi, qui denuo ad Christum
 conuertuntur, ſponſumq; requirunt, plerunq; in ar
 dentissimum ipſius ſponſi amorem prorūpant. Vn
 de non mihi displicet quorūdam Rabbīnorū inter
 pretatio, qui per adoleſcentulas intelligūt eos, qui
 ex paganismo ad veram religionē, & Ecclesiam cō
 fluxere, vt Exodi. 18. Ietro, qui audita celebritate
 omnipotētię, & diuini nominis, miraculisq; in AE
 gypto factis, abiurata falsa religione verę religio
 ni initiatus est. Et Raab meretrix Iosue. 2. quæ ea
 dem diuini nominis celebritate permota explora
 tores populi Dei suscepit hospitio: & tandem reli
 ctis falsis dijs Deo verō fuit consecrata: vnde psal.
 86. canit Dauid, Memor ero Raab & Babylonis
 ſcientium me, Ecce alienigenæ, & Tyrus, & popu
 lus Aethiopum hi fuerunt illic. Et in Euāgelio ar
 dentissima est charitas eorū, qui ex Paganismo ad
 Christum conuerſi sunt, vt Ioan. 4. Samaritanæ ad
 mirabilis

*Veterūpa
 trū exposi
 ſtio*

*Hebręorū
 ſenſus.*

Exo. 18.

Io. 4. 2

psal. 86

Ioan. 4

mirabilis fuit ardor, & alacritas in credēdo: Mat. 8.
 Centurionis fidem, spem & religionem cōmendat
 Christus, quæ omnia lucēt in verbis illis, Dñe nō
 sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tātum
 dic verbo, & sanabitur puer meus. Et Matth. 15. Ca
 nanæ illius quæ fides? quanta perseuerantia? quę
 modestia, atque humilitas? quanta in adoratione
 Christi reuerētia? Et inter graues durasq; repulsas
 quæ cōstantia & spes? & in summa ingens charitas
 erga Christū. Vnde ipse quasi admirabūsus dixit,
 O mulier, &c. quibus magnopere consonāt voces
 illæ sponſę Cant. 7. Veni dilecte mi, egrediamur in
 agrum, moremur in villis: Mandragorę dederunt
 odorem suum in portis: mane egrediamur in agrū,
 hoc est, non maneat intra Iudęam, sed gētibus etiā
 Euangelium prædicetur: Cōmoremur in villis, hoc
 est, ex paganismo multos ad Ecclesiam reducamus:
 Mandragorę dederunt odorem suum in portis. Mā
 dragoræ, si Plinio, Arist. virisq; doctis fides adhi
 benda est, triplicem habēt vim, prolificā, amato
 riam, & soporiferam: illi autē qui Ecclesię princi
 pio, vel in principio suæ cōuerſionis ad Christum
 ardentissima charitate flagrarunt, mandragorę cō
 parantur, nam & exemplo suo multos ad Ecclesiam
 traxere, & cū cernerent cæteri miracula per eos fa
 cta, Ecclesia numerosissimam prolem ex ipſis gen
 tibus suscipiebat. Vim quoq; amatoriā habet, quo
 niam exemplo suo martyres, & virgines, mortales
 alios ad Dei amorem inflāmabant. Sed quod magis

Matth. 8

Matth. 15

Cant. 7

*Mādrago
 rę triplex
 virtus*

gis mirandum est, erat in illis vis soporifera, cū neque verbera, neque acerbissimos cruciatus, neque cruces, neque ignes videretur sentire præ amoris magnitudine. Erant namque huius diuinę mädragoræ succo haulto, altissimo quodā & diuino somno cōsopiti. De his ergo inquit spōsa: adolescētulę dilexerunt te nimis. Nā Luca. 7. dicitur de Magdalena: recens cōuerfa dilexit multum. Et Luca. 15. Iubet pater filio prodigo redeunti statim dari stolam primam, hoc est, insignē & eximiā charitatē: quod etiam Luca. 23. contigit latroni, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. *Trabe me, post te cur remus in odorem vnguentorum tuorum.* Magna est in hoc versu diuersitas trāslationū. Nam septuaginta, quos sequitur Biblia Cōplutensis ex Græco legūt, Traxerūt me. Eandemq; lectionē amplectūtur ex Græcis, Athanas. Gregorius Nissenus, Procopius Gazeus, vt sensus sit: adolescentulæ ipsæ ardētius te amantes, ò sponse me quoq; exemplo suo ad te amādum incitarunt, vel cū ego præ amote tui languerem, adolescentulæ suis quasi humeris me innitentem ad te traxerunt. Alij legunt: traxerūt te, quā lectionem habet Orig. Theodoretus, & alij: & sensus est, quod adolescentulæ vehementi amore suo ipsum quoq; spōsum inclinarūt, vt ad eas veniret, eisq; præsentissimū auxiliū ferret, iuxta illud Ioan. 14. Qui diligit me, diliget me à patre meo: & ego diligam illum, & manifestabo ei me ipsum. Luca. 15. pater à longe prospiciens filium prodigū venientem

Ioan. 14

Luca. 15.

tē accurrit, corrui in amplexus, & osculatus est eū. Sed vulgata editio habet: Trahe me post te, quæ lectio præterquā quod nobis suspicienda & tenenda est ex decreto Concilij Tridentini, altiorē habet sensum, & magis sponse prudentiæ cōgruentē, vt sensus sit: vbera quidē tua sponse omnibus sunt voluptatibus præferēda, miro enim fragrāt odore, quo excitatę adolescētulę te feruentius dilexere. Sed cōscia illa proprię infirmitatis, arduumque reputans sponsum sequi, petit supplex: vt sponsus iacentē erigat, conāti manum porrigat, & desiderantem ad se trahat. Sed vt hæc magis premamus notādum principio, quod verbum, traho, apud Latinos significat vim illatam esse rei, quę trahitur cōtra ipsius inclinationem, vt bobes currum trahūt, aratru aut carpentum: & trahitur aliquis ad carcerē, vnde extat illud fata volentem ducunt, nolentē trahunt. Sed tam in sacris literis, quā etiam apud philosophos, & oratores, trahere, significat non violentum tractum & motum, sed voluntarium: qui tamen sit ab aliqua superiori virtute, Osee. 11. In funiculis Aadam trahā eos in vinculis charitatis. Et Ierem. 31. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserās. Hinc diuus Augustinus tract. 26. super Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit illum, docet tractum illum non violentum esse, sed spontaneum. Nam si poetę dicere licuit: trahit sua quęq; voluptas, trahit quoq; Deus homines ad se non violentia, sed voluptate: est enim quę

Sensu te
nendusVerba trahere
quid significet.Aug. tract.
26. in
Ioannem.

IN CANTICVM CANTICORVM

dam voluptas cordis, quæ dulcis est panis ille celestis. Trahitur, inquit Augustinus, homo quia delectatur iustitia, delectatur vita, delectatur beatitudine. In quo sensu Apostolus ad Rom. 8. dixit: qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei: nam ita aguntur, ut ipsi quoque cōsensum præbeant agitanti spiritui. Vnde & Iacobus suæ Cano. c. 2. legem Euangelicā appellat legem perfectæ libertatis. Nunc ergo spōsa postulat, ut trahatur à sponso, qui nō homines solum & angelos, sed omnia quoq; creata ad se trahit: ut illa aureum illum circulum compleat, quem & sacra oracula maxime celebrant, & magni nominis philosophi multis præconijs extollūt. Eccles. 1. Spiritus gyrat per circuitum, & in circulos suos reuertitur: & paulò post; Ad locum vnde exeunt flumina reuertūtur, ut iterum refluant. Et psal. 18. A summo cœlo egressio eius, & occurfus eius vsque ad summum eius. Inde magnus ille Theologus Ioā. 13. dicit, Sciens quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit. Et Paul. ad Ephes. 3. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Plato vèro in Parmenide docet, omnia ab vno fluere, & ad vnum etiam cōuerti. In Philebo autē, hoc est de pulchro, docet summum illud pulchrum omnia efficere, & omnia quoq; ad se rapere. Quāobrem vniuersa condita pro sua conditione, & gradu ad vnum illud summumq; pulchrū festinare contendunt, dicente Mercurio Trimegisto, monas genuit monadem: & suum in se reflexit ardorem, hoc est

Iacobus
Cano. c. 2.

Eccles. 1.

psal. 18

Ioan. 13

Ephes. 3

Plato in
Parmeni
de, & in
Philebo.

Mercurio
Trimeg-
isto.

COMMENTARII. CAP. I. 35

est, Deus vnus vnum mundum produxit, & mundū ipsum ad se reflexit. Sed quoniam illa quæ ratione & libertate carent authorem, finemq; vltimū rerū omnium Deum neque agnoscunt, neq; admirantur, neque colūt, neque pro acceptis beneficijs gratias agunt nec diligunt: produxit Deus inter sub lunaria hominem, qui eum agnoscit, admiratur, reueretur, gratiasq; pro acceptis beneficijs reddit, ac tādē amat, & omni studio perquirat, ut orbem illum cōficiat, in quo cōplendo sita est hominis beatitudo. Verū quoniā naturalis luminis scintilla, quæ in nobis præluet, non potest verum illum vltimū finē ostendere supernaturalem, in quē redeuntes beati sumus, sponsa petit: trahi, hoc est, ut sponsus illi & summum illud bonum ostendat: ita enim canit Dauid psal. 42. Emitte lucem tuam, & veritatē tuā: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt ad montem sanctū tuum, & ad tabernacula tua. Et Esa. 32. Respice Sion ciuitatem opulentam tabernaculum, quod trāsferri non potest: clauis eius non auferentur, & omnes funiculi eius non rumpentur, quia solummodo est ibi magnificus dominus Deus noster. Esa. vlt. Oculus non vidit Deus absq; te, quæ præparasti diligentibus te, quod Paul. clarius elucidans. 2. ad Corin. 2. ait, Neque oculis vidit, neque auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se: nobis autem reuelauit per Spiritum suum. Viam quoq; qua ad æternam felicitatē eundum est, quasi digito monstrat sponsus, ut canit

psal. 42

Esa. 32

Esa. 64

2. Cor. 2.

*psal. 15.
psal. 24.**Ioann. 6**Philip. 2.*

David psal. 15. Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Et psalm. 24. Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me, neque in hac via pedem figere possumus sine diuino auxilio, iuxta illud Christi Ioann. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit illum. Pergere autem, & progredi in hac via, Dei singulare beneficium est. Vnde Pau. ad Philip. 2. aiebat, Deus est qui dat velle & perficere pro bona voluntate, cui consonat vox Ecclesiæ in precatione dicentis: Vota nostra quæsumus dñe aspirando præueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra operatio à te semper incipiat, & per te cæpta finiatur. Sponsa ergo & suam infirmitatem agnoscebat, & dignitatem earum actionũ, per quas ad æternam beatitudinem contendimus, pugnas quoq; & certamina, quæ homines ad beatitudinem tendentes reuocare solent, & plerũque vincere. Prudẽter ergo sponsa petit sponsi tractum, quo & possit præstare actiones illas: supercælestes fidei, spei, & charitatis: possit quoq; contra collapsẽ naturẽ imbecillitatem fortis esse, & firma erecta, & inuicta: possit quæ inter impendentia certamina mundi, carnis, & demonis, pulcherrimam victoriam referre. Sed vt significaret spõsa, quod tractus iste nõ violẽtus sit, sed spontaneus & suauissimus, adiecit: Curremus in odorem vnguentorum tuorum, quasi dicat, se paratissimam esse ad sequendum sponsum trahẽtem non lento gradu, sed cursu velocissimo. Sed perper-

дите vos: sponsæ modestiam & humilitatem profundissimam, quæ cū multis esset magnisque sponsi donis cumulata, illa tamen omnia ita accepta fert sponso suo, vt adhuc petat trahi: illud mulsitans vaticinium Esa. cito. Nunquid exaltabitur securis aduersus illum, qui fecit in illa, aut ferra exaltabitur aduersus trahentem eam, aut eleuabitur virga aduersus eleuantem se? Verum quoniã tractus ille per fidem, spem, & charitatem, quo in Deum tẽdimus, & ad æternam beatitudinem peruenimus, communis est omnibus iustis: Sponsa hoc loco, altiore quendam, & excellentiorem tractũ postulat, quod facile constare potest cū ex proximẽ antecedentibus verbis, tum maxime ex dignitate sponsæ, quã sponsus in hoc libro depingit perfectissimam. Et quidem proximẽ antecedentia verba illa, scilicet, oleum effusum nomen tuum, indicant sponsi incomparabilem charitatem, qua se non tantum per legẽ naturalem & scriptam, sed etiam per incarnationẽ se totum humanæ Christi naturæ cõmunicauit. De quo amore locutus Dionys. 4. c. de diuinis nominibus cū præfatione veniẽ audet dicere, quod extasin patitur diuina bonitas per hunc amorem erga homines, non quod Deus mente alienari possit, aut extra suam bonitatem aliquid amare, aut velle; sed quoniam homo factus, excessum in cruce, & extasin passus fuerit, quasi alter Adam: ex cuius dormientis lateris non Eua, sed Ecclesia sponsa formata est. (A donde esta todo el remedio que la otia

*Spõsa modestia.**Esa. 10**Excellentiore tractũ postulat spõsa.**Dionys de diuinis nominibus*

aua perdo.) Et sicut Noë vini fortitudine ebrius
 in tabernaculo suo iacebat nudus, expositus ludi-
 brijs Can & Canaan: ita Christus non in taberna-
 culo, sed in cruce nudus pendet, ludibrijs hominū
 & Iudeorum & blasphemijs expositus, non vino
 ebrius, sed amore: quem amorem nobis descripsit
 Ioann. 3. Sic Deus dilexit mundum, &c. ad Galat. 2.
 Dilexit me, & tradidit, &c. ad Ephes. 5. Christus di-
 lexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, &c.
 ad Philip. 2. Exinaniuit semetipsum: Derramose,
 dio su sangue, su alma, su honrra, su vida a los hom-
 bres. Sponsa ergo optat amorem sponsi amore re-
 pendere, & non qualicumq; sed maximo & extatico
 amore, ita vt per illum dicatur trahi, ait ergo: Tra-
 he me post te. Nam filius Dei homo factus, qui Ec-
 clesie sponsus est, nihil aliud esse videtur, nisi vox
 quædam, & sermo omnipotentis Dei nos à sensibi-
 libus rebus reuocantis, & retrahentis, & ad æternā
 foelicitatem summumq; bonum impellentis. Nam
 de se ipso ait Ioan. 16. Exiui à patre, & veni in mun-
 dum, & iterum relinquo mundū, & vado ad patrē:
 qui cū sit æqualis, & consubstantialis patri venit in
 mundum, vt beatitudinis viam hominibus demō-
 stret. Aut tertio experiebatur sponsa, etiam si esset
 maxima charitate prædita, carnem concupiscentē
 aduersus spiritum, & dolebat eū Paul. ad Rom. 7.
 quòd sentiret aliam legem in membris repugnan-
 tem legi mentis, & captiuum ducentē in legē pec-
 cati: Quod etiā docuit Sapiēs, Sap. 9. Corp^o quod
 corrum

Ioann. 3
 Galat. 2
 Eph. 5
 Philip. 2

Ioann. 16.
 Tertia ex
 positio.
 Rom. 7.
 Sapient 9.

corrūpitur, aggrauat animā, &c. experiebatur spō-
 sa omnia ista: efflagitat ergo, & petit obnixè, vt li-
 beretur ab hoc pondere, & tanta sit diuini amoris
 vis, vt semper illius desiderium ad sponsum trahāt
 iuxta Pau. ad Colof. 3. Si confurrexistis cū Christo,
 &c. Hunc vero tractum diuinum potentissimū, &
 efficacissimū mihi videtur exprimere Paul. ad E-
 phes. 4. Ascendens Christus in altum captiuam du-
 xit captiuitatem, &c. qui locus quāuis de patribus
 existentibus in limbo, qui Christum ascendentem
 cōmitati sunt, intelligatur: mihi tamen videtur pro-
 priissime intelligendus de hoc tractu, quo spōsa ita
 ad spōsum sedentē ad dexterā patris petit trahi, vt
 non solū animo & mēte, sed omnibus etiā sensibus
 ad eum feratur, iuxta illud psal. 82. Cor meum & ca-
 ro mea, &c. Hunc affectum, & ardentissimum desi-
 derium ascendendi ad sponsum explicat D. Pau. ad
 Philip. 3. Fratres, ego non arbitror me cōprehēdis-
 se, sequor autem, &c. in quo & comprehēsus sum,
 ea autem quæ retro sunt, obliuiscens ad ea, quæ an-
 teriora sunt extendens me ipsum, ad destinatū per-
 sequor, ad brauiū superne vocationis: quasi dicat,
 Ego, quāuis raptus fuerim in tertium cœlum, mihi
 ipsi nondum satisfacio; quasi comprehenderim, &
 ad vltimā metam charitatis peruenerim: ideo om-
 ni studio insequor Christum cupiens eum compre-
 hēdere: instigatq; ad hunc cursum amor, in quo, id
 est, quo urgente Christus nos comprehēdit huma-
 nam assumēs naturā, & eam ad se in cruce traxit: &

Colof. 3
 Ephes. 4.
 psal. 82
 Philip. 3.

tandem ascendens in cœlum captiuam duxit captiuitatē. Qua vero ratione, & velocitate currat Pau. exponit, Ipse, quę retro sunt obliuiscēs, hoc est, præterita merita obliuioni tradēs, ad maiora anhelat, & suspiro ad præmium æternę foelicitatis. Quarta explicatio. Si tamen verbū, traho, retineat natiuā & primariam significationem, hoc est, denotet vim illatam contra pondus naturæ: spōsa hoc loco cum petit trahi à sponso, videtur petere iam per acerbissimā tormenta, & mortem ad sponsum, vt trahatur. Similis enim tractus violentus dicitur, quia est cōtra inclinationem appetitus sensitiui: quod exponens Christus Ioā. 21. postquā Petrum Ecclesię pastorē instituerat, dixit: Cūm esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas. Cūm autem fueris senior, extendes manus, & alius cinget te, & ducet quod tu non vis. Hoc autē ait Euangelista, dicebat, significans qua morte, &c. Cūm ergo sponsa optat trahi, perinde est, ac si dicat, Nihil moror itineris labores, corporis egritudines, carceres, verbera, ignes, & cruces, dummodo ad sponsum perueniā: quanuis etiam ipsi cruciatus, & vitæ præsentis incōmoda stimuli quidam sunt, & calcaria, quæ nos ad Deum properare compellunt dicente Greg. Mala magna, quæ nos hic premunt, ad Deum festinare compellunt: hinc psal. 82. Imple facies eorū ignominia, &c. Et alibi, Multiplicatę sunt infirmitates eorum, &c. Ezech. 7. Domine in tribulatione pacē requirent: sed apertius Esa. 26. In angustia quæsierunt

Quarta
expōsitiō.

Ioann. 21

psal. 82

Esa. 26.

runt te, & in tribulatione murmuris doctrina tua eis: à facie tua dñe quasi cōcepimus, parturiuimus, & peperimus spiritum, viuēnt mortui tui, interfecisti mei resurgent: exultate, & laudate qui habitatis in puluere, quia ros lucis ros tuus, & gigātes detrahes in ruinam. Et ideo Ecclesia canit, Nostras etiā rebelles ad te compelle voluntates. Hunc tractum experiebatur Apostolus ad Rom. 8. cū dicebat, Quis nos separabit, &c. vsque gladius? sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur, &c. vt oues occisionis. Vnde Num. 12. cū Deus lepra percussisset Mariam sororem Moyse, & Aaron, preces funderet ad Deum, dicens, Obsecro dñe, sana illam: accepit responsum, Si pater eius conspuisset in faciē eius, nonne rubore suffunderetur septem diebus? eijciatur septem diebus extra castra, & tunc reuocabitur: Retrahēre enim solet Deus maiori impulsū ad se eos, qui magnis fuere oppressi miserijs. *Post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Sponsa optat sibi aduersa & incōmoda, choro autē iuuecularū optat prospera, scilicet, currere in odorē. &c. Imitatur hac in parte sponsa spōsū suū, qui cruciatus & mortem sibi reseruauit, fructum autē passionis omnibus voluit esse cōmunem. Esa. 63. Torcular calcaui solus: fructum vero, hoc est, pacem, Ioann. 20. omnibus discipulis impartitur: Pax vobis. Esa. 53. Disciplina pacis nostrę super eum, & liuore eius sanati sumus. Hinc sponsus Ioan. 18. cū eum capere vellēt Iudæi, dixit, Si me quæritis, sini

Rom. 8.

Num. 12.

Esa. 63.

Ioann. 20.

Ioann. 18.

Acto. 26. te hos abire: & Paul. Acto. 26. Opto vos omnes esse sicut ego, exceptis vinculis his. In tractu verò sponsæ, vt dixi, laborum est molestia & angustia: in cursu verò summa lætitia & solatiū, iuxta illud psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cū dilatasti cor meum. *Post te*, siue iungatur verbo, traho, siue verbo, curremus, denotat, quod sponsa ea prudentia prædita est, vt non intendat cum sponso decursus velocitate certare, cū ille omnes homines & angelos magno interuallo præcurrat, sed tantum cupit sponsa sponsi vestigia premere simul cū sodalibus. In qua imitatione illud in primis obseruandum est, quod Iacob Genes. 33. prudenter respondit Esau fratri suo inuitanti eum, vt simul iter facerent: cū tamen Esau, illiusq; comites velocissimis equis veherentur, respondit Iacob: Habeo pueros tenellos, oues & boues foetas, si fatigauero eos, vna die morientur, præcedat dñs meus, & ego paulatim sequar vestigia eius, prout videro paruulos meos posse. *Curremus.* Quod sponsa pollicetur de seipsa, & choro puellarum, quod non tardo & læto gradu, sed velociter sit sponsum secutura, indicat amoris naturam, qui nescit in primo aut secundo gradu consistere, sed semper aspirat ad charismata meliora. Amor enim natura sua in agendo velocissimus est dicente Ambrosio. Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia. Vnde veteres poetæ Cupidinem alatum pingebant: Amor vero diuinus alas habet, qui bus velocissime in illud summum pulchrum ferimur,

mur, vt Esa. 41. Qui sperat in domino, &c. Et psal. 51, Quis dabit mihi pennas, &c. Et seraphin ardentes amore apud Esa. 6. sex alas habere dicuntur: solentq; Spiritus sanctus, qui fons est amoris, & amor Patris & Filij significari in vento, in igne, qui est multo velocior, & aliquando in columba, cuius volatus inter ceteras aues est velocissimus. Quod vero non sola currit sponsa, sed adolescentule simul, monstrat primum sollicitudinem sponsæ erga adolescentulas, & quod ea officia, illæq; actiones summo opere placent sponso, quæ a tota societate proueniunt: hæc enim est illa sanctorum cōmunio Deo gratissima: hæc est illa ciuitas, quæ vel hoc nomine maxime laudatur à Dauid psal. 122. Cuius participatio in idipsum: hæc est illa concordia, de qua Dauid psal. 132. Ecce quā bonum, &c. Sicut unguentū in capite: & orationes & vota totius Ecclesiæ tantā habent vim apud Deum, & tantopere terrent demones, vt Cant. 6. dicat, Quæ est ista quæ progreditur, &c. ordinata. Vnde Exo. 26. & 36. legitur, Cortinas tabernaculi ita inuicem cōnexas esse & fibulis colligatas, vt cortina cortinam traheret, quādo plicarentur: & Ezech. 1. Sanctorum animalium alæ inter se erant deuinctæ, vt omnia simul volarent, Apocal. vlt. sponsus & sponsa dicunt: veni, & qui audit, dicat, veni. Vnde Ioan. 2. Andreas vocauit Petrum fratrem, & adduxit ad Christum, & Philippus Nathanaelē: & in summa omnes Apostoli ad Christum vocauerunt totum mundum. *In odore unguentorum*

*Angeli aligeri.**Sanctorum cōmunio Deo gratissima.**psal. 122.**psal. 132.**Exo. 26**Ezech. 1.**Ioan. 2*

IN CANTICVM CANTICORVM

torum tuorum. Hęc verba deficiunt præsertim in Biblijs Hebraicis, & Biblia Complutensis Hebraicę literę respondens nõ habet hęc verba. Septuaginta tamen transtulere hęc verba ex codicibus Hebraicis, & Complutensis Biblia Gręcę respondens etiam transfert hęc verba, & antiqui patres Orig. ex Gręcis, Athanasius, Gregorius Nissenus, Theodoretus, & Procopius Gazeus, omnes exponunt hęc verba & legunt, Ex Latinis D. Hierony. Ambrosius, Gregorius, Beda, Anselmus, & D. Thom. & satis est vulgata authoritas, à qua nõ est discedendum. Multa iam superius de vnguentis sponsi diximus: nunc quod ad præfens pertinet, quę sint hęc vnguenta in quorum odorem sponsa, & adolescentulę currunt, exponere tentabimus. Primũ vnguentum à sponso proueniens, quo animi nostri excitatur ad currẽdum post sponsi vestigia, est fides, quę radix est, & fundamentũ virtutũ omnium per quas currimus ad æternam felicitatem, cuius odore vnguenti percepto ferebãtur inspõsum etiam illi, qui ad veterem Ecclesiam pertinebant. Neq; enim auctore Petro Acto. 4. est aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine Iesu Christi. Est ergo huius vnguenti vis odorifera tanta, vt dicat Paul. ad Heb. 11. Sine fide, &c. Et quod maius est, quod sancti per fidẽ vicerunt regna, &c. Sed quoniã fides sine operibus languet, mortuaq; censetur: emanat à sponso alterum vnguentum maioris odoris & suaueolentię, cũ infundit nobis spẽ

&

COMMENTARII. CAP. I.

47

& charitatem, & chorum virtutum omnium, quo multo velocius currimus: Et vt hęc virtutes perficiantur in nobis fluxit etiam à sponso lex illa Evangelica, post naturalem & scriptam continens præcepta & consilia, cuius odore instigati sunt Apostoli, cæteriq; sectatores Euãgelicę iustitię: ita vt dicat Esa. 2. Erit preparatus, &c. omnes gentes. Crescit verò Euangelicę doctrinę odor ex ipsius legislatoris puritate, & sanctitate vitę, quę suauis olentiã mihi videtur fuisse figurata Gen. 27. in vestimẽtis Iacob, de quibus dicitur, quod sensit Isaac vestimẽtorum fragrantiam, & prorupit in verba illa: Ecce odor filij mei, &c. præsentiebat Isaac odorẽ vitę, & morum Christi: quem odorem comparat odori agri pleni: sunt enim ibi omnes herbę & flores odoriferi multo excellentiori ratione, quã in cæteris. Odor præterea suauissimus miraculorũ & beneficiorum multos post Christũ traxit, dicente Ioã. 6. Sequebatur eum multitudo, &c. Et Lucę. 6. Omnis turba querebat, &c. fuit præterea vnguentũ illud suauissimũ et thymiama gratissimum sacrificiũ, quod obtulit Christus in cruce. Et vt nobis non deesset vnguentum, et thymiama gratissimum reliquit nobis altaris sacrificium, in quo offertur Christ' ipse: ipse quoq; sponso in cruce, vt vnguenta illa odorifera ad nos permanerent, per quinque vulnera, quasi per quinque canales ea diffudit: & ò sponsi summã charitatem, et singularem prouidentiam erga sponsam suam! vt hęc vnguenta perpetuo apud nos ma-

nerent,

*Vnguentum
quibus excitatur
in fide ad currẽdum
post sponsi vestigia
multa uis odorifera
& suaueolentiã
emanat*

dsb

IN CANTICVM CANTICORVM

nerent, reliquit sacramenta, in quibus tanquam in vasis recondentur, et illis Christiani inuncti ab ab omni morbo curarentur. Maiorē tamen vnguentorum copiam in Apostolos & in novos Christianos effudit in die Penthecostes, vbi omnes dicuntur fuisse repleti Spiritu sancto. Spiritus autem sanctus vnctio est, iuxta illud Esa. 51. Spiritus dñi super me, eo quod vnxit me. Quid? quod & per Apostolos ipsos vnguentum hoc toto terrarum orbe propagavit sponsus: ita vt dicat Paul. 2. ad Cor. 2. Gratias ago Deo, qui triumphat nos in Christo in omnibus gentibus, & notitiam odoris sui manifestam facit in omni loco: Christi enim bon⁹ odor sumus. Et deinde voluit, vt exempla virginum, martyrum, monachorum, doctorum, Apostolorum, & sanctarum viduarum odore vitæ suæ nos ad currendū excitarent, voluit quoq; , vt per inspirationes, excitationes: & efficaces vocationes post ipsum curreremus, iunitaremq; reginam illam Sabba, cuius fit mētio 3. Regū. 10. quæ, cū in remotissima regione odorem nominis & sapientiæ Salomonis præsentiffet, suscepto longo & laborioso itinere ad ipsum peruenit: vbi in extasi rapta præ admiratione in verba illa prorupit: Beati serui tui, &c. *Introduxit me Rex in cellaria sua.* Sponsa miris, ac multis diuini amoris flammis exæstuans, nunc sponsum alloquitur, nunc etiam chorū adolescentularum: & hætenus quidem orationē dirigebat ad sponsum, cuius vbera, & vnguentorum fragrantiam cōmendabat

COMMENTARII. CAP. I. 41

dabat, illius quoque nomen oleo effuso comparauit: idq; in causa esse ait, propter quā adolescentulæ illum ardentissime diligebant, quem obsecrat, vt eam trahat: pollicita, se simul cum adolescentulis velocissime sequuturam. Nūc vultu ad adolescentulas paululum inclinato, quasi in aurem illis insufurrās dixit, *introduxit me Rex in cellaria sua*: quo loco quæri à viris doctis solet: cur sponsa spōsum suum Regem appellet, quem alijs in locis non Regem, sed fratrem, dilectū, nepotem charissimum solet appellare: videturq; spōsa à personæ, quā representat, decoro recedere, quoniam cū sponsus illius pastoris personam agat, non regis, non apte videtur rex appellari. Solent vero respōdere huic quæstioni: Primo, quòd sponsa hoc loco non cū sponso loquitur, sed cū adolescentulis: atque ita vt spōso exhibeat debitam reuerentiam, regem eum appellat, vt etiam virgines illæ eum reuerentur. In familiari vero colloquio cū sponso blandis, & amoris plenis nominibus utitur, dilecti, charissimi, fratris, spōsi, & nepotis. Hinc Petrus. 1. Cano. 3. laudat Sarrani, quia Abrahamū virū suum dñm vocabat. Et vt id obiter dicamus anima Christi seruatoris nostri, quāquā sit diuinæ personæ in hypostasi copulata: illā tamē summopere reueretur, dicente Esa. 11. repleuit eum spiritus timoris dñi. Verum quoniam plerūq; in sequentibus spōsa de spōso suo loquēs, cū adolescentulis eum dilectum, & fratrem vocat. Alij respondēt, hic nomen regis non dignitatē spō

Cur spōsa spōsum re gū vocat.

1. Petr. 3.

Esa. 11.

L si,

si, sed vim amoris ipsius sponsæ exprimere: solent enim fœminæ ardentius amâtes, amafios suos ita vocare, duces, principes, & reges. Alij dicunt, spõsam regem appellare sponsum, quãquam ille pastoris personã sustineat, quoniam in scriptura pro eodem vsurpari solet nomen pastoris, & regis: est nã que pastoris officium regij muneris hieroglyphicũ singulare. Vnde apud Homerum, Platonẽ, Eiquilũ, reges plerũq; pastores appellantur. Sed si magnitudinem beneficij cõmemorati à sponsa perpendamus, facile intelligemus, aptissimè sponsum regẽ ab illa vocari: nam quãquã sponsum ipse Ioan. 10. fateatur se pastorem esse, tamen iam iam pro ouibus animam positurus, non recusauit regium titulum: imò illius cruci inscriptus est titulus, Iesus Nazareus Rex Iudæorum. Cũ ergo sponsa referret hoc beneficium incomparabilis charitatis, regẽ eum vocat, quia regiæ est magnificentiæ, tanto cũ dispendio sponsam ad cubicula, & cellaria introducere. Quod nos legimus, introduxit me rex, Vatabl⁹ legit, introducat me rex, vt sit vox sponsæ optãtis ad cellaria sponsi introduci. Alij legunt de futuro, introducet me rex: vbi pollicetur regem illi tantũ beneficium collaturum, vt ad cubicula ipsius introducatur. Quidam recentiores dicũt, phrasi scripturarum poni, præteritum pro futuro, ad significandã rei futuræ infallibilem certitudinem. Sed quoniã vulgata editio legit, introduxit, ad literã de aliquo peculiari beneficio collato spõsæ locus hic nobis est

est explicãdus. Sed quod editio vertit cellaria, Cõplutensis ex Hebræo cellarium, Græci quidã interpretes vertunt ærarium, qui est locus munitus, thesauro seruãdo deputatus: Alij vertunt, in cõclauia: Alij in thalamum. Sed omnia hæc eundem sensum retinent, quẽ vt interpretemur oportet notare, viros sapientes hanc mundi fabricam in tres mũdos distinxisse, infimum, sublunarem, ex quatuor elementis constantem, cui homo præficitur tanquam sublunaris huius mundi dominus, & princeps: Mediũ, cœlestem nouem orbes cõplectentem, quorũ primus motu suo velocissimo cæteros orbes rapit, & circũuoluit: cui præsidet intelligentiæ motrices. Supremum mundum, supramundanum, & supercœlestem continentem, cœlum empyreum sacrosanctum beatorum domicilium, in quo beati Dei conspectu sempiterno æuo fruuntur: cui præsidet Christus sponsum Ecclesiæ sanctissimus hominum & angelorum princeps, & caput. Hi tres mundi domum Dei quasi regiam quandam amplissimam, & summã magnificentia atq; sapientia constructã cõplent, de qua Baruch. 3. admirabũdus ait, O Israel, quã magna est domus Dei: ingens locus possessionis eius: magnus est, & non habet finem, excelsus, & immensus. Hæc pulcherrima Dei domus instar tabernaculi Mosayci, & templi Salomonis in tres etiam partes præcipuas distribuitur, vestibulum, aula, & penetralia, quæ hoc loco cellaria spõsi nũcupantur. Nam Philon, & Ioseph Hebræorum eruditissimi

Quid per cellaria intelligendum sit.

Baruch. 3.

*Pro secunda Dñica
Quadragesima. l.
p die trās figuratio-
nis
Philon
Iosephus.*

tissimi Moſay cum tabernaculum, & templum Sa-
lomonis totius vniuerſi ſimulacrum fuiſſe tradide-
runt. Illi ergo in huius regię domus veſtibulo cõ-
ſtere cenſentur, qui in naturę opificium intrare co-
nantur, & de cõleſtium orbium natura, motu, & ſy-
derum conuerſione, herbarum, arborum, animan-
tiumq; proprietatibus omni ſtudio diſputant, &
contemptis omnibus publicis priuatisq; actioni-
bus, ex temporali victu contenti, reiectis opibus
uſque ad perã, & pallium, ſe totos huic ſtudio mã-
ciparunt. Sed delectati externa rerum ſenſibilium
pulchritudine temporũ viciffitudine, concẽtu vo-
cum, florum, vnguentorum, & aromatũ ſuauolen-
tia, nunquam ad internas huius ampliffimę domus
aulas penetrarunt, ſed in veſtibulo conſtitere: Tan-
gebantur quidem plerũq; cupiditate irrumpẽdi in
ſecretiores illius domus partes, cognoscendi, in-
quã, ſummam illam pulchritudinem, à qua rerum
omnium viſibilium pulchritudo descendit, ſed im-
pediebantur ſenſibus, vltra quos nihil poterãt ani-
mo, & cogitatione complecti. Et quanquã, vt Apo-
ſtolus docet ad Rom. i. ex viſibilibus Dei virtus il-
lis conſtiterit: illi tamen reprehenduntur ab ipſo,
quia cum Deum cognouiſſent, non ſicut Deũ glo-
rificauerunt, aut gratias egerunt: quaſi diceret, ex
ipſo naturę lumine hominibus impreſſo teneban-
tur Deo obſequi, illiq; pro acceptis beneficijs gra-
tias reddere, ſimulacrorum cultum reiicere, Deoq;
debitam venerationẽ exhibere. Hos igitur in ſuo
veſti-

veſtibulo conſeſcentes relinquentes, ad aliorũ
hominum claſſem, qui in internas huius domus au-
las ingrediuntur, progrediamur. Sunt alij, nimirum
omnes, qui ad Eccleſiam pertinent, ſiue veterẽ il-
lam, ſiue noſtram hanc Euangelicam, qui maiori ſi-
dei lumine perſuſi ad interiores huius diuinę do-
mus partes ingrediuntur: nempe ad cognoscenda
diuiniora myſteria, & eximia quędam beneficia hu-
mano generi à Deo collata, in quibus excellẽtiori
ratione ſplendet diuina omnipotentia, ſapiẽtia, bo-
nitas, iuſtitia, & miſericordia. Agnoſcũt enim Deũ
euexiſſe hominem ad beatitudinẽ, nõ qualemcũq;
ſed ſupernaturalẽ: prouidiſſe quoq; omnia media
ad hanc beatitudinem cõſequendam neceſſaria: &
quod maius eſt, oſtendit illis fides myſterium Tri-
nitatis, & incarnationis, redemptionisq; humanę
ſacramentum: & non ſolum fide ingrediũtur in hæc
ſancta, ſed ſpe diuina erecti, & charitate incẽſi cur-
runt in odorem vnguentorum ſponſi. Sed ſola ſpõ-
ſa ad cellaria introducitur, hoc eſt, ad penetralia,
& ſancta ſanctorum huius diuini tabernaculi: nam
quãuis ſpõſa de omnibus in genere dixerit, Curre-
mus, de ſe tamen ſola adiecit: Introduxit me rex in
cellaria ſua: & cũ ſpõſa Paul. i. ad Corint. 9. ait, Ne-
ſcitis quod qui in ſtadio currunt, omnes quidẽ cur-
rũt, ſed vnus accipit brauium? & ut intelligeremus
qua ratione nobis ad ipſa penetralia eſſet irrũpen-
dum, dixit, Qui certat in agone ab omnibus ſe ab-
ſtinet, hoc eſt, veſtes exuit, tondet capillum, & bar-

Qui intro-
ducuntur
in ſempi-
terni ve-
gis cella-
ria

Sola ſpõſa
in cellaria
ingredi-
tur

1. Cor. 9.

nam ipsam, ut comprehendi non possit, & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam: se autem exemplar constituens subdit, Ego sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs predicauerim, ipse reprobus efficiar. Hi ergo ingrediuntur cellaria sponsi, qui percipito osculo ipsius, & gustata vberum suauitate ita in Christum transformantur, ut vere possint cum Pau. dicere. 1. ad Corinth. 2. Nos autem sensum Christi habemus, hoc est, afflati diuino spiritu, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei ita in Christum transformamur, ut vilescant omnia sensibilia, & gustata semel Spiritus sancti dulcedine omnia reputentur tanquam sterco-
 ra. Cuius rei exemplum habemus in Moyse, qui cum eduxisset ex Aegypto sexcenta millia virorum, exceptis paruulis, & mulieribus, solus tamen Moses ad intimam Dei amicitiam fuit admissus: & solus audiuit vocem illam, Ego ostendam tibi omne bonum Exo. 33. Et in vestibulo tabernaculi ingens erat multitudo animalium, & hominum, qui aut occidendis victimis, aut illis preparandis intendebant: in aula etiam multi erant ministri ex Leuitis & sacerdotibus, qui aut in offerendis victimis, aut in concinnandis lucernis infundendo oleo, sufficiens panibus propositionis, adolendo thymiamate, & igne altaris fouendo occupantur. At vero ad sancta sanctorum, ad penetralia tabernaculi, hoc est, ad cellaria sponsi,

1 Cor. 2

Ad sancta
 sanctorum
 non nisi sancti
 in sacerdos
 ingreditur.

non

non nisi sacerdos summus semel in anno ingrediebatur, ut significaretur, multos currere ad sponsum, multos in aula consistere, sed paucissimos ad sponsi cellaria intrare. Quod si de gradibus, qui in amore consistunt diuino, non in cognitione tantum loquamur, facile intelligimus incipientes esse in vestibulo, in aula proficientes: perfectos vero solos ad penetralia, & sancta sanctorum admitti. Eorum vero, qui in sponsi cubiculo, & cellario, magna cum voluptate conquiescunt, perfectam imaginem mihi hi praeferre videtur Regius vates psal. 26. qui incipit, Dominus illuminatio mea, Et deinde, Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum, Si exurgat aduersum me prelium, in hoc ego sperabo: Vnam peti a domino, hoc est, mea omnia desideria, & vota in vnam summum bonum, & finem vitium diriguntur: hoc ego iterum atque iterum repetens a Deo requiro, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus vitae meae, hoc est, in amplissima illa Dei domo, non manu facta, neque huius terrenae habitationis, sed sempiterna, cupio commorari: idque adeo perpetuis precibus efflagito, ut non sicut illius domus hospes momentaneus vnius horae, aut vnius diei, sed in illa domo inhabitem omnibus diebus vitae meae. Nam voluptates, diuitiae, honores, imperia quasi diuersoria sunt, in quibus velis, non breuissime sit commorandum: imo domus ipse extemporariae hospites plerumque ad eas diuertentes ruina sua solent opprimere: Ut videam voluntatem

tem

tē dñi, legūt codices castigatissimi: voluptatē dñi, hoc est, gaudia illa experiar purissima, & defecatif-
 sima, quę è solo Deo purissimo voluptatū fōte pro-
 ueniunt, & visitem templū eius, id est, non vtcunq;
 interiores illas templi partes perlustrem, candelab-
 ra nempe, altaria, mēfas, aras, puluinaria, sed sum-
 ma diligentia singula reuisam: nō illa quę erāt vm-
 bra futurorum bonorū, sed res ipsas in quibus no-
 stra cōsistit beatitudo: Et subiicit, quoniam absco-
 dit me in tabernaculo suo in die malorū, protexit
 me in absco-dito tabernaculi sui, in petra exaltauit
 me: quasi dicat, etiam si immineant mihi mala om-
 nia, atque infortunia, quāuis portæ inferi aduersus
 me confurgant: quotiescunq; in Christum, illiusq;
 acerbissimos dolores mentis oculos dirigo, sub-
 trahor, & quasi abscondor à dolorum acerbitate.
 Tanta enim est lætitia, qua iusti ex hac considera-
 tione perfunduntur, vt inter ipsos quoq; cruciatus
 vehementer gaudeant. Huius rei exemplum habe-
 mus apud Theodoretū suę Ecclesiasticę historię,
 lib. 3. c. 11. de iuvene quodam Christiano, qui iussu
 Iuliani Cæsaris apostatæ Antiochiæ, in medio fo-
 ro expectante frequentissima hominū corona diu-
 tissime cæsus, acerbissimis multisque cruciatibus
 torquebatur, qui tamen nec vultus vlla significatio-
 ne, nec voce, nec gemitu dolorem expressit: roga-
 tusq; à quodam cur, nec gemitum edidisset: Respō-
 dit, quia nullo afficiebatur dolore: Rogatus iterū,
 quæ esset huius indolentię causa, dixit, Iuuenē pul-
 cherrimū

*Pulchrū
 exemplū
 Theodore
 111*

cherrimum inter tormenta illi affuisse, cuius cōspe-
 ctu & tactu omnis dolor abstergebatur. Cū vero
 fatigati carnifices, & ipse quoq; iudex eum dimitti
 iussisset, discessissetq; iuuenis ille: tunc sequuti sunt
 vehementissimi dolores, sed multo magis dole-
 bat de absentia illius pulcherrimi iuuenis, cui cō-
 spectu sustentabatur. Quod sane ostendit in Chri-
 sto redemptore nostro, ipse quoq; sanguine vim esse
 incredibilem ad omnes cruciatus leniendos, & tē-
 perandos. Sed vt etiam in nouo testamento perfe-
 ctissimam haberemus imaginem, ex qua rationem
 & modum perueniendi ad cellaria sponsi accipere
 mus, eam literarum monumentis consignatā reli-
 quere tres Euangelistæ, Matth. c. 17. Marc^o & Lucas
 c. 9. Et quidem in fine capitis. 16. apud Matth. dix-
 rat Christus, Amen dico vobis sunt quidam de hic
 stantibus, qui non gustabunt mortē, donec videant
 filium hominis venientem in regno suo: & vt pro-
 missis re ipsa satisfaceret, post sex dies, vt. c. 17. ha-
 betur, assumpsit Petrum Iacobum, & Ioannem fra-
 trem eius. Vbi primo obseruandū est, eos idoneos
 esse tantum ad sponsi cubicula, qui supra totam re-
 rum conditarum fabricam, quę sex diebus comple-
 ta est, euolantes Christū sequuntur iuxta illud psal.
 72. Domine quid mihi est in cœlo, & à te quid vo-
 lui super terram? Eligit vero Christus non omnes
 discipulos, neque omnes Apostolos, quia vt dixi-
 mus, in vita præsentī in cubiculum & thalamū spō-
 si irrupere paucissimorum est. Tres elegit præci-

*In Transfi-
 guratione
 tres Apo-
 stoli ad cel-
 laria spon-
 si introdu-
 ti sunt.*

psal. 72

*cur Petrus
 iacobus et
 iohannes ad
 Transfigu-
 rationis spe-
 ctaculum
 assumpti?*

puos inter Apostolos, quos verissime tribus illis
 fortissimis ducibus Dauid merito cōparauit: qui-
 bus etiam competit illud, aquilis velociores, leo-
 nibus fortiores. 2. Regū. c. 19. Nam Petrus à petra
 nomen sortitus, non solum fidei stabilem certitudi-
 nem, sed constantis animi singularem firmitatē si-
 gnificat. In Petro enim tanquam in rupe quadā fun-
 data est Catholica Ecclesia. Iacobus verò qui iux-
 ta nominis significationem luctatorem & pugilem
 sonat, eos significat, & demonstrat, qui in pugna ad-
 uersus vitia inuicti sunt, atque fortissimi: pręripuit
 nanque diuus Iacobus Hispaniarum patronus pal-
 mam omnibus alijs Apostolis: primus eorum mar-
 tyrio laureatus, quem etiam Christus filiū tonitruī
 appellauit. Ioannes vero virgineo pudore niueus,
 Christo inter cæteros charissimus, & in sacris lite-
 ris aquilæ merito comparatus, ad penetrandum &
 perueniendum ad sponsi cellaria erat aptissimus.
 De aquila enim Iob. 45. inquit, Nunquid ad præce-
 ptum tuum eleuabitur aquila? in petris manet, & in
 præruptis silicibus cōmoratur, inde contemplabi-
 tur escam. Et tamen hi excellentissimi viri Christū
 in montem altissimum ascendentem sequi nō pos-
 sunt, nisi ab eo assumantur, Qui assumpsit eos & du-
 xit in montem excelsum. Ibi vero quasi in penetra-
 libus, & cellarijs sponsi constituti vident Christū,
 illiusq; faciem splendentem, sicut sol, hoc est, Chri-
 sti diuinitatem, qui si naturam diuinam perpēdas,
 candor est lucis æternæ, speculum sine macula, &
 figura

figura substantiæ patris. Quod si in facie animam
 Christi intelligamus, ostendit ibi Christus gloriā
 suam, de qua Ioann. 1. dicitur, Vidimus gloriā eius,
 gloriā quasi vnigeniti à Patre: Et diuus Petrus. 2.
 Cano. 1. speculatorē dicit se fuisse maiestatis: Chri-
 sti, cū esset cum illo in monte sancto. Vestimenta
 forte illa sunt, de quibus Esa. 49. ostendens popu-
 lū fidelem dixit, Viuo ego dicit dominus, quia his
 omnibus quasi ornamento vestieris: ita vt sicut sum-
 mus sacerdos ingressurus sancta sanctorum primò
 habebat vestem lineam, in qua significantur virgi-
 nes cādore nitentes virgineo: super hanc erat ve-
 stis cęrulea per quā confessores significantur: o-
 ra huius vestis habebat malogranata, quæ signifi-
 cabant monachorum instituta: tintinabula, quę ad
 umbrabant, doctores & cōcionatores: superhume-
 rale vero purpureum præferbat imaginem marty-
 rum: duo vero lapides fulgentissimi quibus inscul-
 pta erant nomina duodecim patriarcharum, deno-
 tabant illud martyrium Deo esse gratum, quod pro
 fide Apostolica & religione Ecclesię suscipitur. In
 rationali autem quod appendebat pectori summi
 sacerdotis, in quo erāt illuminationes & veritates,
 representabatur Senatus Apostolicus, qui fidei ve-
 ritatem lucemq; Euangelicam toto terrarum orbe
 diffuderunt: In tiara vero capiti summi sacerdo-
 tis imposita, representabantur maiores & parentes
 ipsius Christi, quibus ille maximam detulit reuerē-
 tiam: In lamina aurea fronti superposita, cui inscul-
 ptum

ptum erat nomē ineffabile Dei, significabatur Virgo Dei sanctissima, in cuius utero Verbum caro factum est. Hic vero vident discipuli Moſen & Eliā loquentes cum Ieſu: quoniam quæcunque in antiquo teſtamento continentur Chriſtum loquuntur, & in ipſum tanquam in ſcopum legis & prophetarum ſunt dirigēda. Hic vero Petrus tanquā ebrius præ lætitia tanti ſpectaculi, & cū cerneret Moſen & Eliam, iam vultu & ſignificatione quaſi abeuntes, vt eos retineret, dixit, Domine bonum eſt, &c. vbi obſeruandum eſt diſcrimen inter Chriſtum legiſtatoſem, & Moſen, quod quādo Deus Moſi loquebatur, populus vehementi timore correptus dicebat: non loquatur nobis dominus. Petrus vero vult manere perpetuo in illis penetralibus in cōſideratione tanti boni. Sed quoniam tabernacula petit Petrus, prouidit Deus nubem lucidam, quæ & tabernaculi vicem gereret, & in tanto ſplendore Apoſtolos obumbraret, ne luce abſorberētur, & mente alienarentur. Statimq; vox Patris audita eſt, & quaſi in tonuit, Hic eſt Filius meus dilectus, &c. Vbi aperte myſterium Trinitatis fuit oſtenſum: declaratur enim Pater in voce, Filius in luce, Spiritus ſanctus in nube: nubes autem non obſcura eſt, vt illa montis Syna, ſed lucida, vt intelligamus clariffimam eſſe lucem Euangelicam. Audita autem Patris magnifica voce, prociderunt in facies ſuas, quoniā in illis, qui penetralia ſpōſi ingrediuntur, creſcit ſemper, & perficitur timor reuerētialis, de quo

quo Dauid inquit, Timor Domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. Eriguntur autem tactu Chriſti dulciſſimo, atq; colloquio ſuauiſſimo, euigilantesq; neminem vident, niſi ſolum Ieſum: inſtruitq; illos, necui reuelent verbum hoc, niſi poſt reſurrectionem. Vnde merito dubitare poſſumus, cur ſpōſa hoc loco adoleſcentulis manifeſtat, quod fuerit ad cellaria ſponſi introducta: cū huiuſmodi myſteria atq; beneficia ſilentio contegenda ſint, dicente Eſa. c. 24. Secretum meum mihi, ſecretum meū mihi: ſed facile reſpondetur, quod quæadmodū Apoſtoli poſt reſurrectionem iam principes & duces Eccleſiæ conſtituti hoc myſterium diuulgarūt, ita ſponſa cū eſſet magiſtra ſuarum puellarum reuelat illis hoc beneficiū: tūm vt ipſe ſpem introeundi ad cellaria ſponſi cōcipiant: tūm maxime, vt ſpōſo pro beneficio cellato ſpōſe gratias referāt, Thob. 12. Sacramentum regis abſcondere bonū eſt: opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificū eſt: ſic Dauid pſa. 33. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum. Vnde omnibus in genere Chriſtianiſ cap. 6. apud Matth. præcepit Chriſt⁹, vt ieiunia, preces, officia miſericordiæ omni ſtudio occultare, & ſilentio tegere curarent, ne inanis gloriæ periculo exponerentur: ſed Apoſtoliſ. c. 5. iubet, vt etiam in hominū conſpectu eorum recta opera effulgeant, dicens, Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videāt opera veſtra bona. *Exultabimus & lætabimur in te, memores vberū*

Eſa. 24.

Thob. 12.

Pſal. 33

Matth. 6

Matth. 5

INCANTICVM CANTICORVM

tuorum super vinum, recti diligunt te. Septuaginta legunt: exulemus & lætemur in te, diligemus vbera tua super vinum: rectitudines dilexerunt te: quã lectionem sequuntur antiqui patres, præsertim Græci: & omnes fere interpretes tribuunt hæc verba sponsæ, gratias agenti sponso propter collatũ sibi beneficium: vt sensus sit, si legam⁹ cũ septuaginta. Cũ tu sponse charissime ad cellaria tua omnium cœlestium bonorum copia affluentia me admiseris: superest vt ego, & chorus hic virginum me comitantium, in te vno tanquã in authore bonorum omnium exulemus & prægaudio subsiliamus: omniq; lætitia perfundamur, atque in posterum tua illa vbera suauissima, amplexus tuos & oscula, præsentis vitæ voluptatibus præferamus. Ratio enim id postulat, quoniam in te tanquam in proprio centre omnes rectitudines atque virtutes, rationesq; amandi conqueuerunt. Quod si sequamur editio nem vulgatam sensus est, vt sponsa dicat: ea est accepti beneficij præstantia, vt non ego tantum, sed chorus hic virginum me comitantium in ipsius beneficij cõmemoratione, æquum sit, perpetuo exultare, gestire prægaudio, & sempiterna & maxima lætitia circumfluere: quotiescũq; enim illud beneficium in memoriam reuocabimus (reuocabim⁹ autem frequẽtissime) toties tibi immortales gratias referemus, & vberum tuorum suauitatem, gustũq; dulcissimum omnibus sensibilibus oblectamentis præferemus, quoniam optimus quisq; te ardentissi

mè

COMMENTARII. CAP. I. 49

mè amat: æquum ergo est, vt nos quoq; te ardentissime diligamus. Sed placet mihi eorum iudicium, qui hæc verba non sponsæ ascribunt, sed choro virginum congratulantium, & applaudentium sponse ipsi de tantã foelicitate, vt sensus sit: gratulamur tibi sponsa pulcherrima: gratulamur, inquam, quod fueris introducta ad optata sponsi cellaria: sit felix, ac faustum hoc acceptum beneficium, cedantq; tibi omnia erga sponsum ex animi voto: nos ex hac tua felicitate summopere exultabimus, tripudiamus, & lætitia magna afficiemur. Scimus enim, quòd quæ tibi à sponso conferuntur beneficia, in nos sint deriuanda, & cũ fueris introducta ad cellaria sponsi, ad illius amplexus & oscula, inde vbera tua targescent & abundabunt, vt nobis possis suauissimum lac propinare: merito autem spõsus te ad penetralia sua admisit, quoniam in te omnes sunt gratiæ, omnes venustates, omnes animi & corporis dotes, omnisq; pulchritudo, ita vt recti te vehementer diligant. Ex his tamen multa sunt notatu dignissima, & in altissimo gradu philosophiæ diuinæ reponenda. Primum, magnum esse discrimen inter vulgarem amorem & diuinum. Vulgaris namq; inuidiæ teterimo morbo laborat, & zelotypiæ, qua egritudine nihil potest dici acerbius nihil tristius: diuinus amor neque inuidet, neque zelotypus esse potest, quoniã humanus amor versatur circa pulchritudinem creatam, quæ in multos distributa minor fit: vnde amantes fraudantur, ex cõsortio alio-

Magnum est discrimen inter vulgarem amorem & diuinum.

rum:

IN CANTICVM CANTICORVM

rū. Quid? quod, & qui amat, nihil magis expetit, quā redamari: amor autē in multos diuisus fit minor: diuinus amor cū versetur circa immēsam quādam pulchritudinem, non est cur ex aliorum cōfortio fraudari possit, integram, & perfectā possidet pulchritudinem, quod Esa. 28. elegantissime docet: coangustatum est stratum, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrūque operire non potest. Hinc vero fit, vt qui charitatis vinculo sacratissimo copulantur, habeant cōmunia gaudia, cōmunem felicitatem. Vnde de charitate ait Paul. 1. ad Corin. 13. Charitas non emulatur, non agit per peram. Et psal. 86. de illa cœlesti Hierusalem dicitur, Sicut letantium omnium habitatio est in te. Et psal. 122. Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum, quod vt doctissime exponit D. Greg. significabatur in septem illis filijs Iob, qui per orbem septem dierum sibi ipsis mutuo conuiuia exhibebant, vt significarent, eos qui charitatis sacro vinculo deuinciuntur, qui sibi mutuo gaudendi materiam præstant, ita vt præter propriam gloriam, quæ cuiusq; meritis responderet, incōparabilis & immensus iustis accrescat cumulus felicitatis ex omnium beatorum consortio, ita vt Christi beatitudo & gratia mea sit. Circa illa autē verba, exultabimus & lætabimur notādū, quod exultare, vt verbum ipsum sonat, nō dicit præcise gaudium nudum existens in voluntate, sed sonat etiam cōmotionē quandam virium corporearum, & appetitus

I. Sa. 28

1. Cor. 13.

psal. 86

psal. 122.

Iob. 1.

COMMENTARII. CAP. I. 49

tus sensitiui gestientis, & exilientis ex magnitudine gaudij residentis in voluntate. Nam plerunque mens ipsa intra seipsam non capiens præ lætitia efferefcit, & quasi diffluit in partes inferiores: inde sequuntur dulces lacrymæ, profunda ex corde suspiria, singultus, & querimonia, quæ omnia etiā in parte sensitiua exercentur. Sed mens ipsa postquā corporeas vires authori suo subiecit, illæq; venerabundæ Deo iubente flescunt: tunc spiritus ipse arctiori vinculo Deo iungitur, & incōparabili gaudio perfruitur. Quod graphice depictū est. 3. Regū 19. vbi cū esset Elias in monte Oreb cōstitutus, primum vidit ventum vehementissimum subuertentē montes, & conterentem petras, deinde secuta est cōmotio, post cōmotionem ignis inflamans cor, & incendens ad amorem Dei, post ignem sibilus aure tenuis, hoc est, admirabilis quædam animi tranquillitas, & pax illa domini exuperans omnem sensum, tunc Elias stetit in ostio speluncæ: quoniam vt audiamus vocem Dei nobis in susurro loquentis, oportet non intra corporis speluncā cōmorari, sed quasi corpus deferere, & mortem quandā corporis imitari. Operuitq; Elias os suum pallio: primū quasi perterritus diuino splendore, deinde vt clausis oculis corporeis mētis oculi magis euigilarēt. Quod vero sequitur, iuxta lectionē septuaginta interpretum: diligemus vbera tua super vinum, indicat ordinem à sponso præfinitum in hac ecclesiastica hierarchia, quæ authore D. Dionys. cœlestē illā

Internum gaudium plerūq; in sensu atque externas vires defluit

3. Reg. 19

N hierar-

IN CANTICVM CANTICORVM

hierarchiã imitatur, in qua supremi spiritus à Deo illuminantur, purgantur, & perficiuntur: medij vero per supremos: & infimi per medios purgantur, perficiuntur & illuminantur: ita in ecclesia qui altissimum locum tenent, qui sponsæ dignitatem representant, qui ad penetralia sponsi admittuntur, ab ipso sponso illuminantur, purgantur, & perficiuntur: qui vero adolescentularum locum tenent felicissimi existimantur, si ad sponsæ vbera recurrant. Diligemus inquit, vbera tua. Vnde psal. 71. dicitur, Suscipiant montes pacem, populo, & colles iustitiã. Et psal. 132. Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam: & quod descendit in oram vestimenti eius: & de his vberibus loquitur sponsus Cant. 4. dicēs, Duo vbera tua sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui pascunt inter lilia, donec aspiret dies, & reclinetur umbra. Super vinum, hoc est, maiori auiditate confluemus ad vbera tua, hoc est, ad doctrinam Euangelicam, ad documenta Ecclesiæ, ad rudimenta fidei Christianæ, quã ad doctrinam philosophorum, quæ vini habet similitudinem inebriantis, & rationis iudiciũ euertētis. Vnde Paul. ad Rom. 12. ait, Nō sapere plusquã oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: aut super vinũ, hoc est, super traditiones Iudaicas, & occidentē literã, quæ iuxta sanctorum patrum doctrinam vino comparatur: hac ingurgitati Iudæi in sua perfidia cæci manēt. Vel vltimò, Super vinum, hoc est, super omnes vitæ præsentis delicias. Huius rei exemplum habemus

psal. 72

psal. 132

COMMENTARII. CAP. I. 50

mus in D. August. qui cū per philosophorũ sectas, hereticorum dogmata, & vitæ præsentis voluptates discurrisset: tandem institutus per D. Ambr. & ad Ecclesiæ vbera admissus, legens Paul. & Esaiã prophetam in principio suæ conuersionis, incredibili perfundebatur voluptate, & lacrymæ illi prægaudio vbertim fluebant suauecanentis Ecclesiæ vocibus vehementer affectus. Quod si legamus cum vulgata editione, Memores vberum tuorũ super vinum, notandum est, quod memoria peccatorum & earum voluptatum, quæ ex vulgari amore proueniunt, non iocunda, sed tristis & amara esse solet, dicente Apostolo ad Rom. 6. Quem fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? & c. 2. Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum. Nam et si vita hominum libidini indulgentium & peccatis, foelix & læta esse videatur: intus discussa, præssa est anxietate, agitata sollicitudinibus, stimulis, & tribulis prauarum cupiditatum puncta: & quãquam interim quærat ille corporearum voluptatum solamenta, illa tamen breui ef fugiunt, & redeunt pristini illi conscientiæ dolores & anxietates. Quod si objicias, quosdam neque remordentis vermẽ sentire conscientiæ, sed summa lætitia animi frui: de quibus Salomõ Prouerb. 2. inquit, Lætantur cū male fecerint, & exultant in rebus pessimis: Sed hi etiam sunt inter miseros deplorandi: de quibus idem Sapiēs Prouerb. 18. ait, Impius cū in profundum malorum venerit, cõtemnit: hos

Augusti.
Amb. do-
ctrina in-
struã &
ab errore
relocatus

Rom. 6
Roma. 2

Prouer. 2

Prouer. 8

IN CANTICVM CANTICORVM

Pro. 23. etiam deplorat Sapiens Prouerb. 23. dicens, Eris quasi sopitus in medio mari, & quasi gubernator amisso clauo, & dices, Verberauerunt me, & ego non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. De bonis vero ait Paul. Rom. 2. Gloria, honor, & pax in omnem animam hominis operantis bonum. Nā Prouerb. 15. de iustis dicitur secura mēs: quasi iuge cōuiuium: & 2. ad Corint. 1. Hęc est gloria nostra, testimonium conscientię nostrę, quod in simplicitate cordis, & in sinceritate Dei conuersati sumus in hoc mundo: psal. 144. Memoriam abundantię suauitatis tuę eruēt abundantia tua exultabunt. Vnde Eccles. 49. de recordatione regis Iosif, qui clementissimus & iustissimus fuit, & Dei cultor diligentissimus, dicitur, Memoria Iosif in cōpositione odoris facta, opus pigmentarij, in ore omnium indulcabitur eius memoria: & quasi musica erit in cōuicio vini. *Recti diligunt te.* Rectum apud mathematicos dicitur de linea, cuius medię partes ab extremis punctis non discrepāt: inde traducitur ad corpora, quę recta esse dicuntur, quando partes omnes medię æquabiles sunt, & cum extremis partibus cōueniunt. Ex his vero ad mores transfertur, & humanas actiones, quę rectę dicuntur: quādo cū regula rationis, quę principium est finis & exēplar actionum humanarum consentiunt. Inde in sacris literis, qui hanc rationis regulam sequuntur, recti appellantur. De Iob. c. 1. dicitur, quod erat simplex & rectus: Sapientię. 10. Iustū deduxit dominus per

vias

COMMENTARII. CAP. I.

vias rectas, psal. 18. Iustitię domini rectę. Cū vero sit duplex rationis regula, altera diuina & supercellitis, quę dirigit diuini ordinis virtutes: altera humana, quę virtutes humanas moderatur, sequitur vt duplex sit in homine iusto rectitudo, humana, & diuina. Cū ergo adolescentulę de sponsa dicūt, Recti diligunt re, intelligitur de rectis vtraq; rectitudine: nam rectitudo ad charitatem plurimū conducit: primum, quoniam pellit & fugat tenebras obscurissimas, quibus anima obducta est per peccatum: quādiu enim in peccato sumus lumen cœli intueri non possumus, atq; ita nec amare summā illam pulchritudinem sponsi, & etiā sponsę. Cuius rei imaginem habemus apud Lucam. 13. in quadam foemina, quę ibi dicitur habuisse spiritū infirmitatis decem & octo annos, & erat incuruata, ita vt cœlum respicere non posset. Hanc Christus curaturus primum aspexit: deinde vocauit ad se: tertio dixit, illi dimittere: quarto imposuit manū super illam: quinto crexit eam, & tunc illa abiit glorificans Deum. Secundo rectitudo conducit ad dilectionem, quoniam dirigit affectum & voluntatē ad Deum, vt non in multa distrahatur. Nostra nāq; voluntas diuisa atque distracta non potest feruenter diligere, quemadmodum fluuiiales aquę in multos riuulos diuisę non tanto impetu & velocitate feruntur, ac si intra vnum alueum fluerent. Tertio, rectitudo plurimum perficit amorem, quoniam efficit similem: similitudo autem amoris est causa.

psal. 118.

Pulchra
obstinati
hominis i
mago.
Luca. 13

Alia li
berata es
ab infirmi
tate tua.

IN CANTICVM CANTICORVM

Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Videri poterat sponsa arrogantior, quod sponsi amorem captaret, illiusq; thalamum ambiret, cum sponsus omnium (quos terra tulit & cœlum) pulcherrimus esset: spōsa vero quāquam esset liberali forma, erat tamen sub nigra & fusca, quales fere esse solent omnes feminae, quæ ruri vitam agunt, & solis ardori sunt expositæ. His tacitis iudicijs, & reprehensionibus, quasi per occupationem respondens spōsa inquit, *Nigra sum, sed formosa*, quasi dicat: fateor ad pulchritudinem non parum facere membrorum concinnitatem cum suauitate coloris. Sed præcipua pulchritudinis ratio in hoc sita est, vt gratia in mēbris vultuq; eluceat quā venustatem veteres appellabant, & huic primas in pulchritudine detulerūt. Hęc nā que intuentium oculos mulcet allicit, rapit, & transformat. Vnde Iudith. 10. dicitur de Iudith, quod Deus amplificauit illius pulchritudinem, & vultui illius addidit splendorem. Et de Mose Exo. 9. & 32. quod ex Dei colloquio maxime illius vultus splendebat. Porphyrius quoq; de Plotino refert, quod quando in contemplatione versabatur, mira pulchritudo in illius vultu & gratia splendebat: fieri ergo potest, vt qui nō est cādidus colore, gratissim⁹ spectantium oculis, & venustissimus appareat: quę venustas, & gratia ex anima proficiscitur, quę cum lucidissima sit, & summæ illius pulchritudinis impressa imago, in corporis partes pulchritudinē & gratiam

COMMENTARIJ. CAP. I.

52

gratiam effundit. Vtitur vero sponsa appositissimā comparatione, dicens, Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis: vbi comparat suam nigredinem tabernaculis Cedarenorum. Suam vero pulchritudinem pellibus Salomonis: Sunt autē interpretes qui vtrūque membrum huius similitudinis vtriq; parti adaptent, & coniungant, hoc est, nigredini & pulchritudini. Nam quāquā tentoria Ismaelitarum siue Cedarenorum, prima facie inspecta, nigerrima essent & deformia, quoniā obiecta erāt solis ardoribus, imbri, grandini, & niui, erantque etiam puluerulenta: intus tamen depicta erāt auro, copiosamq; habebant rerum pretiosarum suppellectilem, quoniam illi prædas agebant, & pretiosa quæque secum deferebant. Idemque dicunt de pellibus Salomonis, quæ quāquam exterius essent coriaceæ: intus magno erant artificio elaboratæ, & summa pulchritudine nitebant. Verum hęc expositio non placet, primum, quoniam tentoria illa Cedarenorum intus non ea prædita erāt pulchritudine, vt essent cū specie & pulchritudine sponsæ comparanda. Et sponsa nō solum pulchritudinem suam internam hoc loco commēdat, sed externam etiam venustatem & gratiam. Arridet ergo magis secunda expositio, vt nigredinem suam conferat & assimilat tentorijs Ismaelitarum: pulchritudinem vero cortinis Salomonis. Nam sicut ex hyemis & æstatis inclementia tabernacula illa nigredinē contraxerant: ita sponsa, vt paulò inferius inquit, ex so-

Prima expositio.

vt dicitur
ab eo
et ab
alio

Secunda expositio.

INCANTICVM CANTICORVM

lis ardore subnigrum colorē contraxerat. Sed quonia aliunde rara erat in ea gratia, atq; venustas digna erat thalamo veri Salomonis Christi: quemadmodū cortinę lectuli Salomonis, quāquam ex pellibus essent mortuorum animalium, erant tamen ita artificum arte depictæ & variegatæ, vt magnā præferrent pulchritudinem, & Salomonis lectulo essent dignæ. Quod si ad templi cortinas referantur hæc verba, Erant illæ ex candidissimo bysso & tenuissimo contextæ, acu depictę, & oculis spectantium gratissimę: dignæq; vt propitiatorium contingerent, quod Christi sponsi imaginem præferbat. Sed quanquam hæ pulchrē dici videantur: Spōsa tamen sublimiorem & diuiniorem sensum in his verbis intendebat: de alia enim loquebatur nigredine, de alia pulchritudine, quę non oculis cernitur, sed mentis intuitu percipitur. De corporea nāque & sensibili Salomon Prouerb. vlt. ait, Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Est ergo, vt antiquis patribus tam Gręcis, quā Latinis placet, hoc loco tota hæc oratio accōmodanda Ecclesię, quę ex Gentilismo Christo per fidem & baptismū fuit desponsata: nam vt ex Actis Apostolicis, & epistola ad Rom. ad Galat. & ad Ephes. facile constat, in principio nascentis Ecclesię ingens fuit dissidium inter eos, qui ex Paganismo ad Christum cōfluxerunt, & illos, qui ex Iudaismo Christo per baptismū nomen dederunt. Iudęi obiciebant Gentilibus, quod ipsis & propter generis claritatem, & propter

*Tertio ex
positio de
Ecclesia
Christiana
n.s.*

maiorū

COMMENTARIIL. CAP. I.

53

maiorum religionem & sanctitatem, & propter antiquam fidem, promissionem quoque illis de Christo factam Euāgelica gratia, quasi iure hereditario debebatur, ac si dicerent, Nobis competit quod finis gens sancta, regale sacerdotium, populus Deo gratus: vos vero à Christiana gratia prorsus estis alieni. Christus quoque ipse ex Iudæis natus inter ipsos nutritus & cōuersatus, nobis Euangeliū prædicauit, & apud Matth. c. 7. prohibet sanctum dari canibus & margaritas mitti ante porcos: imo gentes. c. 15. canes appellat, dicens: Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus: & eodem loco, Non sum missus nisi ad oues, quę perierūt domus Israel: imo. c. 10. quando misit discipulos ad prædicandum, dixit illis, In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: Opponebat vero Ecclesia ex gētibus collecta, primum, Dei misericordiam, Christi eximiam charitatem erga genus humanum, & Euāgelicam gratiā omnibus cōmunem futuram, prædictum fuisse per Iacob Genes. vlt. Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium, & per Esa. innumeris locis, & per ceteros prophetas, & in psalmis: vnde respondet Ecclesia gentium, Nigra sum sed formosa filię Hierusalem: fateor ingenue filię Hierusalem me olim meosq; maiores peccato idololatrię, aliorumque scelerum nigredine fuisse affectam, sed Christi singulari misericordia & beneficentia ad fidem voca

Matth. 7

Matth. 15

O ta,

ta, baptismi sacramento initiata, Spiritus sancti virtute iustificata, Christi sanguine abluta, formosissima. Nam & Paul. 1. ad Corint. 6. postquã ingentia crimina, & grauissima peccata, quibus Ecclesia gẽtium olim fuit contaminata & cooperta, recensuit: adiecit, Hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in Christo Iesu. Et ad Ephes. 2. Vos, qui eratis olim præputium ab ea, quæ secundum carnem est manufacta, circūcisione alienati à Christo, sine Deo, sine lege, promissionum spem non habentes: nũc autem qui eratis longe, facti estis prope per Christum, qui fecit vtraque, vnum. Vnde. c. 3. de eisdem Gentilibus ait, Iam nõ estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, &c. Et. c. eodem Apollolis Dei & prophetis reuelatum est in Spiritu sancto gentes esse participes, & concorporales gratiæ Dei: & Christum Ecclesiam ex Paganorum populo sibi copulaturum præluserunt, & præfigurarunt antiqui illi & sanctissimi Patres, quos Iudei parentes & maiores suos esse gloriantur. Nam Isaac Rebecã duxit hominis Gentilis filiam, erat enim soror Labã, quem ex Genes. c. 31. constat idola coluisse, expostulans cum Iacob, quòd illius deos sustulisset. Huius etiam filias vxores habuit Iacob, & Iudas, cui diuino oraculo principatus & sceptrum delatũ est. Tamar ethnicam duxit, & Ioseph filiam sacerdotis Eliopoleos Phutipharis. Moses præterea Hebræi populi legislator & assertor Aethiopissam ha-

bet

bet vxorẽ filiam Iethro sacerdotis: & quãquã hoc in quo animo tulerint Maria soror, & Aaron frater filius, ipse nec repudiat Aethiopissam, nec torũ se parat, sed in cõiugio perseuerat. Naason princeps tribus Iudæ vxorem sibi sociauit Raab Iericuntinã, & idolorum cultricem, ex qua genuit Booz, cui nupsit Ruth Moabites mater Iesse patris Dauid, & auus Salomonis: Imò si doctissimis Hebræorũ credimus, authore Ruperto Tuicensi Abbate lib. 1. in Deut. c. 9. Dauid duxit Macham filiam Ptolomai regis Iessur, quã in bello cœperat, vxorẽ: priusquã sibi eam copularet, seruauit ritus & ceremonias præscriptas à Deo, Deuter. 21. cesariem totondit, vngues circumcidit, vestes deposuit, & domi reclusam iussit, vt per mensam parentes lugeret. Salomon insuper filiam Pharaonis ardētissime dilexit: vt interim omittam reginam illam Sabæam Nicauliam nomine, quæ vt Regũ. c. 10. habetur ex Arabiæ felicis remotissimis partibus venit in Hierusalem auditura Salomonis sapientiam, quæ regẽ aliquin munificentissimam & ditissimum, multis aurientis, & odoramentorum copia locupletauit. Quod si ad initia Ecclesiæ Euãgelicæ respiciamus, tres illi Reges sapientes, qui decimotertio die à Christi natali in stabulo Bethlehẽ illi munera obtulerunt, ex gentibus fuerunt. Quid vero referam de Centurionis fide & deuotione? quid de Chananeæ incomparabili erga Christum reuerẽtia? quid de Samaritanæ in suscipienda fide promptitudine

1. C. r. 6.

Ephes. 2

Ephes. 3

Nota multos ex patriarchis vxores idolorum cultu eduxisse.

IN GANTICVM CANTICORVM

& alacritate? et vt vno verbo dicā, quid de totius orbis hominibus, qui ad Christi fidē turmatim & agminatim confluxerunt? & pro illius religione & cultu vitam libentissime exposuerunt? Merito ergo inquit Ecclesia, Nigra sum, sed formosa. Secundus sensus qui placuit D. August. lib. 3. de doctrina Christiana. c. 31. est, vt per synecdochē dicātur hęc de Ecclesia ratione partium, vt dicatur nigra propter malos, formosa propter iustos. Sunt enim in Ecclesia hac militāte mali bonis permixti, vt Christus apud Matth. c. 13. docet, quemadmodū in area paleę granis permixtę sunt, & in segete inter triticū zizania pullulāt & nascuntur. Et nō sine magno cōsilio cōparat malos tabernaculis Cedar, bonos autē pellib² Salomonis, quoniā tabernacula Cedar & Salomonis cortinę facile mutari solent: ita homines in Ecclesia viuentēs, solent permutari à statu peccati in statum gratię, & etiam ex gratia in peccatum degenerant: ne aut de malis desperemus, aut boni inani fiducia insolescant, contingit enim plerūq; vt tabernacula Cedar nigra in candidissimas transeant Salomonis cortinas. Et sane lectulum & pelles Salomonis plerūq; per peccatum in tabernacula Cedarenorum degenerare docet Mich. 3. dicēs, Dicitis, dominus est in loco isto: nō venient super nos hęc mala, propter vos Siō sicut ager arabitur, & Hierusalem erit in aceruū lapidū, & mons templi in excelsa syluarum. Cernitis lectulū & pelles Salomonis in tabernacula Cedar fuisse

Augusti-
ni inter-
pretatio.

Matth. 13

Mich. 3

COMMENTARII. CAP. I. 55

se immutata. Quod vero tabernacula Cedar transeant aliquādo in Salomonis cortinas testatur Esa. 35. In cubilibus, vbi prius habitabant dracones, orietur viror calami & iunci: & erit via sancta, & pol- lutus non transibit per eam, nō erit in illa leo, & ma- la bestia nō transibit per illam. Tertius sensus, quē sequitur Orig. & alij patres antiqui est, vt Ecclesia in persona etiam iustorum fateatur sese nigram esse propter corpoream naturam, vim, seu partē vegetatiuā, & appetitum sensitium ad terrena & sensibilia propendentem: ita vt plerūq; propter corporis molem, & improbum appetitum rerum sensibilibus nigredinē & deformitatem peccati cōtra- hamus: & ideo comparat ignobilem hęc hominis partem tabernaculis Cedar, quę obiecta erāt ardoribus solis, & temporū iniurijs: pulchram tamē se esse asserit propter mentē ratione, & arbitrij libertate præditā, diuinā imaginē exprimentē, scientiarū luminibus cōdecoratā virtutū dotibus exultā: maxime si accedat charitas & gratia, quę tātā præbet animę pulchritudinem, vt sponsi oculis vehementer placeat. Comparat vero aptissime hęc pulchritudinem pellibus Salomonis, quę ipsius lectu- lum circūcingūt & exornāt, quoniam vt Sap. 7. di- citur, Anima iusti sedes est sapientię: imo quasi eę- lum quoddam empyreum gratissimū Christo præbet domicilium, iuxta illud Ioā. 16. Qui diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & māsonem apud eum

Esa. 35

Quarta
expositio
ex Orige-
ne & Gre-
cis patri-
bus.

IN CANTICVM CANTICORVM

*quinta ex
positio ex
Hierony-
mo & qui
busdā re-
centioribus*
faciemus. Quòd si cum D. Hierony. & quibusdam
recentioribus sponta hoc loco agit personā eorū,
qui denuo ex statu peccati in statum iustitiæ trāsie-
runt, & qui experiuntur in se præteritæ vitæ reli-
quias, & peccatorum vestigia permansisse: horum
persona dicit, Nigra sum propter reliquias vitæ
præteritæ & vestigia peccatorum, sed formosa pro-
pter gratiam & charitatem ceterasq; virtutes, quas
Deus homini, cum iustificatur infundit. Ultima ex
*Ultimæ ex
positio per
te caroris
præferenda*
positio, quæ mihi maxime arridet est, vt Ecclesia lo-
quatur in persona iustorum, eorum præfertim, qui
affliguntur in vita præsentis, paupertate, exilio, car-
cere, vinculis, & alijs miserijs. Hi secundū externā
speciem nigri sunt, sed secundum hominē internū
pulcherrimi: In persona horum ait, Nigra sum, sed
formosa, sicut tabernacula Cedar. Hos depingebat
Heb. 11
Paul. ad Heb. 11. dicens, Sancti facti sunt, tēptati sunt,
in occisione gladij mortui sunt, egentes angustia-
ti, afflicti, habitantes in montibus & speluncis & ca-
ueruis terræ: en nigredinem iustorum. Sed eosdē
ostendit candidos & pulchros dicens, Sancti per fi-
dem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti
sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, ex-
tinxerunt impetum ignis. Et Lazarus ille, cuius sit
Lucæ. 16
mentio apud Lucam. 16. qui iuxta externum homi-
nem nigerrimus erat, mendicus, vlceribus plenus,
iacens ad portam diuitis, cupiēs satuari de micis,
quæ cadebant de illius mensa, quas nemo illi da-
bat: sed secundum hominem internum candidissi-
mus

COMMENTARII. CAP. I. 56

mus erat & pulcherrimus, quod declaratur in illis
verbis, Mortuus est mendicus, & deportatus est ab
angelis in sinum Abrahæ. Hos etiā depingit Paul.
2. ad Corint. 4. dicens, Habemus thesaurum istum
in vasis fictilibus, vt sublimitas sit ex dono Dei, &
non ex nobis, semper mortificationem Christi in
corpore nostro circumferentes, vt vita Iesu Christi
manifestetur in carne nostra mortali, & eodem. c.
licet is, qui foris est homo noster corrumpatur: ta-
men is, qui intus est, renouatur de die in diem. Et
quod veteres in Silenis Alcibiadis significabant:
hoc Ecclesia in tabernaculis Cedar, & in cortinis
Salomonis nobis exprimit. Sileni nāque erāt ima-
gunculæ quædam sectiles ita factæ, vt facile pos-
sent explicari, quæ iuxta externam figuram rudes
erant impolitæ, & monstruosam aliquam imaginem
præferentes: aperte tamen, & explicatę ostēdebāt
numen admirabili pulchritudine, ita vt intuētium
oculos raperēt. Talis, si fas est dicere, erat Ioānes
ille Baptista amictus pillis camelorum, præcinctus
pellicea zona, vescens locustis, humi cubitans, &
in deserto inter bestias vitam agens, sed idem Chri-
sti testimonio est plusquā propheta, summus inter
omnes sanctos, qui eum antecesserunt, quem ipse
quoque angelum Dei appellat, ducem eorum, qui
villata proprijs affectibus in regnum cœlorū ir-
rumpunt. Nigra ergo, ait Ecclesia, sum iuxta pristi-
nos mores, & idolorum cultum, sed formosa per
baptismum & sacramenta quibus abluta sum, & cō-
decorata:

IN CANTICVM CANTICORVM

decorata: nigra propter malos, sed formosa propter iustos: nigra iuxta corpoream & sensilem naturam ad voluptates procliuem, pulchra propter animam ratione & arbitrij libertate præditam, & quæ per diuinas virtutes Dei imitatur pulchritudinem: nigra propter vestigia & reliquias vitæ præteritæ, speciosa propter pœnitentiam, gratiam, & charitatē: nigra in oculis meis, humilis enim sibi ipsi uilescit, pulchra in oculis sponsi, qui auctore Iacobo. c. 3. humilibus dat gratiam: nigra secundum externum hominem, qui ut tabernacula Cedar miserijs & calamitatibus exponitur, decora & candida secundum hominem internum, qui ut cortinæ Salomonis admirabili pulchritudine est præditus. *Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me sol. filij matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis. vineam meam non custodiui.* Perstat sponsa in proposito tuendi formam suam, & excusandi fuscum colorem, dicens, quod color ille non natiuus est, sed aduentitiuus, & ex ardore solis contractus. Prudenter uero in ardorem solis suam nigredinem refert sponsa, quoniam homines feruentis solis inclementiæ subiecti, nigerrimi esse solent: quales sunt Aethiopes, & cæteri omnes, qui sub plaga solis uiuunt. Vnde apud ueteres nigredo erat solis symbolum: & Aegyptij, ut Porphyrius refert lib. de sacrificijs, Scarabeum in maximo honore habebant, quasi solis animatam effigiem. Et ne causari aliquis posset, eamque reprehendere, quod sponte

Aegyptij
Scarabeum
uenerabant
tur quasi
solis sym-
bolum.

sua

COMMENTARII. CAP. I. 57

sua fuscum colorem contraxerit, nudamque faciem ardori solis obiecerit, inquit, sese inuitam & repugnātem coactam fuisse à fratribus, ut relicta cura propriae uineæ, quā unicam possidebat, alienas uineas diligenter custodiret, dicens: filij matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in uineis: uineam meam non custodiui. Verum ut iam ex parte dixeram, sponsa hoc loco non de corporea nigredine aut pulchritudine loquitur, sed de illa deformitate & pulchritudine, quæ pertinet ad mores hominis interni. Principio ergo sponsa nullum non mouet lapidem, ut instruat adolescentulas, ipsarumque consulat salutem, atque ita nunc agens personam peccatorum fatetur se esse nigram: nunc in iustorum persona asserit, se esse formosam. Hic tamen tria docet sponsa, primum, fuscum colorem, hoc est, peccatorum nigredinem & deformitatem non esse homini à natura insitam, sed potius ipsi naturæ in primis aduersari: deinde radicem monstrat huius nigredinis, nimirum ardorem solis: tertio postremam huius nigredinis indicat causam, nempe quod relicta cura propriae uineæ, alienis uineis custodiendis incumbat. Et quidem si hominem consideres à Deo conditum in statu illo felicissimo integre naturæ, in quo à Deo fuit conditus, nihil ab eo magis alienum quàm nigredo siue culpæ, siue pœnitentiæ, quæ cum statu illo felicissimo pugnat, quem si uellet conseruare, vitam culpæ & miseræ expertem beatissimus traduceret. In hoc uero misero statu natura

enigam

P ræ

ræ collapsæ, culpa etiam & supplicia, quæ ex illa sequuntur, rationi, quæ in homine principatû tenet, maxime aduersantur. Sed quoniam foelix ille dicitur, qui rerum potuit cognoscere causas: ostendit sponsa quis sit fons ex quo tanta nigredo, & deformitas in humanum genus dimanauerit dicens, causam esse ardentis solis inclementiam, hoc est, uehementiorem amorem sui ipsius, qui teste August. radix est peccatorum omnium, & splendor ille ac decor diuini vultus nobis, teste Dauid psal. 4. impressus, Signatû, &c. Per immoderatû amorem sui obscuratur & offuscatur, ac nigrescit, ita vt mala omnia, siue culpæ, siue poenæ, quæ humanû genus occuparunt ex hoc seminario originẽ trahant. Nã spiritus illi cœlestes, quos Ezech. c. 28. depingit, hoc amore & cupiditate propriæ excellentiæ inflâmati, ex altissimo illo loco cecidere, & pristinam pulchritudinem amisserunt. Primi quoq; parentes cupiditate propriæ excellentiæ incitati, ex statu illo foelicissimo sunt deturbati. Cæteri præterea, qui & ante diluuium vitijs sunt contaminati, & post diluuium vsque ad Christum omnium vitiorum nigredine sunt cooperti, & tandem qui vsque ad diẽ iudicij in peccatis & miserijs perstabunt: omnes propter sui nimium amorem in peccata prolapsi sunt: quâquam per hunc ardorem vrentis solis, appetitû sensilem, effrenem, ardentiorẽq; concupiscentiã, quã patres fomitem peccati solent appellare, intelligendam esse censeo. Illa enim veluti ignis cæcus medullis

Amor sui
nimio peccatorum est
fons.

Ezech. 28

medullis inhærens efficit, vt totus internus homo nigrescat, & deformissimus fiat. Vnde quasi hanc calamitatem deplorans Ierem. Tren. 4. ait, Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphiro pulchriores, sed denigrata est super carbones facies eorum, & nõ sunt cogniti in plateis, adhæsit cutis eorû ossibus, aruit & facta est tanquam lignum. Et Naum. 2. defectio in cunctis renibus, & facies omnium sicut nigredo ollæ, quasi dicat: deficit continentia, pudicitia, castitas quæ prurientem libidinem coercet atq; refrigeret: dominatur estus libidinis succendentis ollæ nostri appetitus, atque ita factum est, vt omnium facies sint sicut nigredo ollæ. Aduersus hunc ardorẽ & solis inclementiam habet Deus in Ecclesia sua vmbracula & tabernacula, quib; protegatur, Esa. 4. Si abluerit dominus sordes filiarum Sion, &c. In spiritu iudicij, & in spiritu ardoris dabit nubem in protectionem diei: nubem, inquam, hoc est, Spiritum sanctum refrigerantem, de quo canit Ecclesia, quod est in labore requies, in estu temperies: & inferius ait Esa. Erit dominus in vmbraculû diei ab estu, & in protectionem, & in securitatem: & inter cætera vmbracula, quibus nos ab inclementia huius caloris defendimus, principẽ locum tenet studiũ sacrę scripturę, dicente Hieronymo, Amascentiam scripturarû, & carnis vitia non amabis: Deus quoque ipse, præsertim Christus vmbraculum & tabernaculum est aduersus ardentem libidinem. Vnde

Tren. 4.

Naum. 2.

Esa. 4

IN CANTICVM CANTICORVM

de siue per vmbaculum intelligamus auxiliū Spi-
ritus sancti, siue lectionem scripturę sacrę, siue cō-
templationem Christi crucifixi: hęc tamen vmbra-
culā plerunq; ipso vento concupiscentię vrente, &
carnis verme rodente arescunt, & vastātur. Quod
nobis adumbrasse, videtur Deus Ionę. 4. vbi hede-
ra in vmbaculum ipsi Ionę à Deo præparata, ver-
me rodente & vento vrente exiccata est: & tūc cœ-
pit dolere Ionas, & querimonijs cū Deo agere. Ita
agebat Paul. & dolebat ad Rom. 7. dicens, Infelix
homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?
sed statim adiecit vmbaculum, gratia Dei per Ie-
sum Christum. Tamen multi interpretes sequuti
Chaldęum paraphrasten, & quosdam doctores He-
bręos exponunt hunc locum de idololatria, quę nō
solum Paganos, sed ipsum quoq; Dei populum ve-
hementer denigravit. Est autem idololatria crimē
omnium grauissimum, quoniam Dei cultu sublato
necessarium est, vt virtutum omnium fundamenta
corruant, cultusq; falsorū deorū, Dei glorię & ma-
iestati maxime aduersatur. Et inter cęteros fal-
sos deos, quos elusa Gentilitas reuerbatur, cole-
batur Sol apud Persas & Aegyptios, apud quos in
summa veneratione habebatur, & terra Rameses,
quā Pharaon in Aegypto contulit. Iacob. & filijs e-
ius, finitima erat Heliopoli celeberrimę ciuitati,
in quā erat solis templum, & collegium sacerdotū,
qui cultui solis dicati erant: inde ergo quasi conta-
gione serpsit idololatria in populum Dei. Vnde

Deus

COMMENTARII. CAP. I. 59

Deus Exo. 17. interdicat suis, ne adorent solem, lunam, & sidera. Et inter alia præclara facinora Iosif regis enumeratur illud, quod equos dicatos obsequio solis sustulerit, & quadrigas solis cōbufferit. Nunc ergo sponsa ait, nigredinem idololatrię ex solis veneratione & cultu fuisse contractam. Sed melius dicemus cū alijs antiquis patribus vt de sponso intelligatur, de quo Malach. 4. inquit, Orietur vobis timentibus nomen domini sol iustitię. Sponsa ergo fateatur sese in sponsi conspectu atque comparatione, aliās pulchram, nigram esse & deformem: nostra nanque omnis iusticia & pulchritudo cum diuina iusticia comparata, iniusticia esse videtur, dicente Iob. 9. Si abluero me quasi aquis niuis, & fulserint, vt mundissimę manus meę, adhuc sordibus intinges me: aut dicitur Christus decolorare sponsam suam, quoniam amore ipsius Christi ardētes iusti studio imitandi Christum incitati secundum exteriorem hominem nigrescunt. Nam de iustis ait David psal. 43. Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus, sicut oues occisionis: vt ergo imitentur Christum cruci affixum nullum laborem recusant, nullos cruciatus refugiunt, nullam externi hominis deformitatem, vt internam pulchritudinem integram retineant. *Filij matris meę pugnauerunt contra me.* Ostendit sponsa se non volētem, sed inuitam reclamantem, & tergiversantem compulsam fuisse à fratribus non germanis, sed filijs tantum matris suę, vt relicta cura proprię vineę com-

P 3 munibus

Exo. 17

Malac. 4

Iob. 9

psal. 43

1er. 4

Roma. 7

nibus vineis custodiendis incumberet. Vbi primo obseruandum est, improbos ab ipso statim mundi principio vsque ad diem iudicij omni studio aduersari iustis, & contra Christi sponsam pugnare: Cain Abelē occidit, Nemroth per tyrannidem imbeliores sibi subiecit: & in Aegypto Pharao Ecclesiam Dei opprimebat operibus duris luti & lateris: & in summa Afsyrij Babylonij, Romani Dei populum in seruitutem vi & armis redegere. Hoc etiam tempore improbi ad Babylonem pertinentes cū iustis electis veraq; Christi Ecclesia continenter pugnant. Hos appellat sponsa filios matris suæ, quoniam sunt eiusdem naturæ participes cum iustis, sed quia sunt de eorum numero, quos Ioan. dicit. c. i. natos ex sanguinibus, ex volūtate carnis, aut ex voluntate viri, non censentur habere eundē patrem Deum, à quo homines per gratiam generantur. *Posuerunt me custodem in vineis.* Vt hanc secundam partem intelligamus, notādum tres esse in homine partes, vegetandi, sentiendi, & ratiocinandi: singulis vero suam deputatā esse vineam, quā diligenter excolant: parti vegetatiuæ cura illa est commissa, vt ea diligenter curet, quæ pertinent ad hominis vitam tuendam & conseruandam: sensibilis curat voluptates sensibiles: mens vero & ratio vineam habet homini propriam & genuinam, nimirū veritatis cognitionem, & honestatis, virtutumque omnium studium singulare: habētq; tres istę vires, seu partes ad suas vineas excolendas instrumenta

Quos dicit sponsa filios matris suæ. Ioan. i.

Que sit propriatio in vinea.

omnia necessaria, quibus aut amica consentanea q; vineæ suæ procurent, aut inimica & dissentanea repellant. Et fuit quidē tēpus aliquod in quo tres hę partes magna consensione & conspiratione sancto quodam fœdere deuinctæ inter se concordabant: ita vt duæ illæ ignobiliore nec lato digito à rationis nutu declinarent. Ratio vero ita dominabatur, vt potius eas sub suo patrocinio exceptas suauissime inclinaret, vt veritatis & honestatis studio diligenter seruirent. Nunc vero propter primorum parentum transgressionem, fœdere illo & cōcordia discissa, ignobiles hæ duæ partes contra rationem dominā rebellarunt, cōpuleruntq; hominē, vt neglecto veritatis & honestatis studio, illarū vineas excoleret, hoc est, vt vitæ necessaria, imo & superuacanea, & sensibiles voluptates omni vigilātia niteretur sibi comparare: Has vero duas vires appellat filios matris suæ, quoniam proueniunt ex carne, & parte animali, quæ nobis est communis cū brutis & plantis: negligit vero homo dum rebus sensibilibus intēdit vineam propriam, hoc est, studium virtutis & veritatis: ideo dicit, Filij matris meę pugauerunt contra me, vineam meam nō custodiri. Alij sentiunt appellatione vineæ rationem colēdi Deam & religionem ipsam significari, nam vt in re rustica non est, quod tanta indigeat cura, sollicitudine, & industria, vt cultura vinearū, quæ fodienda sunt, pastinanda, stercorenda, cōuellenda, purganda, & putanda, & cū racemis onusta sunt vi-

Vinearū cultura singularē requirit diligentiam.

tes, furtis fulciendæ: ita inter virtutum officia: religionis opera summa indigent diligentia, studio, & vigilantia, vt conseruari possint, & suscipere incrementa. Sunt enim in religione sacra sacramenta: sacrificia, sacerdotum, templa, altaria, & ministri, & sexcenta alia, quæ referre esset longissimum: & ab ipso statim principio atque etiam post diluuiū peruersi homines totis viribus contenderūt, vt Ecclesiam à vera religione & vnius veri Dei cultu ad cultum fallorum deorum traducerent, impijsq; & nefarijs ritibus implicarent. Nam cū illi stulta quadā persuasione illos, quos heroes appellabant, & aliquid humano generi vtile inuenisse credebant, in deos referrebant, vt Saturnum, quia agriculturam inuenit, Dionysium, quia artem colendarum vinearum excogitauit. Inde factum est, vt genus hominū pro deorū varietate in varias scinderetur religiones & sectas, vniusq; veri Dei cultum negligeret & abiuraret. Ipsa quoq; sponsa Synagoga in Aegypto, & in deserto falsos deos coluit, & plerunq; nefarijs ritibus interiuuit. Tempore etiam ipso, quo Christus sponsus naturam humanam suscipiens, vineam suam inuisere est dignatus, populus Iudeorū in varias erat sectas & religiones diuisus, Samaritanos, Herodianos, Nazarenos, Essenos, & Saduceos, & Phariseos, cū tamen inspiratam religionē à Deo ipso traditam paucissimi custodirent: hominum vero inuenta, & traditiones, variasq; ceremonias ab ipsis hominibus excogitatas singulari diligenti

gentia seruant. Hoc ergo est, quod modo sponsam pungit, hoc eam mordet, cū inquit, Filij matris meæ pugnaverunt contra me. Multi vero interpretes etiam ex patribus hæc verba tribuūt Ecclesie Euāgelicæ, quæ illis reddit causam propter quā relicto populo Iudaico seipsam contulerit ad populum gentium, sedemq; primam Ecclesie, & pontificiam dignitatem Romæ collocauerit: dolet tamen, & vehementer dolet, quòd ipsorum Iudeorum perfidia coacta fuerit vineam illam suam charissimam, nempe Synagogam, quā matrem suam agnoscit, non custodire, sed potius deserere. Est ergo sensus verborum sponsæ, Filij matris meæ, nēpe Iudæi ad Synagogā pertinētes tāquā ad matrē, ad quam etiam & Christus pertinuit, & Apostoli ipsi, quos tanquā parentes agnoscit & reueretur Ecclesia: hi Iudæi Ecclesiam nascētem, florentē, suscipientem incrementa, & caput attollentem totis viribus expugnare & labefactare sunt conati. Hoc sonant verba illa, Filij matris meæ, &c. Hoc vero cernens Ecclesia ad gentium populum se transtulit relicta vinea illa, cuius Esa. 5. fit mentio, & Matth. 21. Sed transtulit se ad gentium populum, vt Acto. 13. dixit Paul. Vobis oportebat primum prædicari regnum Dei, sed quia vos indignos iudicatis: ecce conuertimur ad gentes. Dolet verò sponsa vt constat ex Paul. ad Rom. 9. dicente, Tristitia mihi est & cōtinuus dolor cordi meo: optabam ego anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt co-

*Secū laex
postio.*

*Filij ma-
tris spōse
Iudæi, qui
semper ad
uerfantur
Ecclesie.*

Rom. 9

gnati mei secundū carnem, qui sunt Israelitæ, quorum est testamentum, & promissio, & legislatio, & eloquium, ex quibus Christus est secundum carnē, qui est super omnia benedictus Deus amen. Quarta expositio, quā grauiſſimi interpretes sequuntur, est, vt præſenti oratione contineatur Ecclesiæ Catholicæ querimonia dolentis & plorantis, quod fraudibus & artibus falſorum fratrum maxime hereticorum, qui ex Ecclesia per baptismum nati, eiusdemq; doctrina educati, filij matris nostrę merito appellantur. Nam fuere semper in Ecclesia Catholica innumeri pene hæreticorum cunei, qui aduersus illam acerrime pugnauere. Aduersus autē horum hereticorum insidias opposuit sponsa Christi instructissimas Catholicorum doctorū acies, Dionysium Areopagitam, Ignatium Polycarpum, Clementem Alexandrinum, Athanasium, &c. ex Latinis, Augustinū, Hiero. Ambr. Gregor. D. Thom. & inter cætera excogitauit Ecclesia sanctum illud tribunal fidei Cęſorum, qui summa æquitate & vigilātia arcere nituntur hereticos ab Ecclesiæ finibus. Sed dolet Ecclesia multisq; lacrymis prosequitur, quod hæc tāta diligētia, & sollicitudo ipsius nō fuerit satis ad hereticos in vniuersum profligandos & repellendos: illorum enim obstinata malitia & arte effectum est, vt maiorem mundi partē occupent seclæ Christianæ veritati contrarię. Possunt etiam hæc verba sponsę vsurpare sibi viri sancti & timorati, quando inuiti promouentur ad præfecturam, vel

Filij etiam
matris Ec-
clesię sunt
hæretici

Fidei cen-
sore.

Querella
iustorum, p-
efficitur
vineæ cu-
stodes.

eccle-

ecclesiasticam, vel secularem. *Indica mihi, quem diligit anima mea: vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Dixerat hæc sponsa, fatebaturq; ingenue sese improbitate ardentis fomitis, neglecta contemplatione veritatis, & relicto honestatis studio, corporeis rebus & voluptatibus sensibilibus querendis plus equo incubuisse: & quod grauius est, omiſſa inspirata religione vnus Dei, vanas & superstitiosas multorum deorum religiones fuisse secutam, & (quod illa nō sine lacrymis proferre potest) Iudæorum perfidia compulſam fuisse, vt in populo Gentili summū sacerdotium, & sedem Christianæ religionis collocaret. Dolet postremo, quod Ecclesia toto terrarum orbe propagata hereticorum fraudibus in tātam angustiam fuerit redacta. Nunc quasi quibusdam igniculis diuini amoris incēsa, & absentis spōsi desiderio inflammata, petit ab eo blande eum cōpellans, vt certioſam eam faciat, vbi locorum pascat gregem, & maxime meridiano tempore, quem sibi locum vmbrosū deligat, vt cubent greges, & ipse etiam conqueſcat: ne illa vaga & errabunda dum sponsū quærirat, in aliena magalia, variosq; pastores incidat non sine pudoris sui iactura. Sunt vero hac in parte varię translationes, quāquā vnus est idemq; sensus ipsarum. Quidā enim ex Hebręo transferunt: *Indica mihi, o quē diligit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie, vt quid enim vagabor ad greges sodalium tuorum?* Complutensis

IN CANTICVM CANTICORVM

ex Græco, quæ sequitur translationem septuaginta, legit: Renuncia mihi, quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie, vt quid enim circūdu car per greges sodalium tuorum? Et quod nos legimus: Ne vagari incipiam, &c. alij ex Hebræo traducunt: Ne sim quasi iuuoluta ad greges sodalium tuorum. Est tamē, vt dicebam, omnium harū trālationum vnus sensus. Erat sponsa omnis morē impatiens, & nouerat sponsi sui absentiam diuturnam futuram, quoniam æstiuo tempore pascendis ouibus occupati etiam sub noctem pedem domum non referunt: cupiebatq; saltem meridiano tempore (cūna vacaret sponso) ipsum inuisere, & non per alios gregum custodes & pastores oberrare. Nūc quid spōsa hac bucolica oratione sibi velit perpendamus. Et quidem vt fleat sponsum, primum, obtestatur eum per amorem ardentissimum & intimum, quo eum prosequitur: nam vt iam principio dixerā, in hoc epithalamio de altissima illa diuinæ philosophiæ parte agitur, in qua traditur diuini amoris ratio, incrementa, & fastigium: & Deus nulla re tātopere inclinatur & flectitur ad amandum & benefaciendum, atque amore ipso, iuxta illud Prouerb. 3. Ego diligentes me diligo, & Ioann. 16. qui diligit me, diligitur à Patre. Homines sane amore, quasi quibusdam funibus Deum vinciunt non aliter, atque Samson ille fortissimus & inuictissimus in Dauidis gremio patiebatur sese ligari & spoliari virib⁹. Hunc amorem mutuum exprimens sponsa Cāti. 2.

Amor 4.
morē tr 4.
hic

Prouerb. 3.
Ioann. 16

Iudic. 15.

Can. 2

ait:

COMMENTARII. CAP. I. 63

ait: Dilectus meus mihi, & ego illi. Quod vero ipso sus fortissime vinciat & maxime flectatur amore sponsæ suæ, declarat sponsus Cant. 4. dicens, Vulnerasti me soror mea sponsa in vno oculorum tuorum, & c. 6. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt, & Cant. 7. sponsa ipsa exprimens vim huius amoris capientis & vincientis animum sponsi ait, Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius, quoniam Christus ipse propter sponsam charissimam descendit de cælo, &c. & totus illius est cōmodis & vñibus dicatus. Vnde Prouerb. 23. inquit, Fili mi præbe mihi cor tuum, & Cant. 8. Pone me sicut signaculū super cor tuum. Et ratio est, quoniam amor in vita præsentis omnium actionum est præstantissimus, & fons omnium aliarum virtutū, ipsarumq; pulchritudo, & qui dat amorem Deo, se ipsum perfectissime Deo tradit. *Vbi pascas, tibi cubas in meridie.* Duo petit sponsa, primum, vt ostēdat sponsus, vbi gregem suum pascat, deinde quo loco meridiano tēpore cubent greges ipsius, ipseque sponsus vñbram captans conquiescat. Nam illi, qui de re rustica & pecuaria scripserunt, præsertim Marcus Varro iubent, vt æstiuo tēpore prima luce ad pastum oues deducantur, quia tunc herba frigida est amēnior & vberior, atque ita gratior pascenti gregi, inualescente vero calore herba ipsa arefcit atque marcescit: circiter autem meridianū tempus oues agenda sunt, aut sub rupē vñbrosam, aut sub late patētem arborem, vt à sequitia æstus de-

Prouerb.

25

Marcus
Varro

Q 3 fendantur.

fendantur, & tandem sub vesperū refrigerato aere
 rursus sunt ad pascuum reuocandæ, semperq; illi ob
 seruandum est, vt oues pascantur oppositis soli ca-
 pitibus, quoniam sunt tenerrimo capite. Quod ve-
 rò sponsa obnixè postulat certior fieri, vbi sponsus
 gregem suum pascat, id prudentissime facit, quo-
 niam bona pars Christianæ iustitiæ in hoc sita est,
 vt sciamus vbi agat sponsus, vbi gregem suum pas-
 cat. Nam quæ antiqui philosophi de summo bono
 literis mandauerunt, & quæ scripserunt de officijs per
 quæ pergimus ad beatitudinem, homines per inex-
 plicabiles errores vagari fecerunt: dum Epicurei in
 corporis voluptatibus fœlicitatem posuerunt: Stoi-
 ci in doloris vacuitate: alij infortunæ bonis, Peri-
 patetici in contemplatione rerū altissimarū, quod
 illa esset altissimæ potentiæ præstantissima opera-
 tio, sed illi toto cœlo & terra errauerunt, suosq; se-
 ctatores in varios errores coniecerunt. Merito er-
 go & consultissime rogat sponsa sponsum, vt doceat
 illam vbi agat, vbi versetur, & vbi gregem suū pas-
 cat. Non ignorabat sponsa sponsum suum rerū om-
 nium opificem esse seruatorem, & modetorem:
 hæc enim ipsis quoque philosophis teste Pau. ad
 Rom. i. fuere notissima. Sed obsecrat, vt ostendat
 vbi gregem pascat, non qualicūque pabulo, sed su-
 per cœlesti conducente ad vitam æternam conse-
 quendam, hoc nanque solus sponsus poterat illi re-
 uelare. Cæteri qui non versabantur, sub sponsi magi-
 sterio & disciplina in varias sectas multiplicesq; la-
 byrinhos,

rescribāt
 philoso-
 phi vbi
 sponsus in
 meridie
 gregē suū
 pascere

Rom. i.

byrinhos, & errores, suos discipulos inducebant.
 Semper enim ab exordio mundi vsq; ad ipsius cō-
 sumationem contra veram Ecclesiam, verosque
 Dei cultores insurrexerunt pseudoChristi, & pseu-
 doprophetæ, qui in aliena pascua profanas super-
 stitiones & falsas doctrinas homines abducere co-
 nabantur. Vnde Christus apud Matth. suos præmu-
 niens. c. 24. ait, Surgent pseudoChristi, & pseudo-
 prophetæ, & seducent multos: si ergo dixerint vo-
 bis: ecce in deserto est, nolite exire: & si dixerint,
 ecce in penetralibus, nolite credere. Hos imitan-
 tur hæretici, qui secuti sunt in Ecclesia promulga-
 to iam Euangelio contendentes & vociferantes
 Christum apud eos versari, & gregē suum pascere.
 Et quidem aduersus omnes hæreticos sibi vendi-
 cantes, Christum & veræ doctrinæ pabulum, & a-
 pud se esse veram Christi Ecclesiam, scripsit doctis-
 sime inter omnes D. Aug. lib. vnico contra episto-
 lam fundamenti Manichæi, & Vincentius Lyrinen-
 sis lib. aduersus omnes hæreses, in quibus vterque
 author elegantissime & doctissime præscribit no-
 bis certas notas, & lumina clarissima ad cognoscē-
 dam veram Christi Ecclesiam, & locum vbi spon-
 sus gregem suum pascat. Sunt vero ex Hebræis qui
 transferunt: non vbi pascis, sed quomodo pascis,
 quomodo cubas in meridie: ita vt quærat sponsa nō-
 tam locum, quā rationem & modum pascendi. Ad-
 miratur enim sponsa, quod cum in Platonis scriptis
 in Arist. libris, Cicronis, Senecæ, & Plutarchi mul-
 ta

Matth. 24

Hæretici
 pseudo
 Christi.

August.

Vincētius
 Lyrinēsis

ta sint de moribus literarum monumentis pulcher
rimè consignata, ita vt eorum pascua virentia & sa
luberrima esse videantur: tamen qui eorum libris
incumbunt, etiam si eos diurna versent manu, ver
sentq; nocturna, nunquã meliores efficiuntur, sed
videas eos sicut oues macilentas, aridos, ieiunos,
& frigidos. Illi tamen qui in Euangelica doctrina
puro & casto animo versantur, qui pabulo cœlestis
doctrinæ nutriuntur, succulenti, pingues, & nitidi
subito euadunt. Rogat igitur sponsa, quæ sit ratio
pascendarũ ouium, quæ ars & industria sponsi, quæ
incantatio, vt illè deposita macie interni hominis
tam subito pinguescant, atque nitescãt: respõdetq;
Paul. ad Rom. i. dicens verbũ Euangelij esse quan
dam virtutẽ ad salutem omni credenti, de quo ali
bi ad Heb. ait, Vnius est sermo Dei & efficax. *Vbi
cubes in meridie.* Obsecrat etiam, vt doceat quo lo
co meridiano tempore oues ipsius cubent, & ipse
quiescat, tutæq; fiant oues ab æstus inclementia.
Æstus in arcanis literis plerũq; grauem tentatio
nem, & vehementem impulsũ significat, cui ho
mo propria virtute non possit resistere. Hoc infi
nuare videtur Dauid psal. 91. dicẽs, iustos securos
esse ab incurfu & demõnio meridiano, & psal. 112.
dicens, Per diem sol non vret te: & apud Esa. 4. cũ
ait Deus sese futurũ iustis vmbra culum cõtra estũ:
Ierem. 17. de iusto dicitur: non timebit cũ vene
rit estus, & Eccles. 44. Sol in meridiano exurit ter
ram, & calorem eius quis poterit sustinere? Rogat
ergo

*Querit spõ
sa nõ solũ
vbi pascat
sed quare
ratione pas
cat spõsus
gregẽ suũ*

*æstus meri
dianũ qd
significet
sacris lite
ris.*

*psal. 91
psal. 112.
Esaia. 4.*

Ierem. 17

Eccles. 44

ergo sponsa, vt ostendat illi sponsus locũ ad quem
agat gregẽ suum circiter meridiẽ, quæ sit, vt rupes
vmbri fera solis ardori opposita, quæ sit arbor ame
na frondosa, & late diffusis ramis vmbrosa, subter
quã feruente sole oues meridiano tẽpore paca
tẽ conquiescant. Est enim miraculorum omniũ ma
ximum miraculum intueri iustos inter ipsos crucia
tus, mortis discrimina, & tribulationes vehemẽtes
summa pace & tranquillitate quiescere: ita Paul. ad
Rom. 8. dicebat: Scio quod neque mors neq; vita,
&c. poterit nos separare à charitate Christi: & ad
Rom. 5. Gaudemus in tribulationibus, scientes
quod tribulatio patiẽtiam operatur, patientia pro
bationem, probatio spem, spes autem non confun
ditur. Quod si per estum intelligas immoderatum
amorem sui, aut ardentiorẽ libidinis fomitem:
querit sponsa, qua ratione fieri possit, vt in tãta cor
ruptorum hominum colluie seipos nimis aman
tiam, & omnibus libidinibus indulgentium, ipse
spõsus loca inueniat vmbrosa, in quibus oues suas
accubare faciat ab inclementia, & solis ardore tu
tas. Orig. tamen hom. 2. & D. Bernar. homil. 32. in
Canti. per meridiem, exponunt beatitudinẽ, ipsum
quẽ beatorum domicilium. Rogat ergo sponsa, vt
ostendat locum, vbi beatos ipsos pascat, atq; refi
ciat. Nam quemadmodũ meridiano tempore lux
ipsa solis clarissima est, & calor ardẽtiõ: ita in bea
titudine cœlicolę clarissima luce illustrantur, & ar
dentissimo amore incenduntur, Prouer. 4. Iustorũ

Rom. 8

Rom. 5.

*Origene
hom. 2. in
Cantica
Bernard.
serm. 32.
in Cantica.*

Prouer. 4

R semita,

femita, quasi lux splendens & crescens vsq; ad perfectum diem. Cupit autē sponsa, quanuis sciat hęc pascua in cœlo iustis esse parata, iterum atque iterum de hoc edoceri, quoniā quę grata sunt, sapiunt & dulcescunt, quāuis repetantur. *Ne errare incipiam post greges sodalium tuorum.* Solent amantes, vt in conuiuio Platonis Phēdrus testatur, diligenter cauere, ne aut in facie, motu, aut gestu aliquid appareat turpe, quod eos quos amant possit offendere: idq; magis curant in moribus obseruare, ne turpitudine aut deformitas amafios vel amafias offendat. Sponsa ergo, quę spōsi sui amorem omni studio captat, rogat, vt ostēdat vbi pascat, & vbi cubet, ne illa domo sua egressa, & per aliorum magalia circumducta, pudoris & nominis sui iacturam faciat: est enim hęc sponsa non perfrixtæ frontis, sed verecūda & pudica, & quę summā habeat nominis & honoris sui rationem. Sic iusti, qui Deum ardentem diligunt, diligēter curant, ne Dei oculos peccatis offendant, Iob. 9. Verebar omnia opera mea sciens, quia non parceres delinquenti: Genes. 15. Ambula coram me, & esto perfectus. 1. ad Corin. 4. Sumus, ait Paul. tanquā morti destinati: spectaculum factum mundo, & angelis & hominibus. Sed quod magis timet sponsa illud est, ne incurrat in tabernacula & greges riuatum sponsi, quoniam in illorum pastū nihil est tutū, sed omnia periculosa, siue quę ad doctrinam pertinēt, siue quę ad mores spectāt: Solus Christus ea docet, in quibus nec error subesse

Plato in
Phēdro.

Sponsa pu-
eribunda.

Iob. 9.
Genes. 15
1. Cor. 4.

se potest, neque aliquid, quod sit morum integritati cōtrariū. Vnde aiebat Ezech. 32. in pascuis vberimis pascam eos in montibus excelsis, & Dauid psal. 22. Dñs regit me, nihil mihi deerit in loco pascuę ibi me collocabit: & Paul. ad Ephes. 1. Euāgelicam doctrinam appellat verbum veritatis, & euāgelium salutis: verbum veritatis, quoniam ea quę docet verissima sunt: euāgelium salutis, quoniam pellit omnes animi morbos, & Christus Ioan. 8. Si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Quantum vero periclitentur, qui circa aliena pascua vagātur, cernimus in D. illo Augustino, qui cū esset cognoscendę veritatis sitientissimus, incidit in tabernacula Manichęorum, quorum errores constantissime tuebatur, & putabat non hominem peccare, sed quandam mentem illi dominantem, ipsumq; ad peccatum impellentem. Credebat etiā nihil esse in hac rerum vniuersitate incorporeum, ipsum quoque Deum corporea mole affectū esse: & inter cęteras probabat maxime Academicorū sectam, qui nihil certum definiebāt, sed omnia putabant incerta esse & ambigua. In moribus etiā alieni pastores riuales spōsi multa tradūt, quę suos discipulos per vitiorum prærupta præcipientes agūt: vt fornicationem simplicem leuissimum esse peccatum, furtum, detractionem, &c. Quod vero nominat aliena magalia, greges, consulto id facit, vt significet eos, qui declinant à vera doctrina & à vi

Ezech. 32

psal. 22

Ioan. 8

August.

Ecclef. 1. *Stultorum infinitus est numerus: Matth. 7. Arcta est*
 Mt. 7. *via, quæ ducit ad vitã, & pauci sunt qui intrant per*
 Matt. 23. *eam: Matth. 23. Multi sunt vocati, pauci vero ele-*
 Esa. 58. *cti: vnde apud Esa. c. 58. comparantur iusti paucis*
 Luc. 8. *racemis, qui manent facta vindemia in vinea: &*
Christus apud Lucam. c. 8. Nolite timere pusillus
grex: & Paraphrastes Chaldeus, per sodales, intel-
ligit deos, quos olim Synagoga simul cū vero Deo
colebat. Sed verior & cōmunior sensus est, vt per
sodales intelligantur falsi magistri, & falsarū super-
stitutionum authores & inuectores. Hebræi legunt:
ne fiam sicut velata & inuoluta circa tabernacula
pastorum, quasi dicat: ne fiam sicut prostituta &
scortum & meretrix, quæ circumducitur per taber-
nacula pastorum. Nam apud Hebræos solebāt me-
retrices velatę incedere. Vnde Gene. 38. Thamar,
 Gene. 38. *vt mentiretur & fingeret se esse meretricem, conti-*
tuta in biuio peplo se ipsam velauit. Si ignoras te ò
pulcherrima mulierum, egredere, & abi post vestigia
gregum tuorum, & pasce hædos tuos circa tabernacula
pastorum. Septuaginta & Complutensis ex Græco
transferunt: si ignoras te ipsam ò pulchra in mulie-
ribus, egredere, & abi in vestigijs gregum tuorum,
& pasce hædos tuos in tabernaculis pastorū. Hanc
translationem sequuntur omnes Græci patres. Ex
Hebræo quidem vertūt: si ignoras ò pulchra inter
mulieres, egredere, & sectare vestigia gregū tuo-
 rum,

rum, & pasce capellas tuas circa tabernacula pasto-
 rum. Sunt vero ex Græcis patribus, qui hæc verba
 tribuant non sponso, sed amicis sponsi, hoc est, san-
 ctis angelis, qui teste Paul. ad Heb. 1. nostræ salutis
 sunt administri, aut Apostolis ceterisq; Christi ope-
 rarijs & ministris, qui cū audirent petitionem spō-
 sæ ostendunt illi rationē, qua possit certo perueni-
 re ad sponsi pascua, & ad locum vmbrosum vbi me-
 ridiatur sponsus. Sed omnes prope interpretes La-
 tini, & ex Græcis multi totum hoc carmē adscribūt
 sponso. Quidā recēs interpres dicit, quod hic nul-
 lo modo sit mentio cognitionis propriæ, quoniam
 si de ea loqueretur sponsus, non responderet peti-
 tioni sponsæ, neq; illius satisfaceret votis: illa enim
 cupiebat scire, vbi pasceret, & locum, vbi in meri-
 die quiesceret. Vnde dicunt in his verbis sponsum
 certam rationem tradere, qua spōsa certo inueniat
 sponsi pascua, & locum vbi in meridie quiescat. Di-
 cunt ergo sensum esse, Si nescis sponsa pulcherri-
 ma vbi gregem pascam, vbi sub meridie quiescā:
 ostendam tibi modum, quo mea pascua reperiās:
 Hædos, à matrū lacte auulsos, quos domi reclusos
 habes, in campum deducito, illi autem naturæ du-
 ctu matrum vestigia sequentur, teq; sequentē recta
 perducent ad locum, vbi ego in meridie cubē. Sed
 præterquā quod expositio hæc non omnino cohæ-
 ret cū patrum communi expositione: primum, hæ-
 di sibi relicti, si matrum pascua multum distent, nō
 eorum vestigia sequentur, nec recta peruenient ad

IN CANTICVM CANTICORVM

pascua matrum: deinde appellare hēdos, greges, non videtur literæ consentaneum. Alia ergo ratione nobis hic locus est exponendus. Et quidē principio monet sponsus sponsam, vt sui ipsius ignorantiam pellat, & det diligēter operam, vt seipsam cognoscat, quoniā cognitio sui initium est cognitionis Dei, vt in hunc locū testatur Orig. Athan. Gregorius Nissenus, Theodoretus, & tres illi patres ex Latinis D. Aug. epistola. 48. ad Vincentium, & in psal. 64. Ambr. in psal. 118. D. Greg. Beda, Bernar. Aufel. & D. Tho. in expositione huius loci: in verbis tamen sponsi duplex est monitio, primū, vt corporeæ & sensibilis partis miseram conditionem agnoscat, iuxta illud Genes. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris: Eccles. 10. Quid superbis puluis & cinis? & Micheę. 6. Humiliatio tua in medio tui. Vnde hæc cognitio parit humilitatem, & despiciētiam sui, quæ humilitas magistra est & custos virtutum omnium, & primum fundamentū, quæ viam munit ad cognitionem diuinam: Prouerb. 11. Vbi humilitas ibi sapientia: Matt. 11. Abscondisti hæc sapientibus & prudentibus, & reuclasti ea paruulis: & Christus Matth. 5. primo loco constituit humilitatem, dicens, Beati pauperes spiritu. Sed ne dum labi itatem & fragilitatem corporeæ & sensibilis naturæ consideramus, animum despondeamus, monet secundo, vt dignitatem suam agnoscat sponsa, quod capax sit diuinæ beatitudinis, & Dei imaginem exprimat, & multis sit diuinarum virtutum

orna-

COMMENTARII. CAP. I. 68

ornamentis cōdecorata. Est enim Ecclesia, auctore Paul. 1. ad Timot. vlt. columna & firmamentum veritatis, quæ omnes respub. & regna omnia incōparabili superat interuallo, de qua David psal. 86. ait, Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob: & Ioann. Apoc. 21. Vidi ciuitatem sanctā Hierusalem descendentem de cœlo paratam à Deo, sicut sponsam ornata[m] viro suo. Secundus gradus ad cognoscendum vbi sponsus pascat est, vt egrediat[ur] sponsa à paterna domo, hoc est, à tumultuantium affectuum sensibilium turba & cogitatione, & sese in libertatem & animi quietem asserat, quod significauit Deus Genes. 12. dicens Abrahæ, Egredere de terra tua, &c. & psal. 44. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, quia concupiuit: Et Iob. 38. docebat hoc clarius sub simulacro onagri. Tertius gradus ad inueniendum sponsum est, vt vestigia sanctorum patrum sectemur in hac sponsi inquisitione: ea credamus, quæ illi crediderunt, & iuxta ipsorum mores vitam instituamus. Quanquā quoniam gregum meminit: Abi post vestigia, &c. videtur mihi intelligere per hos greges, sanctorum hominum coetus ac familias, quas & olim Synagoga, & nunc multo plures atq; sanctiores habet Christiana respub. Et quarto, quoniam etiam si inter sanctorum coetus versetur, eorumq; vestigia premamus, molesta esse solet improba concupiscentia carnis.

Monet

Origenes
Athanas.
Nissenus.
August.

Ambr.

Genes. 3.

Prouerb.

11.

Matth. 5

1. Tim. 6

psal. 86

Apoc. 21.

Genes. 12.

psal. 44

Iob 38

IN CANTICVM CANTICORVM

Monet postremo sponsus, vt hēdos, hoc est, petulā-
tis, subsilientis, & lasciuientis motus carnis coer-
ceat, contineat, & reprimat dura viuendi ratione:
hoc est enim illos pascere iuxta tabernacula pasto-
rum ad imitationem & exempla sanctorum. Quod
si sermo sit de ratione pascendi oues, & protegēdi
eas ab estu libidinis: sensus est, quod non efferatur
per superbiam sponsa, quia aliorum pascendorum
curam habet, sed vt videre possit, si qua est in mo-
ribus labes, egrediatur, hoc est, vitia illa non tāquā
propria, sed tanquā aliena consideret: in nostris nā
que cæcutimus, in alienis autem iudicandis lyncei
sumus. Quod vero subiicit: Abi post vestigia, &c.
ostendit discrimen inter officium pascendi oues
aut capras, & inter officium pascendi hēdos, nam
primum postulat hominem industrium, solertē &
solicitem, qui nunc capras antecedit, nunc sequa-
tur, quæ pascendæ sunt non solum per planiciem,
sed vt pluri num per montium decliua, per loca
fragosa, & rupes. Hēdi verò domi seruantur, aut se-
ptis claudantur, sustētariq; possunt ramusculis, aut
sulfure: ita vt eorū custodia puero cōmitti soleat:
quasi dicat sponsus, tuas vires metire, et si sapien-
tia & prudentia præstas, poteris oues & capras pas-
cere: sin autem pascito hēdos tuos circa taberna-
cula pastorum, hoc est, qui non potest quæ maiora
sunt præstare, minora præstet. Hæc autem tota ora-
tio adaptari potest illis, qui suscipiunt prouinciam
docendi: illis præcipue, qui suscipiunt munus inter-
pretādi

pretandi scripturā sacrā, his dicit sponsus: si nescis
hanc rationem docendi, egredere primum in late-
patentes campos diuinæ scripturæ: deinde in inter-
pretando & exponendo sectare antiquorū patrum
vestigia, via regia & tuta incedito, fugito diuerticu-
la & nouitates, in quibus delitescunt errorum peri-
cula, & tuos alumnos atque auditores, qui sunt ve-
luti exultantes hēdi, pascito iuxta antiquorum pa-
trum tabernacula, eorumq; imitare pascendi ratio-
nem. Secunda expositio est, vt omnia hæc verba cō-
tineant vaticinium & præfagium sponsi, quo prædi-
cit sponsæ suæ ingentia mala, quæ illi impendēt &
euenient, si ignoret, vbi sponsus agat, & vbi in me-
ridie quiescat. Nam si in hac ignoratione perma-
neat: primum, egredieris, inquit, permittente Deo
ex domo & contubernio sponsi: deinde sequeris
gregum tuorum vestigia, hoc est, laxis habenis in-
dulgebis ventri & voluptati, sequerisq; eorum mo-
res, qui veluti pecora, quæ natura prona ac ventri
obedientia finxit, sensibilia quærunt, & illis inhæ-
rent: actandem lasciuientes affectus, & petulātes
sensitiui appetit⁹ motus pasces iuxta magalia meo-
rum riuulium. Vel dicantur hæc per ironiam, vt lo-
qui solent amantissimi sponsi suis sponsis, ac si di-
cat: si nondum compertum habes ò sponsa charis-
sima ac pulcherrima quam sit foelix præfens status
tuus, Egredere, si lubet, & sectare vestigia gregum
tuorum, hoc est, multorum vitia, corruptosq; mo-
res, & sensibiles affectus tuos delicate nutrito, &

IN CANTICVM CANTICORVM

pascito circa alienorum pastorum tabernacula: tūc re ipsa experieris quā miseram elegeris seruitutē, & à quanta libertate & felicità excideris. *Equitai meo in curribus Pharaonis assimilauit te amica mea.* Septuaginta legunt, Equo meo: alij vertunt, Equæ meæ. Sponsus postea quā amice & blande monuerat sponsam, eiq; ostenderat viam atq; rationē, quacerto perueniret ad locū vbi pasceret, & vbi quiesceret, iam modo multis modis ipsius sponsæ dignitatem & pulchritudinem declarat, primū, cōparat illam equitai siue equo. Nam inter animalia nullum elegātius equo, qui præ se pulchrum quiddam & generosum ferre videtur, non solum in incessu, sed in oculorum alacritate, membrorum, & totius corporis cōfiguratione, hinnitu ipso & crurum flexu gratissimo: hæc vero elegantia magis nitet in equabus illis, præsertim quæ nondum conceperūt, id quod Lyricus de Virgine, quæ nondum virū cognouerat, exprimit, dicēs, Quæ velut latis equa tri ma campis ludit exultim metuitq; tangi. Sensus ergo vt quibusdam viris doctis & pijs placet est, vt comparet sponsus sponsæ suæ pulchritudinē equis Salomonis. Et quidem vt constat. 3. Regū. 10. & 2. Paralip. 9. habuit Salomon equorum numerosam multitudinem, qui numerum quadraginta millium complebant præter equitū duodecim millia, quos per vrbes munitas dispositos urbium custodiæ deputauerat: habebat præterea currus Aegyptios magno artificio elaboratos. Sponsam vero similē esse

3. Reg. 10.
2. Para. 9

COMMENTARII. CAP. I. 70

ait equitai, quoniam quemadmodū ingens erat equorum numerus, ita multo maior est eorum multitudo, qui ex Paganismo ad Christum cōfluxerūt: & sicut equi illi pulchri generosi, & velocissimi nō ex vna, sed ex varijs prouincijs ad Salomonem ducebantur: ita ex omni hominū genere cōstat Christiana Ecclesia: & vt equos illos magno pretio emebat Salomon, de Christianis inquit Paul. 1. ad Corinth. 4. Empti estis pretio magno: & Petrus. 1. Canon. 1. Non corruptilibus auro & argento empti estis, sed pretioso sanguine agni immaculati: & quē admodum Salomon equitai illo pulcherrimo suā magnificentiam & gloriam ostentabat, sic Christus verus Salomon maiestatem suam in primis representat pulcherrimo, atque inuictō sanctorum hominum equitai: & sicut equi illi quandiu in potestate Aegyptiorum, Assyriorum, Ethæorū, & prouintiæ Coæ, quæ præstantissimorum equorum erat feracissima, aduersus populum Dei pugnabāt: vbi vero erant in Salomonis potestate, equitatus ille aduersus reipub. Hebrææ hostes strenue dimicabat: eodem modo viri ex Paganismo ingenio, doctrina & eloquentia insignes, qui olim aduersus Ecclesiam pugnabant acerrime, iam intra Ecclesiam constituti, omnibus viribus ac neruis cōtra ipsius Ecclesiæ hostes bellum gerunt. In summa de illis inquit Abacuch. 3. Ascendes super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio. Nam sicut reges equitai vtuntur in bello ad hostes subiugandos, eodemq;

1. Cor. 4.
1. Petr. 1.

Abacuch
3.

IN CANTICVM CANTICORVM

postea triumphum celebrant: sic Christus Rex noster sanctorum Apostolorum, atque aliorum doctorum & prædicatorum equitatu vsus est ad subiiciendum genus humanum Euangelio, eodemq; etiam vitur, cum post victoriam triumphum est celebraturus, quod videbat Ioan. Apoc. 16. in equo illo cædido, cui infidebat vir aurea corona cinctus, arcum manu tenens: & exiuit vincens, vt vinceret: & Pau. 1. ad Corinth. 15. Benedictus Deus qui triumphat nos in Christo. Quod videtur mihi adumbrasse Dauid. 1. Paralip. 18. qui cum in Philistæorum regione ciuitatem Emath expugnasset, illiusq; regem in seruitutem rede gisset: equos iugales, qui currus ductabant, eneruauit, sed centum quadrigas referuauit sibi ad bella gerenda: ita Christus verus Dauid postquam Gentilismum ad fidem reuocauit, mundi sapietiam & inanem philosophiam, ipsosq; philosophos currus ductantes eneruauit: quosdam tamen eruditissimos & ingenio præstantissimos referuauit sibi, vt aduersus Paganos, hæreticos, & Iudeos constantissime dimicarent. Quamquam hæc prima facie pulchre dicta esse videantur, non tamen videntur sponsi intelligentiæ & proposito omnino consentanea, quoniam hic non introducitur Salomon loquens, sed Christus Ecclesiæ sponsus. Quod si dixeris, Salomonem Christi typum gefisse, contra hoc est, quod Salomon in illis tantum rebus Christi imaginem præferbat, quæ laude dignæ erant: illa tamen equorum inges multitudo, quæ in suis stabulis

Apoc. 16.

1. Cor. 15

1. Paralip.
18

Nota.

COMMENTARII. CAP. I. 71

bulis habebat Salomō, non laudatur à sacra scriptura, nec probatur, sed inter illa recensetur, quæ in Salomone fuerunt reprehensione digna: tanta enim equorum multitudo ad inanem ostentationem & pompam, non ad bella gerenda conducebant. Et quod magis vrget illud est, quod sponsus comparat sponsam equitatu curruum Aegyptiorum, cum tamen equi Salomonis, vt constat ex locis citatis, non solum ex Aegypto, sed ex Asia, & Ethæorū regione, atque etiam ex Coa fuerint adducti. Quod per Pharaonem, etiam Aegyptij intelligantur, non est ita certum vt non possit calumniam pati. Sensum igitur germanum, & quem antiquissimi interpretes Apostolorum seculo propinqui reddidere, vt nos etiam tradamus, obseruandum est, quod sponsam acriori reprehensione non nihil pupugerat, ita vt illa præ verecundia rubore suffusa fuerit. Sponsus ergo modestia sponsæ delectatus, roseoq; illorubore & ingenuo captus & incensus, illam solari & mulcere nititur, dicens, Ego te, dulcissima sponsa, ardentem diligo, tuamq; imaginem animo meo insculptam gero, quam præ amore multis alijs rebus delineavi, cōfiguravi, & assimilaui mihi: vt Gen. 1. cum dicebat, Faciamus illi adiutoriū simile sibi: tunc Ecclesiam mihi charissimam, naturæq; similitudine coniunctissimam, & participatione diuinæ naturæ simillimam representabam, exprimebamq;. Sed in celeberrimo illo miraculo & maximo beneficio, quod Exo. 14. contuli Hebræorum populo cum aper

Genes. 1.

Exo. 14

to mari rubro, & aquis ex vtraq; parte in modū altif
 simi muri stantibus, vt populus sicco vestigio in al
 teram maris ripam transiret: ūc q; Aegyptij rei no
 uitate attoniti primum immobiles constiterūt: de
 inde ira & furore agitati in medium maris alueum
 ingressi, aquis magna velocitate recurrentibus, o
 mnes submersi sunt, atque ita sub lucē populus Dei
 cecinit, dicens, Cantemus domino, &c. Sensus er
 go est: ego te ipsam depingebam & assimilabam in
 equitatu meo, qui currus Pharaonis & exercitum
 eius dissipauit, atq; submersit in mari rubro. Equi
 tatus vero sponsi dicitur, aut exercitus angelorum,
 qui pro fidei populo pugnabant: plerunque enim
 in sacra scriptura, angelorum militia atque phalan
 ges, per currus & equitatus significatur, vt psal. 67.
 Currus Dei decē millibus, &c. et Apoc. 19. cunei
 angelorum sub similitudine equestris militiæ signi
 ficantur: & Ioelis. 2. Angeli pro hominibus pugna
 tes, castra Dei nuncupantur: & D. Dionys. Eccle
 siasticam hierarchiam docet instructam & ordina
 tam esse ad exemplar cœlestis hierarchiæ. Cōsul
 to vero Ecclesiam Christianam ad quam pertinent
 regenerati vnda baptismatis, cōparat populo Dei,
 & equitatu sponsi, præsertim quando transiit ma
 re rubrum sicco vestigio, quoniam in baptismo o
 mnia ante acta peccata diuinā virtute submergun
 tur obruuntur, quemadmodum omnes hostes po
 puli Dei in mari rubro submersi sunt. Constat vero
 nostrę Ecclesię similitudo cū equitatu Dei, siue

acci-

accipiatur pro sanctis angelis, siue pro exercitu
 Hebræorum in multis. Nam primum sicut Hebręo
 rum populus instans periculum euasit non proprio
 Marte & virtute, sed diuino auxilio: ita etiam libe
 ramur à peccato in baptismo, non propria virtute,
 sed Dei gratia. Deinde quemadmodum populus
 ille Dei in aduersa ripa constitutus, est cōsequutus
 libertatem: ita Christiani per baptismum veram &
 perfectam obtinēt libertatē, de qua Paul. ad Rom. 8. ait, Omnis creatura, omnis homo ingemiscit, li
 bertatem filiorum Dei expectans: & ad Galat. 4.
 Quam libertate Christus nos liberauit: & Iacobi. 1. appellatur lex Euangelica lex perfectę libertatis,
 quoniam vt testatur Paul. ad Rom. 7. nōn accepi
 mus spiritum seruitutis, sed spiritum filiorum Dei
 in quo, &c. Est verò multo præstantior libertas hæc
 Euangelicę Ecclesię libertate illa populi Iudaici:
 quoniam illi vt mancipia fugitiua cū tremore & pa
 uore euadere tyrannidē Pharaonis curabāt: Chri
 stiani vero inter ipsa mortis pericula, & acerbissi
 mos cruciatus lætantur: Acto. 5. Ibant Apostoli gau
 dentes à conspectu concilij: & illos eduxit Deus ex
 Aegypto, vt testatur Esa. 63. Eduxisti, inquit, illos
 per abyssum, sicut qui deducit equū per desertum
 non impingentem: at ecclesiam per vitę presentis
 abyssum, & mare vastissimum multo maiori custo
 dia deducit spōsus, vt habetur Cant. 8. Quę est ista
 quę ascendit de deserto delicias affluens, innixa su
 per dilectum suum. *Pulchrę sunt genę tuę sicut tur*

Rom. 8.

Iacobi. 1.

Rom. 7.

Acto. 5.

Esa. 63.

turis,

psal. 67

Ioelis. 2

Dionysius

turtis, collum tuum sicut monilia. Septuaginta legūt: quā pulchræ genæ tuæ vt turturis, & collum tuum sicut monilia. Quidā ex Hebræo transferunt: Pulchræ genæ tuæ, murenulis, & collum tuum monilibus: alij etiam ex Hebræo legunt, Pulchræ genæ tuæ in ordinibus, & collum tuum in monilibus. Hi, qui ex Hebræo transferunt constanter asserunt, dictionem Hebræam, pro qua vulgatus transtulit, turturis, non significare auem, sed fœminei capitis ornamentum. Probantq; hoc, quoniam eadem est dictio, pro qua transtulit etiam vulgatus, murenulas: est vero ornamentum illud in extremitate amictus capitis fœminei, vel ex catenis aureis tenuissimis, vel forte ex exiguis gemmis vno filo confertis, vel ex sigillis representantibus turtures scite factis, vel forte est genus ornamentum vsitatum apud Palæstinos & Arabes. Verū quanquā fateor dictionē Hebræam hoc loco positam, vt testantur ipsi quoque Rabbini, vtrāque habere significationem & volucris & ornamentum: nam. c. 2. vbi dicitur, Audita est vox turturis, &c. eadem est Hebraica dictio: & D. Hierony. atque septuaginta Hebraicæ linguæ peritissimi, turturem pro auicula acceperunt, & omnes antiqui interpretes hunc sensum ex presenti loco hauserunt. De turture ergo multa tradidere nō philosophi modo, sed etiā Christiani, Origen. Athan. Greg. Nise. Basi. hom. 8. in Exameron, Amb. lib. 4. super Exameron, Hieron. lib. 1. contra Iouinianū, D. Chry. tom. 5. hom. 101. de turture, D. Bern. serm.

Origen.
Athan.
Basilius
Ambrosius
Hierony.
Chryso.
Bernardus

41. super Cant. omnes vno ore huius auiculæ commendant continentiam, pudicitiam, fidem erga coniugem, quo amisso nunquam alteri iungitur: sed solitudinem amat, vitat virentes ramos, & arenibus solum infidet, pro voce gemitum edit, & non limpidos quærit fontes, sed turbidos potius: in summa viduitatis, solitudinis, atque metoris maxima præbet indicia. Nunc ergo sponsus cū intueretur sponsam suam rubore suffusam & verecundam, cōmendat genarum ipsius pulchritudinem, quas comparat turturi: nam turturis genæ totumq; collum licet non sit picturatum, & variegatum: est tamē venustum, gratū, & quod ipsius turturis pudicitiam & fidem erga coniugem representat. Cū ergo comparat sponsus genas sponsæ suæ turturi: explicat in illius genis elucere verecundiam virginēam, pudiciā, & fidem erga sponsum. Et quidem D. Bern. per genas sponsæ intelligit mentem & voluntatē, cognitionem, & affectum: vt enim genæ, vt pulchræ sint debent esse candidæ, & roseo colore consperse: ita oportet mentem nostram atque affectum & candore simplicitatis nitere, & charitatis rubore intingi. Oportet autem genarum colorem conformem esse, ita necessum est, vt quæ recte quis intelligit, etiā ardenter amet: & quæ docet, opere exequatur, ita vt moribus cōsonet oratio. Quod vero turtur pro cantu ingemiscit, exprimit Christiani hominis vitam potius lacrymis, suspirijs, & gemitibus, quàm lætis cantilenis esse transigendam, præsertim cū

Turturis
fides erga
conjugem

Bernardus

Math. 3

Deum offendimus. Vnde Christus cū Math. 3. à Ioanne baptismum suscepisset, mox ductus est à Spiritu sancto in desertum, vt ieiunio quadraginta dierum, lacrymis & precibus operam daret. Cōsul tissime ergo sponsus, postquam commendauit spōsam propter baptismum, cuius figuram trāsitus maris rubri gerebat, statim laudat sponsam propterea quod turturem imitetur in pudicitia, verecundia, fide, solitudine, & pœnitētia. *Collum tuum sicut monilia.* Collum, quæ pars corporis humani sit notū est: collo autē injiciūtur vincula, iuxta illud Esa. 58. Solue vincula colli tui captiua filia Sion: vnde per collum optime intelligitur promptitudo obedientiæ: Esa. 42. Ceruix tua neruus ferreus, & frons tua creta: tūc ergo collum interni hominis pulchrū est, & sponsi oculis gratum, cū promptam Deo exhibet obedientiam, quanquā D. Greg. in hunc locum, per collum, quod caput iungit corpori, intelligit Euangelij ministros, doctores, & concionatores, quorum munus est iungere & conciliare homines Deo, qui caput est: vel sicut per collum cibus & potus in stomachum traiciuntur: ita per doctores traicitur cibus spiritualis, & potus in totum Christianum populum, & corpus mysticum Christi: Vel etiam collum quasi fistula quæ dā est vocis & orationis, per quā interni animi cogitationes explicantur: sic etiam doctores & concionatores fistulæ sunt spirituales Christi cogitationes & sensus nobis exprimentes. *Murenulas aureas faciemus tibi,*

Esa. 58.

L. 42.

Gregori⁹

vermi-

vermiculatas argento. Et si pulchritudo sponsæ natiua tanta sit in oculis sponsi, vt extraneo cultu non indigeat: sponsus tamen vt & genas sponsæ & illius collum magis condecoraret, pollicetur modo sese illi fabricaturum aureas murenulas, argento vermiculatas. Quod vero ait: faciemus, aut referendū est ad tres personas Sanctissimæ Trinitatis, aut ad socios & amicos sponsi, qui ministri sunt & cooperarij virtutum, quibus spōsa exornatur. Murenula autem ornamentum est muliebre, quod fit ex auro: quanquā de hoc ornamento varie sentiunt patres. D. Greg. opinatur murenulas in aures esse, quoniā sicut murena piscis captus in orbem vertitur, ita etiam orbis quidam aurei sunt, in quibus pendent gemmæ. Sed alij doctissimi patres putant murenulam capitis foeminei esse ornamentum, quod si capitis ornamentum est, plectitur illud ex aureis filis interfertis argenteis, vt decorem & gratiam addant ipsi ornamento. Sed D. Hierony. & maior etiā pars Hebræorum, epistola ad Marcellā, ait, esse colli ornamentum dependens vsque ad pectus, quo olim foeminæ Romanæ & Palæstine etiam utebantur. Fabricaturq; hoc ornamentum ex auro ductili ad modum piscis murenulæ seu murenæ: & vt murenulæ gratiores sint & elegantiores, artifices eas punctulare solent argento interfecto, vt interflabescens aurum candor argenti magis splendeat: & hoc dicitur vermiculatum opus. Cū ergo ait sponsus, Murenulas aureas, &c. promittit sese daturū spōsæ collo

Gregori⁹Hierony⁹

Vermiculatū opus.

pulcherrima ornamēta. Cū enim intueretur spō-
 sam ad obediendum promptissimam, nunc inquit
 se illi conditurum leges, p̄cepta, & consilia, quæ
 per murenulas aureas significantur: & vt hæc p̄ce-
 pta libentius amplectatur spōsa, pollicetur sese per
 ministros suos daturum operam, vt illa sint argēto
 vermiculata, nimirum vt doctores & p̄ceptores
 lectōnis varietate, & eruditione, perspicuitate ser-
 monis, eloquentiæ argentea facundia leges ipsas,
 p̄cepta, atque cōsilia, quasi vermiculatum opus,
 exornēt atque perpoliant. Vel sensus est, quod mu-
 renulæ dicuntur argento vermiculatæ, quoniã quæ-
 cunque veteres philosophi de mundi opificio, de
 colorum pulchritudine, de moribus instituendis,
 de repub. administranda, ac de propria familia gu-
 bernanda tradiderunt, hæc multo excellentiori ra-
 tione in sacris Biblijs continentur: sunt tamen illa
 quando exponuntur & collo fidelium appendun-
 tur, argenteis filis, hoc est, philosophorum do-
 ctina, vt magis eluceant, quasi quibusdam argen-
 teis filis punctulanda. Vel quod ego magis credo
 argenteæ istæ distinctiones rationes sunt ex naturæ
 lumine ductæ, quibus Euangelica p̄cepta, atque
 consilia fidei q̄; mysteria confirmantur, vt Matth. 6.
 cū Christus diceret, Thesaurizate vobis thesauros
 in cœlis, murenula aurea est è nostro collo depen-
 dens & cordi imprimenda: cū vero adiecit: vbi
 neque erugo, neque tinea demolitur, neque fures
 effodiunt, nec furantur: vermiculauit illas argento:
 rursus

rursus cū Christus Matth. 5. dixit: Diligite inimi-
 cos vestros, &c. postea q̄; subiungit, Si diligitis eos
 qui vos diligunt, quid amplius facitis? nonne ethni-
 ci hoc faciunt? illud fuit vermiculare murenulã au-
 ream argento: & Paul. ad Rom. 13. cū dixit: Omnis
 anima potestatibus sublimioribus subdita sit, mu-
 renula est aurea, cū vero adiecit: vis nō timere po-
 testatem, bonum fac, & habebis laudem ex eo, hoc
 est, eam vermiculare argento. Vltimo vermicula-
 tum dicitur ornamentū hoc argento, quoniã oportet
 concionatores & doctores in expositione sacræ
 scripturæ, & diuinorum p̄ceptorum, atque consi-
 liorum habere rationem personarū, vt non omnia
 omnibus p̄beantur, sed prouectiorib⁹ altiora, mi-
 noribus minora tradantur, de quo legite D. Greg.
 3. parte sui Pastoralis, ibi enim multa & pulchre di-
 cta ab eo traduntur. *Dum esset Rex in accubitu suo,*
nardus mea dedit odorem suum. Inter cetera, quæ li-
 brum hunc obscurum reddunt, illud est, quod fit sæ-
 pe subita loquentium personarum mutatio. Et nūc
 quidem cū sponsus polliceretur sponsæ daturum se
 illi aureas murenulas argento vermiculatas, subtra-
 xit suam p̄sentiam, & sponsa cōuersa ad chorū iu-
 uencularū, dixit illis: cū esset Rex in accubitu suo,
 &c. ac si diceret: fateor me multis, magnisq̄; bene-
 ficijs ab sponso cumulatam, & optimis, ac pulcher-
 rimis ornamentis condecoratam: sed ego meo of-
 ficio hæctenus persuncta sum. Nam cū ille mensæ
 recumberet, dedi operam, vt nardi vnguento illum

Matth. 5

Rom. 13.

Gregori⁹

Matth. 6.

reficerem. Quòd si accubitus (vt Raulinus opina-
tur) pro cõplexu accipitur, idem est, ac si dicat: cū
mecum in lecto cubaret sponsus, curauit, vt nardo
thalamus ipse fragraret. Verū vt intelligantur hæc
melius notādum est, quod nardus, authore Plinio
lib. 12. c. 12. arbuscula est crassa radice, sed exigua
fragili, nigra, & amara, sed odorifera paruis folijs,
sed densis, & in cacumine spicas profert, ex quibus
potissimum cõficitur fragrantissimū vnguentum,
quod spicatū dicitur, distinguiturq; ab alio, quod
foliatum vocatur. Huius vnguenti fit mētio Ioā. 12.
& Matt. 26. Quod vero nos legimus, In accubitu
suo, quidam legunt, In circuitu suo: alij vero, In cõ-
plexu suo: quoniam triclinia, quibus innixi in sini-
strum latus accumbebant Iudæi, rotunda erant, vt
illi sic inclinati atq; dispositi, melius sese intueri &
colloqui possent. Sensus igitur huius loci primus,
Pro maximis beneficijs, atque ornāmētis, quibus
me sponsus meus exornauit, ego vt illi vtcūq; gra-
tiam referrem, effeci, vt vitæ probitate, & bonorū
morum exemplo, atque odore illum reficerē, præ-
sertim humilitate, quæ propriam fragilitatem, & in-
firmitatem cognoscit, & vitæ austeritate, lacrymis,
& suspirijs, quarum rerum nardus ipsa est symbolū:
nardus enim & tumores pellit, & frigidus humores
curat. Cognitio vero sui, vt iam diximus, atq; con-
temptus aduersus superbiam tumentem, & pecca-
torum frigiditatem potentissimum est remedium.
Quod vero inquit, Cū esset Rex in accubitu suo, si
gnificat,

gnificat, quòd tunc homines resipiscunt, in Deum
cõuertuntur, & per vitæ temperantiam, ieiunium,
preces, & eleemosynam, quæ sunt purgatorie virtu-
tes bonum odorem spirant, quando Deus spõsus
illis propinquus accūbit, & asidet. Sed Rabbi Sa-
lomon exponens hunc locum putat verba hæc per
ironiam esse intelligenda, hoc est, quòd quando in
monte Syna sponsus Deus excipiens ad mensam
epularum suarum Mosem, agebat de nuptijs spõse,
& de nuptialibus ornamentis: tunc ego in gratisie
ma foeminarum dedi non odorem, sed foetorem
(Como si dixera, Donoso olor di de mi.) Verū me-
rito alij Rabbini hanc expositionem rejciunt, quo-
niam læta sunt, quæ hoc loco recenset Ecclesia, non
tristia. Et quidem si legimus cum Raulino, In cõple-
xu suo, sensus est, quòd cū in vtero Virgineo Dei-
paræ Mariæ sponsus humanam naturam cõplectere-
tur, nardus, id est, humilitas pfundissima Virginis
suauissimum spirauit odorem, quo delibutus spon-
sus mirum in modū est recreatus. Quòd si, nardus
mea, dicatur propter nostram naturam humanam,
quæ Deus induit, illa etiam gratissimum odorē ef-
fudit: nam & angeli naturam ipsam humanā Verbo
cõiunctam admirantur, & reuerentur, & illius humi-
litate suspiciunt, & colunt, de qua ipse inquit: Matt.
11. Discite à me, quia mitis sum & humilis cordis.
Quòd si ad æternitatem ipsam, vel ad secula, quæ
incarnationē antecesserunt, hæc verba referantur,
per nardum intelligimus genus hominū iustorū hu-
milium,

Rabbi Sa-
lomonis in
epta expo-
silio

Plinius

Ioan. 12
Matt. 26

Nardus

IN CANTICVM CANTICORVM

miliū, & precibus, ac lacrymis petentiū Christi aduentum. Harum lacrymarum & supplicū orationū fragrantia peruenit vsq; ad filium Dei in patris sinu accubentem, & eidem epulis cū illo & Spiritu sancto perfruentem: eumq; inclinavit, vt naturam humanā susciperet canente Dauid psa. II. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, &c. Quòd si, per accubitū, intelligitur crux, in qua Christus accubuit, & affixus est, vel sepulchrū, in quo eius corpus triduo quieuit, ibi nardus, id est, humana natura in Christo gratissimum effudit odorem, quo patrem nobis reconciliauit, & per quem generis humani peccata sunt dimissa. In sepulchro etiā odorē vsque ad limbum & inferna propagauit, quando spoliavit limbū, & patres in clarissimā sempiternę beatitudinis lucem eduxit. Verū quoniam & Regē sponsam suam vocat, videtur mihi vltimū sensum esse verissimū. Christus enim licet Rex esset, in vita tamen præsentis agens, non est perfunctus regia potestate: vbi vero post acerbissima crucis supplicia, sepulturam & resurrectionem, magno cū triumpho cœlos ascendit, a sidetq; dexteræ Patris, iam augusta regiaq; potestate fungitur constitutus Rex hominum & angelorum: ibi vero non solum ratione diuinæ, sed etiam humanæ naturæ beatissimę illi æternę beatitudinis mensæ accubit: indeq; spiritū sanctū misit, quo afflatus est cœtus discipulorū quē verissime nardū dixeris. Nam si originē, atque radicē Apostolorū cōsideres, homines erāt obscuri,

COMMENTARII. CAP. I. 77

ri, ignobiles, fragiles, infirmi, sed diuina virtute cōfirmati, spicas odoriferas sanctarum virtutū protulerunt. Hi vero missi in totum terrarū orbē fragrantissimum odorem Euangelicę doctrine per omnes mundi oras & regiones sparserūt. *Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* In gens est circa hunc locum editionum varietas. Septuaginta vertūt, Fasciculus factis dilectus meus, vel fratruelis, vel cōsobrinus, vel nepos meus mihi: alij vertunt, Ligatura myrrhę dilectus meus mihi: alij dicūt legēdū esse, Pāniculus inuoluēs myrrhā dilectus meus mihi: quidam pro dilectus, dicunt: amor meus mihi, reprehenduntq; eos, qui putant sponsam hoc loco alludere ad consuetudinem foeminarum, quæ ex odoriferis herbis & floribus manipulos cōcinnant, vt eos naribus admoueāt, quos postea in sinu et inter vbera recōdant: nam myrrha stilla est & gutta, quę in fasciculum redigi nullo modo potest. Verum non est cur à vulgata lectione discedamus, & antiquorum interpretum expositionē reiiciamus. Nam myrrha arbor est in Arabia proueniens, assurgens in quinque cubitorum altitudinem caudice incuruo & spinoso, cuius frondes & potissimū pullulantes in summitate ramusculi sunt odoriferi. Ex hac arbuscula incisa stillat myrrha licet illa, quæ sponte & sine incisione fluit, multo sit præstantior & odorifera magis. Nunc ergo sponsa ait, Ego te spōse charissime tam ardēter diligo, vt nulli foeminarum tam gratū sit flores legere aut

IN CANTICVM CANTICORVM

rosas, ex eisdemq;serta & manipulos concinnare,
quos plerūq; in sinu recondunt, & inter vbera ser-
uant, vt si corruerit in amplexus, sponsus, odore re-
ficiatur. Ait ergo: habeant sibi illæ suos flores & ro-
sas, fasciculosq; ex myrrhæ arboris ramusculis cō-
fectos, quos inter vbera reponāt: tu vero mihi pro
rosis, pro odoriferis herbis, pro myrrhæ ramuscu-
lis vnus es, quē ego inter vbera mea, id est, in præ-
cordijs meis perpetuo conseruabo. Cæterum non
vacat mysterio, quod myrrhæ fasciculi meminit: nā
cū myrrha amarissima sit, per myrrhæ fasciculū
intelliguntur Christi labores, cruciatus, angustiq;
amarissimæ, quæ tot ac tantæ fuere, vt nō deberēt
fasciculus, sed maximum quoddam & grauissimum
pondus appellari, sub quo ipse spōsus corruisse sub
cruce dicitur. Verū fasciculus dicitur, quoniā spō-
so ipsi præ amore grauissimi quoq; labores leuissi-
mi videbātur: nam licet passio Christi appelletur
mare laborum, atque cruciatuum, psal. 68. Veni in
altitudinem maris, &c. & psal. 109. De torrente in
via bibit: Christus ipse appellat ipsum cruciatum
baptismum, & calicem. Sponsa ergo Christi passio-
nem significans, myrrhæ fasciculum passionē ap-
pellat: omnes ergo illos cruciatus fasciculum, aut
manipulum appellat sponsus, quem tamen illa in
corde suo recondet perpetuo, vt neq; aduersis frā-
gatur, nec prosperis subleuetur & infletur. Dicitur
etiam, fasciculus myrrhæ, memoria peccatorū, quæ
recogitatio quoniam cū dolore cōiuncta est, signi-
ficat

psal. 63.
psal. 109.

COMMENTARII. CAP. I. 78

ficatur in amaritudine myrrhæ. Spōsa ergo ait, Cū
memoria repeto antea cta peccata, recordorq; illa
mihi omnia tua benignitate fuisse dimissa: tunc a-
mor erga te incenditur maxime, nam cui maiora &
plura peccata remittuntur teste Christo Luca. 7. Luce. 7
magis diligit. Apte vero hæc recordatio fasciculo
myrrhæ cōparatur, non solum propter salutaris pe-
nitentiæ amaritudinem, sed etiam quoniam confi-
deratio hæc animos incorruptos & castos reddit,
tollit saniem bullientis libidinis, extinguit vermes
putrescentium voluptatum, & in summa à vitijs &
peccatis hominem præseruat. Quod vero myrrhæ
gutta sponte stillans & fluens efficacior est, deno-
tat eas lacrymas, atque tristitiam efficacissimas ef-
se ad peccata delenda, quæ sponte suscipiūtur pro-
pter Dei amorem: quāquā etiam utilis sit dolor ex
timore inferni, & formidine infamiæ cōceptus. Et
quod in sinu reponit spōsa hunc fasciculum, primū,
indicat sponsi memoriam diligenter seruandam, &
perpetuo retinendā: nam sinus pudicæ foeminae in
accessus est præterquā proprio sponso & marito,
omni alij viro: non ergo irrumpent contrariæ cogi-
tationes aut desideria in sinum sponsæ, quæ sponsi
vultum, & imaginem ex pectore & vultu expellāt.
Solent etiam foeminae munuscula, quæ illis gratissi-
ma sunt & charissima in sinu reponere: idem ergo
est dilectum inter vbera recondere, quod illū tan-
quā quidpiam gratissimum & charissimū in corde
semper & in memoria habere. Vbera autem cordi

IN CANTICVM GANTICORVM

& visceribus propendent: quare inter vbera retinere memoriã sponſi, idem est ac ſi dicat, Ego te in viſceribus meis ac præcordijs tuamq; legem ſemper retinebo iuxta illud pſa. 39. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerẽ volũtatem tuam, &c. Fœlix vertit, & legem tuam in viſceribus & præcordijs meis. Paraphraſtes vero Chaldeus, Legem tuam in pentalibus cordis mei. Ultimo etiam, fasciculus myrrhæ dici poteſt ſacroſanctum altaris Sacramentum, quoniam teſte Pau. I. Corint. II. monumentum eſt paſſionis Chriſti. Hoc igitur ſanctum Sacramentum ſuſceptum & repositum in ſtomacho gerit ſimilitudinem fasciculi myrrhæ, qui inter vbera cõmorabitur. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Sponſa vt exprimat vim ardentis amoris, varijs vtitur ſimilitudinibus: nunc dilectũ fasciculo myrrhæ comparat: nunc botro Cypri. Et quidẽ de mēte & ſenſu ſponſæ omnes cõueniunt, quod poſtquã comparauerat dilectum myrrhæ ob amaritudinẽ, nunc botro ob ſuauiſſimam & incomparabilem delicias ex ſponſo prouenientes. Sed de botro Cypri quid ſit, magna eſt inter interpretes diſſenſio. Quidam dicunt Cyprum eſſe quoddam genus palmæ progignentis daũtilos, cuius racemi botro vitis ſimiles ſunt. Alij putant eſſe arborem quandã habentem vehementem odorem, quæ vulgo dicitur (Arbol del parayſo.) Alij herbę genus, qui dicitur iuncus odoratiſſimus (lũcia olorofa, o junquillo) Hebraicẽ Copher, Latine Camphora, ſpecies quedã

ſal. 39.

1. Cor. 11

Botrus Cypri quidſi camph.

aroma-

COMMENTARII. CAP. I.

79

aromatica fragrantiffimi odoris. Mihi videtur amplectenda eſſe ſententia Orig. Athan. Greg. Niſſe. D. Greg. Papę, Bedę, Bernar. ac D. Thom. vt com-
paret ſponſa ſponſum ſuum botro, id eſt, pinguiſſimo racemo vuarum, quales reperiri ſolẽt in vineis inſulę Cypri, quę eſt vuarum & vini precioliſſimi feraciſſima. Quod ſi opponas, non coherere hoc cũ ſequentibus verbis, In vineis Engaddi: quoniã Cyprus inſula lōgo marium & terrarum tractu diſtat à regione Engaddi, quæ eſt prope mare mortuum, & forte obtigit tribui ludæ, vt conſtat Joſue 15. Sed facile reſpõdetur repetendum eſſe, dilectũ ſimilem eſſe botro Cypri, & ſimilem quoque eſſe botro vinearum Engaddi: vineæ nãque Engadditane etiam ob vuarum feracitatẽ celebres ſunt: creſcit enim amplificatione, & repetitione oratio ſpõſę & exaggeratio. Verũ adhuc vrget in hoc eodẽ lib. c. 4. Cyprũ nõ pro loco, neq; pro inſula, ſed pro arbore uſurpari. Referẽs nãque ſpecies aromaticas arborum, ait, Cypri cũ nardo, &c. Verum hanc vocem, Cyprus, ancipitem eſſe, & equiuocã conſtat ex Plinio, qui Cyprũ accipit pro inſula, & pro arbore, & pro herba, atque etiam pro fructice. Et præterquã quod ſenſus hic antiquis patribus placuit, præfigurabatur botrus hic pulcherrimus, nempe Chriſtus Num. 13. in racemo illo, quẽ cũ vite præciderunt illi, qui miſſi fuerant vt luſtrarent terram illam promiſſionis, quem duo homines appẽſum in veſte detulerunt, qui vt docet D. Ambr. ſerm. 3. ſu-

Origenes
Athanaſ.
Beda.
Bernardus
Gregorius
Niſſenus.
Greg. Pa-
pa.
D. Thom.

Cyprus a
pud Plin.
arbor eſt.

Botrus pro
racemo.

Num. 13.

Ambrosius.

IN CANTICVM CANTICORVM

per psal. 118. significabat Christum cruci affixū. Et
 iane, authore Isidoro, duo illi homines portantes
 botrum, duos populos significant antiquum, scili-
 cet, Iudaicum, & posteriorem Christianum: & prior
 ille qui præcessit auersos habet à botro oculos &
 vultum, atque ita in sua perstat cæcitate & ignoran-
 tia: posterior vero botrum intuetur tanquā propi-
 tiatorem & saluatorem generis humani. Consulto
 vero dixit sponsa: Botrus Cypri, quoniam vt refert
 Eustratius octaua Rapsodia in Homeri Odiseam,
 Cyprus à gignendo dicitur, indeq; Venus illa dea
 Cypria dicebatur, quasi prolifica. Sponsa ergo quæ
 sanctissimam prolem sibi pollicebatur ex sponso
 euenturam, inquit, Dilectus meus mihi est botrus
 Cypri efficacissimus ad prolem diuinam suscipiē-
 dam ex ipso. Orig. tamen hom. 2. in Canti. quæ se-
 quitur Theodor. in hūc locum, & Pselus, & Nilus
 dicunt, quod ibi botrus Cypri nō pro racemo vuæ
 iam maturæ, sed vuæ florentis quæ nondum in
 grana explicata est, sumitur, quoniam diuersi sunt
 amoris diuini status & gradus. Primus est vuæ flo-
 rescentis, deinde in grana iam sese explicatis, sed
 nondum maturæ, tercio iam racemi maturi & sua-
 uissimum intra se liquorem continentis, ac tandem
 quando iam in liquorem conuersus botrus, magna
 cū voluptate percipitur. Et sponsa cū comparauit
 sponsum fasciculo myrrhæ passionis amaritudinē
 significabat: cum vero comparat eundē botro Cy-
 pri & botro vinearum Engaddi, significat gaudiū
 &

Cypri qd
 p prolifica
 dicitur.

COMMENTARII. CAP. I. 80

exultationem resurrectionis Christi, quod D. Pe-
 trus. 1. Cano. 1. testatur dicens, Pre-nuntiantes Chri-
 sti priores passiones, quod est fasciculus myrrhæ,
 & posteriores glorias, illud est botrus Cypri, Pro-
 uerb. 14. Cor quod nouit amaritudinem animæ (en-
 fasciculum myrrhæ) in gaudio eius non miscbitur
 extraneus (en botrus Cypri.) Sed quod ultimo lo-
 co ait sponsa: In vineis Engaddi, quidam etiā ex an-
 tiquis intelligi volunt de vineis, siue arbusculis fe-
 rentibus balsamum. Nam Salomon teste Iosepho
 Iudaicarum antiquitatum lib. 4. c. 27. in Engaddita
 na regione plantauit vites siue arbusculas, quæ bal-
 samum ferebant. Fauetq; huic sententiæ D. Amb.
 in psal. 116. serm. 3. dicens, quod ligna, quæ erant in
 Engaddi, stillabant balsamum incisa & compun-
 cta: ita Christus confixus clauis & transfossus lan-
 cea, suauissimum & salutiferum balsamum effudit,
 quo vulnera nostra curentur, & cicatrices obducā-
 tur & aboleantur. Aiuntq; recentiores quidam ex
 illa Engadditana regione vites seu fructices trās-
 latis fuisse in hortum prope Cayrum qui Maratheus
 dicitur: mense vero Decembri inciduntur hæc vir-
 gulta, alliganturq; vasa vitrea subtus incisionem,
 in quibus balsamum ipsum distillans excipitur. Ve-
 rum quoniam neque hæc vitēs seu arbusculæ botros
 proferunt (comparat vero spōsa spōsum ipsum bo-
 tro Cypri, & botro Engaddi) meli⁹ botro vinaceo
 fuit comparatus. Meminit vero vinearum Engad-
 di, quoniam vinea illa erāt pinguisima in Engad-
 ditana

Iosephus.
 lib. 4. ca.
 27
 Ambrosius

Hieronymus
 ad
 theom.

IN CANTICVM CANTICORVM

ditana regione, quæ erat finitima mari mortuo, & forte obtigerat tribui ludæ. Placetque mihi in hac parte Paraphrastis Chaldaici expositio, qui exponens illud Exo. 34. vbi iam lata erat lex, erectæ aræ, sacrificia præfinita: & inter cætera præcipiebat Deus, vt vinum sacrificijs infunderetur. Querit vero Paraphrastes, vnde vinum in tanta solitudine posset ad duci, & respondet, quod ex vineis Engaddi botri afferebantur, ex quibus exprimebatur vinum quod funderetur in sacrificio: adducebatur verò magno cum labore & singulari vitæ discrimine. Sponsa igitur in botro Cypri explicat sponsi pulchritudinem & suauitatem: In botro vero Engaddi significat sponsi raritatem, pretium, & amoris erga ipsum magnitudinem, quæ tanta est, vt propter illum nullum recuset laborem, nullum fugiat etiam mortis periculum ac discrimen. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.* Mutua hæc laudum concertatio inter sponsum & sponsam index est vehementis charitatis, quæ non nisi paucissimis à Deo conceditur, vt sanctissimæ Virgini Deiparæ, Magdalenæ, quæ Lucæ. 10. depingitur sedens ad pedes Iesu, & attentissime audiens Christi verba: & Paulo raptò vsque ad tertium cælum, ac Mosi, de quo Exo. 32. dicitur, quod loquebatur cum Deo, vt amicus cum amico suo. Auspicatur autem has laudes sponsus ipse, quoniam ille pulchritudinis sponsæ opifex est & author: & quemadmodum in rerum creaturarum origine Deus ipse conditor opera sua probabat,

Botri Engaddi

Lucæ. 10.

Exo. 32.

IN COMMENTARII. CAP. I. 8r
 probabat, & laudabat: ita etiam sponsus munera sua commendat & prædicat in sponsa. Suum enim (vt ait prouerbiū) cuique pulchrum, præsertim Deo, qui cum pulchritudinis fons sit, in iudicando nec fallere potest, nec falli. Excitat vero attentionem sponsæ per illam partem illam, ecce, vt illa agnoscat suam pulchritudinem & dignitatem, atque ita nihil tanta pulchritudine indignum committat. Socrates enim iuuenes mittebat ad speculum, vt si pulchri essent, darent operam, vt animi pulchritudo corporeæ pulchritudini responderet. Modo vult sponsus, vt conscia sponsæ suæ dignitatis & decoris nihil efficiat, quod sponsæ si oculos offendat. Loqui vero cæsetur sponsus, quæ do interno lumine mentem sponsæ illustrat, vt cognoscat in se diuina beneficia, iuxta illud Pau. 2. ad Corin. 2. Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui est ex Deo: & hoc titulo sibi place re debet sponsa dicente Pau. 2. Corin. 10. Qui gloriatur, in domino gloriatur, non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Ipse præterea sponsus intuitu atque aspectu suo efficit sponsam pulcherrimam: vnde psal. 62. ait Dauid, Deus misereatur nostri & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos: nam sicut qui seipsum in speculo intuetur, si pulcher sit, pulchram quoque ibi facit apparere imaginem: ita Deus aspectu suo omnia facit pulcherrima & formosa. Illa vero repetitio ac geminatio asseuerationis confirmatio est, pondus enim addit testimonio sponsæ. Quæ

Secretis
speculum.

2. Cor. 2

2. Cor 10

psal. 62

Origenes
Bernardus

quã Orig. & D. Bern. in hac repetitione cēseant late-
tere mysterium. geminę nãque laudi gemina respō-
det pulchritudo: vna vitę præsentis, quę potissimũ
in charitate sita est, quã ad Colos. 3. Paul. appellat
vinculum perfectionis, & Theologi eam appellāt
virtutum omnium formam, id est, pulchritudinem:
altera vero pulchritudo multo præstantior est futu-
rę vitę, quę in visione Dei consistit, per quã autho-
re Ioan. 1. Cano. 3. Deo efficimur similes: Cũ appa-
ruerit, inquit, similes ei erimus, videbimus enim
eum sicuti est. Aut quod ego magis credo subindi-
cat sponsus duplicem in sponsa pulchritudinē, in-
ternam, scilicet, & externam: interna sumitur ex fi-
de, spe, & charitate, sapientia, prudētia, iustitia, &c.
de qua psal. 44. Omnis gloria eius abintus: exter-
na vero sumitur non solum ex motu, gestu, externis
quę actionib⁹, sed ex ordine ministrorũ, ex varieta-
te statuum, concentu diuinarum laudum, cæremoni-
ijs appositissimis in altaris sacrificio, sacramēto-
rum visibilibus apparatu & ministerio. *Oculi tui co-
lubarum.* Oculos in primis cōmendat spōsus, pri-
mo, quoniam inutuo conspectu amātes maxime de-
lectantur, transferunt ad se dulce oculorum lumē,
quo inuicem capiuntur, rapiuntur, & ardent. Præ-
terea, quoniam gratia oculorum plurimum ad pul-
chritudinem valet, quę si adsit, totus homo placet:
si vero desit, quãuis cætera pulchra sint, placere to-
tus homo non potest: imo displicet & offendit. Et
quod oculi in homine, id est, intentio in humanis

1. Io. 1. 3

psal. 44

actioni-

actionibus: de qua Christus Matth. 6. Lucerna cor-
poris tui est oculus tuus: si oculus tuus fuerit sim-
plex, totum corpus tuum lucidũ erit. Sed dicit spō-
sæ oculos columbinos esse, non quidem columba-
rum vulgarium, quales sunt inter Hispanos, & Ita-
los, quę non vsque adeò præstant oculorũ pulchri-
tudine: sed earum, quę erant in regione Palesina,
quę dicuntur esse oculis & splendore & figura pul-
cherrimis. Columba autem primo cōmendatur ab
oculis & aspectu, quoniã modestiam præferunt &
animi summisionē: est enim avis gembũda, sym-
bolam ex animo pœnitentium, quę pœnitētia sine
modestia & humilitate constare non potest: talis
erat ille, qui psal. 130. aiebat, Dñe non est exaltatũ
cor meum, neque elati sunt oculi mei: & 1. Reg. 15.
de Saule dicitur, Nōne cũ esses paruulus in oculis
tuis, caput populi mei te cōstitui? Et Virgo Sãctissi-
ma Luc. 1, hisce oculis erat prædita, cũ dixit: Ecce
ancilla Dñi. De elatis autem oculis Esa. 2. dicitur,
Oculi sublimis hominis humiliati sunt, Aut potius
oculos habere dicitur columbarum propter fidē
& pudicitiam, quia sponsũ tantũ respicit, eumq;
diligit. Sunt multi, qui oculos habent plenos inui-
dia, odio, auaritia, libidine, qui non habent oculos
columbarum, sed vulturum, vulpium, luporum, &
auium rapacissimarum. Habet præterea columba
intuitum non obliquum, sed rectum: quoniam spiri-
tualis viri, qui per columbã significatur, in solum
Deum dirigitur intentum: vnde Prouer. 4. dicitur,

Matth. 6

Palesina
columba.

1. Reg. 15

Luc. 1

Prouer. 4

X 2

Oculi

IN CANTICVM CANTICORVM

Eccle 20 Oculi tui recta videant: vbi, recta, aduerbialiter sumitur: in Græco enim est: id quod è regione est, oculi tui respiciant: & Eccles. 20. datum insipientis non erit vtile, oculi enim eius septēplices sunt: videas quosdam qui non recte, nec in directum respiciunt, sed oculos habent gyrouagos, multiplices, & vafros, non simplices & colūbinos, sed rapaces: quales habet vulpecula, quæ prædam circūspectat: ita hypocrite, & homines mūdo inservientes licet prima facie in sponsum intentionē dirigere videantur, tamen respiciunt in episcopatū, in pingue beneficium, in principū fauorem, quem omni studio aucupari conantur. Postremo columba, quæ supra *Matth. 3.* Christum in baptismo descendit *Matth. 3.* symbolum est Spiritus sancti, atque ita illi, qui in intelligentia scripturarum & interpretatione non sensum carnalem, vt Iudei, sed spirituales querunt, & solū Christum requirunt, in quo vno requiescunt: illi oculos dicuntur habere columbinos. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.* Magna est sponsi & sponsæ animorum conspiratio, & consensio. Laudauerat sponsus sponsæ pulchritudinem: illa vero quasi pudore suffusa, ad proprias quæ laudes erubescens respōdet, Tu me sponse charissime pulchram appellas, cū tamen mea pulchritudo mendicata sit & ex tua pulchritudine, tanquā ex purissimo quodam fonte derivata: tu natura & essentia ipsa pulcherrimus es, ego non nisi gratia & beneficio tuo, & mea omnis pulchritudo in conspectu tuo evanescit non aliter, atq;

COMMENTARII. CAP. I. V. 8.
 atque igniculus lucernæ in clarissimi solis presentia. Vbi notandum est, quod hæc mutua, vt dicebā, laudum concertatio plurimum habet momenti, vt Deus maiora beneficia conferat, & sponsus sponsam reddat pulchriorem: nam vt Salomon ait *Eccles. 2.* Ad locum, vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum resfluant, quod *Apoc. 4.* nobis monstratur in viginti illis quatuor senioribus, qui cū & candidis vestibus essent ornati, & in thronis iuxta Deū, & agnum sederent, aureis quæ coronis essent insigniti, & altera manu phialas gestarent odoramentis pleinas, altera vero citharas, quibus Dei & agni laudes concinerent: tamen propriæ infirmitatis conscij, & omnia munera in Deum referētes, procidebant coram throno Dei & agni: mittebant coram illis coronas suas, & in verba illa prorumpēbant, Dignus est Dñe agnus qui occisus est, &c. Vnde *Exo. 34.* postquā Moses ad arcuissimam, & familiarissimam cū Deo locutionem admissus est, tunc coram illo procumbens, eum dominatorem, omnipotentem, clementissimum, & totius boni autorem esse cognoscit, *Iob vlt.* Oculus meus videt te: ideo poenitentiam ago in fauilla & cinere. Quod vero ait, pulchrum esse dilectum suum & decorū, vt quibusdā placet, sponsus pulcher dicitur in se, cū sit ipsa pulchritudo: decorus vero in rebus conditis, in quibus ei? admirabilis effulget sapiētia, vel pulcher dicitur ratione nature diuine, quia candor est lucis eterne, speculū sine macula, & figura bonitatis Patris eter-
 X 3 na,

Eccles. 2.

Apoc. 4.

Exo 34.

Iob. vlt.

IN CANTICVM CANTICORVM

næ: decorus vero dicitur ratione naturæ humanæ, in qua admirabilis est impressa ab ipsa diuinitate pulchritudo, ita vt vates dicat psal. 44. Speciosus forma præ filijs hominũ, diffusa est gratia in labijs tuis; est ergo pulcher in sinu Patris, decorus in matris gremio, pulchritudo illius elucet in rerũ creatione, decor tamen, gratia, & venustas in rerum instauratione. *Lectulus noster floridus.* Sponsa, quæ spõsi sui pulchritudinem admiratur, suspicit, & reuertur, ardet charitatis igne, atque liquefcit, cupitque amplexus sponsi, oscula, per quæ concipiat spiritũ salutis, canente Esa. c. 26. A facie tua dñe concepimus, & quasi parturiuimus & peperimus spiritum salutis. Et vt optatis amplexibus perfruatur, proponit spõso cõmunem lectum amẽnum esse iocundũ & floridum, non sordidum obscena voluptate, nõ peccatis contaminatum, sed variarum decore virtutum floridum, pulchrum, & odoriferum. Quod si hæc verba antiquæ Ecclesiæ attribuuntur, quæ ardebat maxima cupiditate videndi spõsum in suscepta humana natura: mõstrat quasi digito Christiferam virginem castissimam Mariam, in cuius vtero quasi in thalamo nouem mensibus erat quieturus. De illa ergo ait Synagoga, lectulus noster floridus. Lectulum appellat propter Virginis profundissimam humilitatem, aut potius quoniã præ immensitate sponsi omnis sanctitas etiam virginis exigua est: vnde. 3. Regũ. 8. aiebat Salomon, Quæ cœli cœlorum capere non possunt: floridus tamẽ dicitur, quoniam

COMMENTARII. CAP. I. 84

quoniã erat in Virgine purpurea diuini amoris rosa, candidum virgineę puritatis lilium; viola profunda humilitatis, hyacinthus diuinæ ac altissimę cõtemplationis, solifsequium imitationis virtutũ spõsi. Cõmendat vero sponsæ lectulum hoc nomine, quod cõmunis sit: omnia enim loca illa, in quib⁹ dignatur cõmorari spõsus, maxima veneratione sunt digna, Esa. 60. Domũ habitationis: maiestatis mee glorificabo: & Aggei. 2. Maior erit gloria dom⁹ huius quã prioris, quoniam sponsus præsentia sua replum illud ab Esdra constructum condecorauit: vnde stabulum Bethlehemiticum, præsepium, in quo mater infantẽ reclinauit, summa veneratione prosequuntur Christiani: crucem quoque ipsam adoramus cultu latræ. Lectulus vero merito nũcupatur ipsa Ecclesia Catholica, qua ratione per charitatẽ seipsam exhibet lectulum gratissimum spõso Christo, in xta illud Ioan. 6. Qui diligit me, diligitur a patre meo, &c. & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. In hac Ecclesia spõsus quiescit, hic dulcem capit somnũ, hic inueniuntur purpurei martyrum flores, candida virginum lilia, violę confessorum, & odoriferi variarum virtutũ flores. Sũt tamen, qui per lectulum, intelligant conscientiam omni culpã mortali carentem: nam qui libidini inserviunt, qui v̄tri obediũt, & qui flagitijs sunt cõperti: illi conscientiam habent, quæ stratum sit non molle, sed durum, spinosum, sordidũ, anxietate, & solitudine plenum. *Tigna domorum nostrarum cedrina,*

psal. 44.

Esa. 26.

3. Reg. 8.

Esa. 60

Aggei. 2

Ioan. 16.

libro

drina,

drina, laquearia nostra, cypressina. Tignū, vel tignus, aut tigna, vel tigni idem est, quod trabes trāsuersæ, quæ sustentant tectū, & laquearia; laquearia verò Hispanè dicuntur (Zachizamies). Tigna verò (Las yigas, madres.) Cōmendat etiam sponsa domus ipsius, in qua inhabitaturus est sponsus, amplitudinem, quoniam tigna ipsa, quæ tectum sustentāt, cedrine sunt. Cedrus nanque proceritate & altitudine inter cætera ligna præstat, atque rectitudine: & sicut materies templi Salomonis vt plurimum cedrina erant: ita ait sponsa, domorum suarum tigna cedrina esse. Habet præterea cedrus, quod impubribilis sit & incorrupta, quæ non exeditur teredine aut carie. Est nāq; illi natiuus succus quidā & liquor, qui propter acrimoniam interimit teredines ipsas; oleum quoque ipsius cedri adiectum alijs lignis incorrupta illa cōseruat. Significat ergo sponsa, in edibus sponsi omnia esse incorruptibilia & æterna, extra edes verò ipsius omnia esse fluxa, caduca, & quæ in interitum properant: non autē potest quispiam huius contignationis dignitatem perpēdere, nisi intra domum sponsi consistat: quæ enim videntur authore Paul. temporalia sunt: quæ nō videntur æterna: qui vero extra hanc domum cōmorantur, licet sibi æternitatem polliceantur, subito intereunt: hoc facile experitur coetus ipse impiorum. Quid enim habet modo ille Alexāder cognomento Magnus de imperij amplitudine, deq; nominis celebritate? quid Iulius Cæsar, qui ardebat in-

credibili

credibili cupiditate dominādi? omnia illa euanescunt. Patres tamen per tigna, quæ tectū, & laquearia sustentant, interpretantur præcipuos Ecclesiæ prælatos, quos oportet cedri naturā imitari, charitate eminere, & in altū instar cedri exurgere, rectitudinē tenere in iudicādo, & potissimum in distribuēdis sacerdotijs ceterisq; Ecclesiæ muneribus: oportet etiā integros esse, & moribus incorruptis, ita vt neque irrūpat in eos teredo cupiditatis, nec voluptatum, & vitiorum caries: ex eorū vero oleo, id est, doctrina & vitæ exemplo cæteri ab omni vitio & peccato inuncti præseruentur. Per laquearia autē explicant patres, minores Ecclesiæ ministros, id est, sacerdotes, diaconos, & subdiaconos, & minores: hos vero oportet esse cypressinos. Hæc arbor etiam est magnæ proceritatis & rectitudinis, cuius frondes perpetuo virescunt, habetq; odorē gratissimum, quem etiam temporis longinquitate abscissum nō amittit: tales esse oportet Ecclesiæ ministros virtute excelsos, æquitate rectos, & qui perpetuo diuinæ gratiæ conferuent virorem, eorumque vita & mores ita redoleant, vt nulla temporis antiquitate adhuc in mortuis fragrantia hæc possit extinguī. Hæc de primo capite.

Cypress:

Cypressi
proprietates.

Y

Caput

Caput secundum.



EGO flos campi, & liliū conualliu. Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna syluarū; sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem desiderauerā sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me Rex in cellā vinariam, ordinavit in me charitatē. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filie Hierusalem per capreas, & seruosq; camporum, ne suscitatis, neq; euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit. Vox dilecti mei: ecce iste venit saliens in montibus, transficiens colles, similis est dilectus meus capree, hinnuloq; cervorū: en ipsa stat post parietem nostrū respiciens per fenestras; prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi, surge propera amica mea, colūba mea, formosa mea, & veni. Iam enim hyems transit, imber abiit & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra. Ficus protulit grossos suos, vineę florentes dederūt odore suum. Surge, propera amica mea, speciosa mea, & veni. Columba mea in foraminibus petre, in cauerna macerę, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Capite nobis vulpes paruulas, quę demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclin-

tur

tur vmbra. Reuertere: similis esto dilecte mi capree, hinnuloq; cervorum super montes Bethel.



EGO flos campi, & liliū conuallium. Legūt quidam, Ego flos saturitatis: alij, Ego flos faronitidis. Quidā ex recentioribus, & patrici etiam ex antiquis patribus hęc verba tribuunt sponsę, quę cū in fine superioris cap. dixerit communem lectulū floridū esse, domumq; ex cedro factam, ex laquearibus cypressinis compactam: nūc inquit sese esse florem campi, & esse etiam cādidissimam liliū conuallium: dicuntq; rerum ipsarum naturam exigere, vt verba hęc sponsę tribuantur, quoniam fœminarū est corporis dotes, & pulchritudinis partes iactare. Sed cōmunis sensus antiquorum, & recentiorum est, vt sponsus loquatur: & cū sponsa meminerit lectuli, tignorū, & laquearium, spōsus ipse ait: Si quid spōsa est in lectulo tuo amēnitatis, odoris, & iocunditatis, si quid in domo tua amplum & splendidum, id totum scias à me esse deriuatum, qui sum flos campi, & liliū conuallium. Neque vero est cur vereamur sponsum notā vanitatis incurrere, quod seipsum laudet: quoniā quę maxima & eximia in Deo sunt mortalibus innotescere nō possunt, nisi Deus reuelauerit. Ipse præterea sibi non imponit, quoniam est prima veritas, quę nec fallere potest, nec falli. *Ego flos campi.* Duo in his verbis nobis subindicat sponsus: primo, cū absolute pronunciat sese florem esse, vt cū Exo. 3. di-

spōsus loquitur.

Exo. 3.

xit, Ego sum qui sum, & qui est misit me ad vos: & Ioan. 8. Ego sum lux mundi: Ita hoc loco cū inquit sponsus sese florem esse, indicat se fontem esse omnis pulchritudinis, à quo omnis pulchritudo derivatur. Nam si quid est pulchrū in Ecclesia, si quid venustum, si quid oculis gratum, id totum ab sponso proficiscitur, qui rubet in martyribus, in virginibus cādet, rutilat in doctoribus, pallefcit in poenitentibus, subniger est in lugentibus, viuidus est in confessoribus. Vnde qui legunt, Ego flos satietatis siue saturitatis, significant Christum esse florem pulcherrimum, cuius aspectu omnes cœlicolę efficiuntur beati. Flos & aspectu gratus est, & odoratui suavis, tactui mollis, & lenis, & morbis ac vulneribus saluberrimus. Christus ergo flos est oculis spectantium gratissimus, odoratui suauissimus: ita vt Pau. 2. ad Corin. 2. dicat: Christi bonus odor sum? Deo &c. Quod vero inquit, Campi, significat Christū omnibus mortalibus expositū esse, ita vt si velint diuinis vti beneficijs, omnes citra delectū possint consequi per Christum æternam fœlicitatem. Ideo dixit, campi, non horti, qui septis aut parietibus sit circumclusus, quia Christus omnibus hominibus proponit salutem, Vnde canebat Simeō ille, Viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Dicit etiam potest flos campi, quia natus ex Virgine sanctissima sine viri opera, vt campi flores non seruntur, non coluntur, non fodiuntur, sed sponte nascuntur, & crescunt cœlorum

lorum illapsu. Campi flos nuncupatur sponsus, quoniam illi qui in scripturæ campos spaciuntur, hunc selectissimum florem requirunt, in hoc conquiescunt, non aliter atque apiculæ argumentosæ, quæ per varios flores circūvolitantes cū inuenerint florem nectareo succo plenum, illi infident, & adhibito spiculo poplitibusq; obrepētes succū pertrahunt, ex quo fauos suspendunt: ita sacrę scripturę interpretes in Christo flores quiescentes, mel suauissimum conficiunt, quo Christianum populū pascant & reficiant. Flores campestris non ita custodiuntur, & proteguntur, atq; hortenses, sed sunt temporis inclementiæ, & multis alijs iniurijs expositi: nam cōculcantur sæpius, contrectantur, & attruntur, & vt minimum vellicantur. Cū ergo sponsus testatur se florem esse campi, asserit etiā se multis fuisse obnoxium laboribus, multisq; calamitatibus & miserijs: nascitur in stabulo, iacet in præsepio, brumali frigore cogitur lacrymas fundere, & tandem in deserto, cęli & æris iniurijs patet, cōprehenditur, vincitur, conspuitur, alapis cęditur, flagellatur, & cruci affigitur: vnde per Esa. c. 55. dicit, Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. *Et lilium conuallium.* Lilium Hispanæ (es el azuzena.) Est vero flos hic niueo candore splendidissimus, habetq; radicem in terra reconditam, calamum erectiorem, globolum oblongum ad nucis similitudinem, sex folia cādidissima intra quæ delitescunt tria grana, seu fila aurei & fla

Esa 55

vescentis coloris, quæ magnam lilio ipsi addit pulchritudinem. Et quidem licet in Christo fides non fuerit, quia tamen in nobis incipit radicari per fidem merito in radice lilij representatur fides: in calamo vero spes, per quam animus noster in expectationem futuræ felicitatis erigitur: per candentia folia puritas virginea, quæ diuinam puritatem maxime representat: per tria vero grana, seu fila aurea & fluorescentia, diuina charitas, quæ virtutum omnium, forma est & pulchritudo. Verum Christum ipsum liliū dicimus, quoniam in illo duplex est natura: humana ex castissimis Virginis visceribus suscepta: & diuina, quæ per tria illa aurea fila significatur. Ego, ait sponsus, liliū sum conuallium, sum enim Deus & homo candidus ratione humanæ naturæ, aureus ratione naturæ diuinæ: & sicut in lilio grana illa intus latentia non statim erumpunt, sed patent quando folia magis explicantur: ita Christi amor erga genus humanum, tunc maxime effulsit, cum esset iam Christus morti propinquus: diuinitas quoque & omnipotentia, non tam in puerili ætate & adolescētia Christi emicuit, quam in ætate virili, cum docere cœpit, & miracula facere. Inuenitur vero liliū hoc precipue in conuallibus ad literam, quoniam valles humore abundant succulento, sunt & apte lilijs procreandis, sed Christus amat animos humiles, modestos, & castos, iuxta illud Esa. vii. Super quæ requiescet spiritus meus, &c. Iacobi. 4. Superbis resistit, humilibus vero dat gratiam. Quod vero dixit, conuallium, significat

Esa. 66.

Iacobi 4

significat locum planum situm inter duos montes, qui & frugibus exuberare solet, abundare arboribus, hortos quoque habere amenissimos, floribus, herbis, & areolis vestitos: quoniam aqua ex altis montibus deriuatæ in ima & profunda loca confluunt, terramque ipsam faciunt fecundam & pinguem. Illi ergo liliū hoc parturiunt, qui ad radices cœlestium montium siti sunt, & iugi aquarum cœlestium scaturigine irrigantur. *Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias.* Prosequitur sponsus sponsæ suæ laudes, & ait, tantum præstare pulchritudinem sponsæ alijs puellis, quantum liliū, quod inter spinas nascitur, sentibus ipsis præstat. Vel sensus est: sponsæ meæ pulchritudo gratior sit, vel hoc nomine, quod inter impios versatur non aliter atque rosæ & lilij candor elucet magis inter vepres & fentes, dum lilij teneritudinem cum asperitate & rigore spinarum comparamus: vbi primo obseruandum nihil gratius aut iocundius sponso accidere, quam si sponsam habeat omni ex parte sibi simillimam. Nam & primo sponso Ad Genes. i. contulit Deus adiutoriū sibi simile, qua similitudine allectus & delectatus dixit, Tu appellaberis virago, quia de viro sumptus es: nostra vero Ecclesia à Christo sponso, Christiana dicitur. Et quoniam ipse est flos campi, Ecclesia non ex vna gente Iudaica tantum, sed potissimum ex Gentilibus, qui per campum significantur, est collecta. Est etiam liliū conuallium, quoniam ex utroque populo Gentilico & Iudaico constat, qui

IN CANTICVM CANTICORVM

& Christum montem in vertice montium sitū tanquā caput agnoscunt, & Romanum Pontificem altissimum locum tenentem post ipsum Christū. Est præterea sponsa similis sponso, cuius naturam imitatur per gratiam, mores representat per virtutes, & pulchritudinem potissimum exprimit per charitatē. Et quidē sicut Christus liliū est candidissimū: cādor inquam lucis æternæ, Sapiē. 8. et fragratissimū omnia cōdita sui odoris suauitate perfundēs: ita sponsa & candore præstat, & odoris suauitate. Sponsus insuper inter spinas versatus est, nā in utero Virginis conceptus, quā sacræ literæ Exo. 3. in rubo ardente & non combusto præfigurauerūt, & inter vepres, atq; spinas frigoris & laboris natus, & tandem in passione tremendum illud angelis caput spinis coronatur acutissimis, & acerbissimis, quæ sacrosanctum illud sponsi caput nō pungebāt solum, sed transfigebant, ita vt de capite sponsi dici possit illud Cant. 5. Comæ capitis tui, sicut purpura Regis tinctā canalibus: erant enim Christi capilli rubricati & cruenti defluēte sanguine. Et aries ille quem Genes. 22. vidit Abraham inter vepres cornibus hærentem, Christum adumbrabat, cuius caput non solum vepribus hærebat, sed durissime etiam configebatur. Vult ergo sponsus, vt sponsa hac etiam in parte illum imitetur, & quandiu vixerit in vita mortali, sudore, labore, discrimine, mortis etiam periculo, atque cruciatu æternam illā fœlicitatem promereatur. Quod si rogas, & admiraris

Sap. 8.

Exo. 3.

Cant. 5.

Gen. 22.

ris

COMMENTARII. CAP. II 89

ris cur sponsus Ecclesię amantissimus patiatur illā tot modis opprimi & aculeis spinarum cruciari, cū facile illi sit eam ab omnibus his malis & miserijs liberare? Verū huius diuini consilij prima ratio est, quod prædestinatorum fœlicitas in hoc sita est, vt illi Christū imitētur, illiusq; sequantur vestigia, dicēte Pau. ad Rom. 8. Quos præsciuit, & prædestinauit cōformes fieri imaginis filij eius, &c. & c. 7. Si filij & hæredes, hæredes quidē Dei, coheredes autem Christi, si tamen compatimur, vt conglorificemur: dissonum nāq; rationi videbatur (vt nectareus ille docet Bern.) vt sub spinato capite nos in otio & molli quiete vitam ageremus. Deinde voluit, ipse, vt vel hac ratione peculiaris prouidentia spōsi erga sponsam magis innotesceret: dum illā teneram, mollem, candidam, purpuream, pulchrā & sua uolentem, instar liliij inter frequentissimas calamitates, persequutiones, pericula, quasi liliū inter spinas conseruat. Et præterea vt sponsa nō in otio agens, non tranquillam vitam ducens iuxta mundi prosperitatem, sed vexata angustijs, molestijs agitata ad sponsum tanquā ad tutissimum asylum confugeret, illiusq; præsidium semper impleret. Ac postremo, vt hoc in maiorem dignitatem, & gloriā sponsæ cederet, quę inter tot rerum discrimina, tot procellas, & pungentium spinarū aculeos seipsam integram, incontaminatamq; seruauit. Nā quādiu intra carcerem huius corporis viuatur, patitur Ecclesia dæmonum insidias, & pungētes aculeos, mū

Rom. 8.
Rom. 7.

Bernard

Z di

IN CANTICVM CANTICORVM

di etiam cupiditatibus pūgitur, & carnis lasciuē-
 tis illecebris, quasi quibusdā stimulis agitur, qu
 ipsum quoq; Paulū lancinare, & acuminatis spinis
 vulnerare tentarunt. 2. ad Corint. vlt. Ne magnitu-
 do reuelationum extollat me, datus est mihi stimu-
 lus carnis meę, &c. Et siue priuatam vitam, siue pu-
 blicam agamus, semper spinis circuncingimur: nā
 vt principes ipsi, quos Ecclesię custodes esse oportet,
 si in tyrannidem degenerent, spinę comparan-
 tur, quod subditos sibi populos vehementer pun-
 gūt, & vulnerāt, Iudic. 9. in paradiamate illo, quod
 loathā minus natus inter Gedeonis septuaginta
 filios pposuit cū oliua ficuinea, & vitis regēdi pro-
 uintiam detrectassent, rhānus regnum cupidissi-
 me suscepit, pręcepitq; omnib⁹ subditis, quod aut
 sub ipsius vmbra quiescerent, aut ab illo ignis pro-
 filiret, qui ipsas quoque cedros Libani deuoraret.
 Ab ipsis etiam amicis & consanguineis lilium ple-
 rūq; lęditur & vulneratur, Naum. 1. Sicut spinę se in
 uicem complectentes: sic conuiuium eorum pari-
 ter potantium. Quid quod & ipsi principes, equita-
 tis amatores non possunt ita blāde & amice rēpub.
 regere, vt non plerūq; feriant, & pungāt Micheę. 7.
 Qui optimus eis est quasi paliurus, & qui rect⁹ qua-
 si spina in sepe. In summa lilij huius tria illa aurea
 grana, seu fila, quę charitatem significāt, subuertūt
 & perdunt omnia peccata lęthalia: candorem v̄ro
 niueum representantem castitatem, & virgineum
 pudorem violant obscenę voluptates: calamū pre-
 terea

2 Corin.
vltimo.

Indicū. 9

Naum 1.

Mich 7.

COMMENTARII. CAP. II. 90

terea, in quo exprimitur spes, impugnāt omnia pec-
 cata grauiora, pręsertim si accedat obstinatio, quę
 spem futurę beatitudinis infringit atq; debilitat: ra-
 dicem postremo subuere conantur omnes erro-
 res, falsa dogmata, & hereses, quibus fides tollitur,
 quę radix est totius Christianę iustitię. Ecclesia er-
 go, quę tot modis impugnata, tot spinis acutissi-
 mis circumsepta germinat, viret, floret, atq; trium-
 phat, merito comparatur lilio inter spinas. *Sicut ma-
 lus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios.*
 Certant etiam hoc carmine sponsus & sponsa mu-
 tuis laudibus: & cū sponsa fuerit cōparata lilio in-
 ter spinas florescenti: illa modo comparat spōsum
 arbori malo inter cętera ligna syluarum, quasi di-
 cat: ita sponsus meus pręstat cęteris mortalibus, si-
 cut arbor malus ilici, quercui, cęterisq; arboribus
 horridis, & syluestribus. Habet enim arbor malus
 folia virore quodā gratissimo, & poma aureo quō-
 dam colore viridi temperato, quę & aspectui iocū-
 da sunt & gustui gratissima. Cū vero carmē hoc bu-
 colicum sit, seruato pastorum decore fit mētio flo-
 rum, herbarum, liliorum, rosarum, fit etiam mentio
 pomi vmbriferę, atque fructiferę: his nāque arbo-
 ribus pastores maxime delectantur, ipsarumq; fru-
 ctu. Vnde Melibęus ille Virgilianus, inquit, aurea
 mala decem misi, cras altera mittam. Et Choridon:
 Ipse ego cana legam tenera lanugine mala: sed iam
 ad huius diuini carminis altiora mysteria eruenda
 in lucem progrediamur. Demus ergo sponsę, spon-
 sum

Virgilius

IN CANTICVM CANTICORVM

*Cur sponsa
mortales,
et bonacor
pora syl
uestribus
arboribus
comparat.*

sum similem esse arbori pomiferę, quę foliorũ amenitate vmbra gratissima, fructuũq; vbertate, & suauitate syluestres omnes arbores antecellat. Dubitas tamẽ cur sponsa cęteros omnes mortales, resq; ipsas, in quibus solent homines oblectari, arboribus syluestribus, & infructiferis cõparauerit: fecit enim hoc sponsa maturo satis consilio, si id diligẽter perpendamus. Nã illa, quę prima facie pulchra esse videntur vmbrosa, amęna, & promittentia fœlicitatem, sponsa assimilat arbori, quę proceritate, & viriditate foliorum fructus suauissimos pollicetur, vmbraquę gratissimam ad ipsam properantibus: cũ proprius accedũt, deprehendent ipsarũ rerum vmbra pernitiosam esse, fructus vero aut nullos, aut si qui sunt, acidos, asperos, & peracerbos. Tales esse arbores experta est sponsa, quando per falsas & profanas religiones vagabatur omnibus flagitijs cooperta, de qua dicitur Ezech. 18. Subter omne lignum frondosum prosternebaris meretrix: cũ vero ad sponsum conuersa est, tunc & vmbra reperit gratissimam, & fructus vberes, atque dulcissimos. Fructus appello vasa aurea, & argentea, opes quę ingētes, quibus sponsa ex Aegypto discedēs, subito est locupletata, aquas amarissimas in suauissimos latices conuersas, saxa dura in fontes aquarum soluta, cibos cœlitus emissos: & quod maius est legem cõtulit, pręcepta, atque instituta, quibus erudita sponsa veram teneret religionem, & pietatem, amplecteretur fidem, spem, & charitatem, omnesq;

Ezech. 18

COMMENTARII. CAP. II.

91

nesq; virtutes. Sed age arbores illas, quas mundus admiratur, in mediũ proferamus. Nonne Platonẽ, Arist. Pythagoram, cęterosq; magni nominis philosophos arbores esse dixeris patulas, vmbriferas, ramis luxuriantes, & quę amēnitate sua non solum vmbra gratissimam, sed fructus iocũdissimos habere existimantur? hę tamen arbores cum Christo comparatę syluestres sunt & steriles, quas Iudas in sua Canonica appellat arbores autumnales, bis mortuas, eradicatas, infructiferas. Vnde Pau. de sapientia Christi ait, quod stultum est Dei sapiẽtius est omnibus hominibus. Nam quę in sacra scriptura corticis, & foliorum habent rationem, multis nominibus maxima philosophorum mysteria antecedunt: vnde psal. 1. ait David, Erit tanquã lignũ, &c. & folium eius non defluet: imo Apoc. 21. de huius arboris folijs dicitur, quod folia eius sunt ad sanitatem gentium. Si vero huius mundi potentiã, honores, vires, robur, & imperium, cũ Christi imperio cõponamus, ait etiam Paul. quod infirmũ est Dei, fortius est omnibus hominibus: nam Matt. 5. de iota, de literis, de apicibus scripturę sacrę dicitur, quod sint immutabiliora cunctis rebus mortalibus: vnde minutissima quęq; huius arboris folia maiorem habent firmitatem, quã vniuersa mundi potentia, quę caducis, periturisq; fundamentis est subnixæ. Postremo de fructibus aliarum arborum, quod insipidi sint & acerbi, dixit Apostolus ad Rom. 6. Quem fructum habuistis in illis, in quib;

Iudas Thadæus.

1. Cor. 1

psal. 1

Matth. 5

Rom. 6

IN CANTICVM CANTICORVM

nunc erubescitis: vere ergo dicit sponsa, Sicut malus inter ligna sylvarum, &c. *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi.* Nunc sponsa asserit sese nō solū cōmendasse pulchritudinem, amēnitatem, & fertilitatem illius arboris, sed etiam sub illa quieuisse, legisse fructus, eosdemq; magna cū voluptate degustasse. Vbi obseruādum est, quasdam esse arbores, quæ licet vmbrosæ sint, earum tamen vmbra saluti noxia est: et si quæ plantulæ ab vmbra illa tangūtur, facile arescunt. Vmbra in scriptura sacra, custodiā, prouidentiam, & protectionem significat: vnde Dauid psal. 16. ait, *Sub vmbra alarum tuarum protegeme.* Alludebat autem hoc loco sponsa ad singularē prouidentiam, maximumq; beneficium, quo ipsam sponsus olim est prosequutus, Exo. 13. cū per diē aduersus ardentis solis æstum contulit illico columnam nubis, quæ toti illi populo gratissimā præberet vmbra: per noctē vero igneam columnam, quæ viam illis ostenderet, & luce sua ipsos lætificaret. Quando ergo dicit spōsa, *Sub vmbra illius quē desideraueram;* ostendit auxiliū & præsidium spōsi eam protegentis & defendentis, ipsi nunquā defuisse. Et quidē sicut inter arbores, vt iam dixim⁹, quædā vmbra habent noxiā, & pestilentē, vt pinus, & nux, quæ teneras plantas maxime offendūt: aliæ vero vmbra habent salutiferā, quæ subiectas plantas ab æstu defēdit, atq; à frigore fouet, nutrit, atq; cōseruat: ita mūdi sapientes vmbra habēt pestilentissimā, quæ quiescentes sub arbore in grauissimos animi

psal. 16

Exo. 13. 2

COMMENTARII. CAP. II.

92

animi morbos, maximosq; errores inducit: contra vero vmbra spōsi tenellos animos sub vmbra quiescentes fouet, alit, & ad perfectissimum virtutis fastigium prouehit. Quis enim longo etiam tempore sub Arist. Platonis, Cicer. & aliorū philosophorum vmbra conquiescens, inagnos in virtute progressus fecit? at qui ad Christum veram sapiētiam accedit, subito in alium hominem permutatur, trāsfertur ex tenebris ad perfectā lucē, Prouer. 3. dicitur de illo, *Lignū vitæ est omnibus qui apprehēderint,* &c. & Magdalena sub hac arbore sedens, & sub illius vmbra quiescens magnos in omnium virtutum genere fecit progressus, Christus nāq; illius cōmendat fidem, pietatem, pœnitentiam, & charitatem: latro etiam in cruce subito ad hāc arborem oculos conuertens, veniam & æternam beatitudinem sibi comparauit: ad eandem etiam vmbra con fugit Paulus ex rapacissimo lupo in mitissimum agnum conuersus, hoc idem innumeris alijs hominibus contigit, vt Iustino philosopho, vtriq; Clemēti, Cypriano, Augustino, alijsq; multis, qui quā diu per alias arbores vagabātur, nō nisi molestiam & grauitatem perceperunt. Cū vero sederūt sub hac vmbra iocundissima, fruebantur animi tranquillitate. Quod vero ait sponsa, *Sedi:* ostendit sese nō leuiter, neque exiguo tēporis spatio sub hac arbore quieuisse, more eorum qui cū totam vitam inter voluptates transigant, non nisi breuissimo tēpore in virtutis studio consistunt, cū tamen sola

Prouer. 3

Luca. 7

Luca. 23

Acto. 9

coro-

Coronatur
sola perse-
uerantia.

coronetur perseverantia. Ait ergo sponsa, Ego in sponso meo veram felicitatem sitam esse existimo: ego in illo noctes diesq; iudico esse quiescendum: ego sub illius umbra totius vitæ meæ tēpore fedi, atque ita non solum sub illo coepi prima virtutum fundamenta iacere, sed per incrementa quædā ad virtutum fastigiū ascendi. *Et fructus eius dulcis gutturi meo.* Ac si dicat, Non solum sub umbra sponsi mei conquievi, & à cupiditatis, & libidinis æstu illius umbra sum protecta, sed etiam cum cernerem aurea poma ex illa fructifera arbore pendentia illa decerpsi, & magna cū suauitate degustavi. Nā magnum est inter veterem Ecclesiam & Euangelicā discrimē, quia illa sub umbra tantum sedebat, quia authore Paul. ad Colos. 2. antiquæ illæ cęremonię, sacrificia, & sacramenta Christum adumbrabāt, nō exhibebant præsentem, & in illa antiqua ardentissima erant desideria præsentis Christi: ideo dixit, Sub umbra illius quem desideraueram. Hoc desiderium exprimebant verba illa Mosis Exo. 3. Obsecro domine, mitte quem missurus es: & verba illa prophetiæ Balā Christi aduentum vaticinantis & desiderantis, Num. 24. Videbo (inquit ille) eum, sed non modo: intuebor illum, sed non prope: & Esa. 64. Vtinam dirumperes cœlos, & descēderes. Euangelica tamen Ecclesia & præsentem sponsum obtinet eumq; amplectitur & exosculatur, & dulcissimos illius fructus percipit. Sedere autem, præter quā quod, vt diximus, perseverantiam significat,

Colos. 2.

Exo. 3.

Num. 24

Esa. 64

tria etiam denotat, quæ maxime faciūt ad Christiānæ Ecclesię dignitatem. Primum docendi auctoritatem, quā Christus, Apostolis, & Ecclesiæ suę cōtulit, & quæ potissimum residet in Romano Pont. Christi Vicario, Romæ sedente: nam sub Christo fungitur potestate docēdi Ecclesiā Catholicā. De inde sedet Ecclesia propter Regiam dignitatē, est enim Regina spōsa Christi regis. Tertio sedet per iudiciariam potestatem, qua fungitur in sacramento pœnitentiæ, & etiam in externo foro aduersus hæreticos, & ecclesiasticę pacis perturbatores, ex cōmunicationis, & anathematis fulmen vibrans & cōtorquens. Sed quis possit explicare dulcissimos illos & mirabiles fructus, quibus Christus eos, qui sub illius umbra quiescunt, pascit, & reficit? nā Virgo illa sanctissima, quę Christum peperit, sinu fovit, lacte nutriuit, & per triginta annos sub illi^o umbra quieuit, non solum fructus percepit, cū tenerum filium amplectebatur, dulciaq; illi oscula figebat: sed multo suauiores, cū cognoscebat latētem in carne illa diuinitatem, maiestatem, pulchritudinem, quæ animum Virginis castissimum incomparabili lætitia perfundebant. His fructibus vescebatur etiam Petrus, qui apud Ioan. c. 6. dicebat, Quo ibimus domine? verba vitæ æternę habes, Et Christus ipse eodem. c. Verba quæ ego loquor vobis, spirit^o & vita sunt: ideo Lucę. 10. Magdalena sedēs & prouoluta Christi pedibus, magna cū suauitate audiebat verbum illius. Antiqui vero interpretes

Ioan. 6

Lucę. 10.

IN CANTICVM CANTICORVM

arborem intelligunt Christi crucem, seu Christum crucifixum. Nam quanquam arbor hæc quibusdam horrida, sterilis, & syluestris esse videatur, illusq; fructus prima facie acidi, & amari, atque acerbi iudicentur, tamen vere Christianis hominibus suauissimi sunt & saluberrimi: ideo enim dixit, Fructus eius dulcis gutturi meo, hoc est (al gusto Christiano.) Crux nanque, vel ipsi Christo, qui in ea pepedit, fructus attulit iocundissimos, dicente Paulo ad

Philip. 2. quod propter crucem Christus totius mundi imperium est consequutus. Nam & cœlestia, atq; terrestria sempiterno dominatu cōplectitur: & cum superi admirantur homines, iusti illius numen & diuinitatem reuerentur, dæmones audito eius nomine contremiscunt, & omnia condita illi genua flectunt: nos vero cum ad crucis arborem confugimus, quo lumine illustramur? quo amore incēdimur? qua voluntate perfundimur? Exponi etiam potest cum Theodoro & tribus patribus, de altaris sacramēto. Nam qui assistunt sacrificio, sub umbra sedent & qui escunt, salutifera illa umbra ad virtutem promouentur: qui tamen recipiunt sanctissimum hoc Sacramentum, illi cum sponsa dicere possunt, Fructus eius dulcis gutturi meo, quos fructus & utilitates si nunc enarrare vellem, dies me deficeret. *Introduxit me Rex in cellam vinariam.* Septuaginta legunt, Inducite me in cellam vini, ordinate in me charitatem, quam lectionem sequuntur omnes Græci, & ex Latinis D. Amb. Postquam sponsa & sub umbra sponsi qui uenerat, & dulcissimos

Philip. 2.

Nota

COMMENTARII. CAP. II.

94

simos illius fructus degustauerat ardens maiori desiderio rerum diuinarum, suisq; viribus diffidens, implorat auxilium amicorum sponsi obsecrans, ut illi inducant eam in cellam vini, & diuini amoris ordinem ipsi præscribant: nam & edentibus, & gustantibus cœlestis arboris fructus crescit sitis rerum diuinarum iuxta illud Eccles. 23. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient: innatumq; est hominibus post esum potum expetere. Sic sponsa, postquam comedit fructus diuine arboris, desiderat introduci in cellam vini, ut ibi sitim visceribus conceptam possit extinguere: sic Dauid psal. 83. ait, Quam dilecta tabernacula tua, &c. qui psalmus inscribitur pro torcularibus, quoniam agitur ibi de Chrobotro Cypri pulcherrimo & pinguisimo in crucis torculari expresso, cuius potum, & haustum desiderans Dauid aiebat, Cōcupiscit & deficit anima mea, cor meum & caro mea, &c. Sed lectio vulgata, quæ editioni Hebræorum etiam est consentanea vertit, Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem, ubi sponsa letabunda & exultans gratulatur sibi, & quod sponsi umbra protegatur, ex illiusque cōspectu & præsentia gratissimos fructus percipiat: nunc vero multo maiora & augustiora beneficia percipiet: nempe quod ad cellam vinariam non per seruos neque amicos, sed per ipsum regem fuerit introducta, ibiq; certa quædam signa, imo & vexilla summæ beneuolentiæ ipsi præstiterit. Ut vero decorem & proprietatem personæ, quam agit spon-

psal. 83

fus, sruet, sponsa meminit ad explicandū illud ma-
 ximum beneficium cellæ vinarię, quoniã agricolæ
 & qui rem pecuariam curant, in vini apothecam vt
 plurimum congerunt totam suppellectilem: & iux-
 ta phrasin Hebraicam, domus, aut cella, non sem-
 per locum designat, sed sæpenumero multitudinē
 eorum, qui domi habitant, aut earum rerum, quę in
 cella reseruantur: sic domus Israel significat multi-
 tudinem Iudaici populi. Cū ergo ait sponsa sese
 introductam in cellam vinariam, declarat sponsum
 illi cōmunicasse totam suppellectilem coelestium
 diuitiarum. Et cū vinum etiã in arcanis literis sym-
 bolum sit voluptatum: sponsa dicit sese fuisse intro-
 ductam in cumulum, & conuentum omnium deli-
 ciarum diuinarum. Et quoniam ego iam superius
 de spōsi cellarijs multa dixi, modo de vini cellarijs
 pauca dicamus. Ego, vt ex sequentibus verbis faci-
 le constat, & ex cōmuni etiam antiquorū interpre-
 tum sensu, per cellā vini, ea intelligo beneficia, in
 quibus immēsitatis diuini amoris maxime splēdet.
 Nam cū Deus mundum ex nihilo condidit, quasi
 quandā cellam nobis proposuit suæ diuinæ omni-
 potētiae, in ordine pulcherrimo vniuersi sapientiã
 manifestauit, in gubernatione declarauit suam pro-
 uidentiam, in rebus pulchris & decoris suam indi-
 cat pulchritudinem: at in instauratione generis hu-
 mani, & redemptione potissimum declarat suam
 erga homines ardentissimam charitatem, Ioann. 3.
 Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigeni-
 tum

Ioann. 3

tum daret. Appellatur vero cella hæc vinaria pri-
 mum, quia vinū pellit feruilis timoris frigiditatē,
 ad Rom. 8. Nō accepistis spiritum seruitutis iterū
 in timore, sed spiritum filiorum Dei, & c. i. Ioan. 4.
 Timor non est cū charitate, sed perfecta charitas
 foras mittit timorem: pellit etiam vinū hoc animi
 tristitiam, & parit lætitiã, iuxta illud psal. 103. Vi-
 num lætificet cor hominis, sed neque solū lætitiã
 parit, sed largius sumptum furorē inducit & amen-
 tiam. Diuini vero amoris furorē cōmendat maxi-
 me Plato in Symposio, sed sacrę literę multis in lo-
 cis, Sapientiæ. 5. Nos insensati vitam illorū æsti-
 mabamus insaniam: facit etiam extasim, vt docet
 D. Dionys. c. 4. de diuinis nominibus, & creditissi-
 me monstrat id D. Thom. 1. 2. q. 28. art. 3. Est vero
 duplex extasis, quæ ex hoc diuinæ charitatis vino
 proficiscitur: vna mentis, quę cōtingit quādo mēs
 diuini luminis perfusa aciē à consideratione re-
 rum diuinarum auertere non potest: nascitur vero
 ex amore, quoniam amantes nihil aliud cogitare
 volunt, nisi eum quē diligunt, iuxta illud Pauli. 1. ad
 Corint. 2. Spiritus omnia scrutatur etiam profunda
 Dei. De his arcanis loquebatur Moses Exo. 32. di-
 cens, Nonne hæc abscondita sunt apud me, & signa-
 ta in thesauris meis? ideo locus, in quo hi thesauri
 reseruantur & reconduntur, cella appellatur à ce-
 lando. Optabat Pau. ad Ephes. 1. idq; ardentissimis
 votis efflagitabat, vt Ephesij hanc extasim pateren-
 tur, dicens, Memoriam vestri facio in orationibus

Rom 8
1. Ioan. 4

psal. 103.

Plato.

Sapient 5

Dionys.
S. Thom.
1. 2. q. 28
art. 3

1. Cor. 2.

Exo. 3.

Ad Eph.

1

meis, vt Deus domini nostri Iesu Christi pater gloriae det vobis spiritum sapientiae, & reuelationis in agnitionem eius: illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quae sit spes vocationis vestrae, & quae diuitiae hereditatis eius in sanctis, & quae sit supereminens magnitudo, &c. Altera extasis est in affectu & voluntate: voluntas namque, postquam mens summam illam pulchritudinem intuetur, rapitur, ardet, liquefit, & tota in Deum transformatur. Inde vero nascitur in iustis & diuino amore flagrantibus contemptus quidam & fastidium rerum omnium humanarum. Nam quemadmodum, qui selectissimum vinum gustauit, fastidit vina acida, & in acetum iam degenerantia; ita qui semel summi illius pulchri & boni suauitatem gustauit, recteque animo percepit, sensibilia omnia oblectamenta contemnit, & pro nihilo ducit. Et quemadmodum si quis in regiam domum ingrediatur: ibique inspiciat vasa aurea & argentea miro artificio celata, tabulas, tapetia, gemmas, & suppellectilem pretiosissimam: indeque diuertat in textoris, aut sutoris officinam, qui ostendet suppellectilem illam, qua se beatum existimat: nonne haec omnia vilipendet, & irridebit? Multo magis qui mente & cogitatione ingentes illas & supercelestes opes perlustrauit, ad haec humana & sensibilia conuersus, dicet cum Regio vate, Auerte oculos meos, ne videant vanitatem: & Pau. ad Phil. 3. cum iam fuisset in tertium caelum raptus, temporalia omnia, & visibilia, stercora reputabat, & sordidare

similitudo.

psal. 118

ad Phil.

ie tameta:

ie tameta: ipsam quoque mundi sapientiam, quam vulgares homines arcem inter bona cuncta retinere existimant, summam & extremam dementiam indicabat. Sequitur etiam in illis qui diuini amoris vinum gustauerunt ebrietas quaedam, ac furor sanctus, & laude dignissimus, quo corripiuntur illi, qui diuino spiritu agitantur. Quam amentiam depingit nobis Paul. 2. ad Corin. 5. dicens, Siue mente excedimus Deo, siue sobrii sumus vobis, charitas Christi virget nos, aestimantes, quia si Christus pro nobis mortuus est, ergo omnes mortui sumus, vt qui viuit, iam non sibi viuat, sed ei qui pro ipso mortuus est. Ex hoc furore consequitur admirabilis quaedam transmentatio, & extasis sponsae in sponsum, ita vt quemadmodum ebrii, & in altum dormientes, & vino consepulti neque honoris, neque famae, neque etiam vitae habent rationem: ita iusti, de quibus dicitur in psal. 35. Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, & torrente voluptatis tuae potabis eos: & Cant. 5. Bibite amici, & inebriamini charissimi. In hac ebrietate constituti, non solum humana contemnunt, sed etiam sine vilo sensu atque dolore animi, sed maxima cum laetitia vincula, carceres, cruciatus, ignes, ipsamque mortem suscipiunt. Et quod Prouerb. 23. dicitur de illis, qui vino sensibili temulenti sunt dicitur, Erit quasi sopitus in medio mari amisso clauo: & dicet, verberauerunt me, & ego non dolui: traxerunt me, & ego non sensi, quando vigilabo, & rursus vana reperiam? Haec vero omnia tanto praestantiori modo

2. Cor. 5

*psal. 35
Cant. 5*

Prou. 23

modo

Grado di
uini amo-
ris.

modo inueniuntur in iustis, quanto illi maiori sunt amore inflāmati: habet enim diuinus amor suos gradus, quos in igne corporeo, qui symbolū est diuini amoris re ipsa experimur, & deprehendimus. Ignis diuini primus gradus, quem Theologi incipientem dicūt, representatur in igne, qui carbones incendit aut ferrum candens, qui quāuis maximus oculis nostris esse videatur, obstat tamen illius perfectioni, quod nō dum illi materia subiecta est, quę adhuc retinet suam grauitatem crassitiem, cæteras quę qualitates natiuas. Et quanquā carbones flauescere videantur semper tamen in se nigrescunt, designantquē incipientium, poenitentium, & continentium statum, qui pro tunc adhuc cū pristinis affectibus colluctantur. Secundus gradus & præstantior est proficientium, qui in ignis flāma aerem incendente significatur, quę altiorē gradum fortitur, & propter leuitatem, & propter puritatem igneā, motumquē velocissimum in locum superum: altissimū tamen & præstantissimum gradum exprimit nobis ignis in sua sphæra, qui non flauescit, sed potius lucet, & in suo centro atque sphæra quiescit: quāquā ad motū sub lunaris orbis, cui coniunctus est ignis circūferatur. Ille est status amoris beatifici, in quo beati ab omni iam motu spei & desiderij quiescūt: tantum in ipso summo bono circulum illum conficiunt, de quo Dionys. & Hierotheus dicunt, quod est motus à bono in bonum perpetuo reuolutus. Hoc igitur est spōsam introduci in cellā vinariam.

Dionys.
Hierotheus

Ordi-

Ordinauit in me charitatem. Quidam legunt ex Hebręo, Insigniuit in me charitatem: alij, vt Paraphrastes Chaldęus: glutinū eius, vel iunctura eius in me charitas, plures ex Hebręis: vexillū eius super me charitas, vulgatus interpres: ordinauit in me charitatem, omnesquē alię editiones vltimam hęc interpretantur, illiusquē luci deseruiunt. Nam insigniuit in me charitatem, idem est, ac si dicas: sponsus cū me in cellam diuini amoris introduxit, eximiam & insignem charitatem erga me demonstrauit, vel in cella illa vinaria ita me cœlesti amore inflāmauit spōsus, vt meam charitatem insignem reddiderit. Quod vero Paraphrastes Chaldęus vertit in idem recidit, Nam glutinum eius vel iūctura eius in me charitas, idem est, quod huius copulæ inter me & spōsum fons & radix est charitas, iuxta illud Ierem. 32. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserās. Charitas nanquē à sanctis patribus vinculū dicitur, eamquē appellat Dion. vim vnitiuā, cui proprium est & natiuum creaturam intellectualem cū summo Deo coniungere. Illa vero lectio, quam vt plurimum sequuntur Hebręi: vexillum eius super me charitas, maiorem emphasin habet, & vim ipsius diuini amoris magis declarat. Nam illi, qui semel in cellam vinariam ingressi sunt, & vino illo succęlesti sunt temulenti, imprimis erigunt & extollunt supra seipos vexillum charitatis. Est sane charitas princeps & vexillifera virtutum omnium. Et quemadmodum in bello milites vexilla sequuntur:

Paraphra-
stes Chal-
dęus.

Ierem. 3

bb

ita

ita etiam in vita præfenti cuneus virtutū omnium sequitur vexillū charitatis, iuxta illud Paul. 2. Thim. 2. Finis præcepti est charitas. Quāquā verba ipsa potius de charitate sponsi erga sponsam videntur intelligenda, ita vt dicamus, quod in creatione rerum sustulit sponsus vexillum suæ omnipotentis, in ordine sapientiæ vexillum, in gubernatione prouidentis, at in redemptione generis humani erexit vexillum diuinæ charitatis. Forte alludit sponsa in his verbis ad consuetudinem adamanitium, qui solent sibi mutua quædam signa, pignora, & monumenta amoris præstare. Sponsus ergo, quando introduxit sponsam in cellam vinariam, præstitit illi certissimum summi amoris monumentum, nempe sacramentum altaris, in quo Christus ipse continetur, & corpore ac sanguine suo reficiens sponsam, futuræ beatitudinis pignus illi largitur: at sponsa vt vexillum quoque charitatis erga sponsum erigat, & monumenta veri amoris exhibeat, offert sponso altaris sacrificium, quo nullum munus potest excogitari, aut gratius sponso, aut maius. Præstat quoque Apostolorum senatum, martyrum inuictas acies, virginum castissimos choros, doctorum collegia, & omnium sanctorum coetus sponso ipsi gratissimos, vt hac ratione sit inter sponsum & sponsam grata iocundaq; bonorum cōmunicatio, datiq; & accepti vicissitudo. Hæc tamen omnia comprehenduntur illis verbis, Ordinavit in me charitatem: est enim ordo & in hoc vniuerso & in ipsis virtutibus maxi

2. Thim. 2.

Eucharistia charitatis symbolum.

me perfectus, & à naturæ gratiæq; authore imprimis intentus. Cū ergo inquit, Ordinavit in me charitatem, idem est: ac si dicat, Postquā vinum illud diuini amoris largius exhausti tunc sponsus ipse mihi ordinem diuini amoris præscripsit, vt primo loco naturam diuinam in ipso diligerem, secundo loco humanam Christi naturam: quæ post diuinā, gratiæ & gloriæ, & omnium bonorum supernaturalium fons est & origo: deinde cætera omnia tāto magis amarem, quanto magis sum cum sponso cōiuncta. *Fulcite me floribus, Stipate me malis: quia amore langueo.* Postquam sponsa in cellam vinariam singulari sponsi beneficio introducta, diuini amoris vino ebria coelestes illas & ineffabiles voluptates è summo pulchro prouenientes coepit experiri, præsentens sese animo deficere, puellarum eam comitantium opem & auxilium petit, inter quarum manus quasi collapsa & exanimis ita inquit, Fulcite me floribus, stipate me malis, &c. quasi dicat: quibuscunque potestis rebus mihi deliquiū animi patienti opē ferte, florib⁹ odoriferis, pomis suauitate, & odore præstantibus, vino quoque fugientem animum reuocate. Amor nāque vulgaris & in desiderando ardentissimus est, & in sperando impatiens, & in ipsius oblato boni gaudio effusissimus: vnde periclitantur amantes, non solum quādo inter spem & desiderium versantur, sed etiam cū desiderata bona subito sibi oblata percipiunt: vincitur nanq; & succumbit amantis animus magnitudine oblato

Ordo charitatis.

gaudij. Hos ergo affectus admirabili facundia exprimit nobis Salomon. Languor apud Platonē in conuiuio, effectus est amoris, quem Diotima præstantissima foemina testatur: est autem geminus amor: vulgaris vnus, & diuinus alius. Prior ille homines in pecora & belluas conuertit: posterior vero summo pulchro efficit simillimos, ita etiam & geminus est languor: prior ex fascinatione & infectione sanguinis proueniens. Nam vt Diotima eo loco sapientissime docet, cū amantis animus in re, quam amat, peregrinetur & aberret, fit, vt totā habeat in eo quem amat cogitationem defixā: indeq; sequitur, vt calore à ventriculo in cerebrum auocato succedat in ore, & in toto corpore pallor, & cōpressio anhelitus, quo fit, vt ad memoriam rei amatae prorumpat in suspiria, & liquefcente vapore in cerebro existente distillant per oculos lacrymę in terni doloris indices & amoris: frigescūt interim, & feruescunt aliquando amantes: & postremo amātes nunquam in eodem loco consistunt, sed perpetuo cruciantur. Hæc omnia multo altiori ratione cōtingunt in illis qui sunt diuino amore inflammati. Id quod elegantissime declarat nectareus ille Bern. in opus. vere aureo de gradibus diuini amoris, cuius premit vestigia D. Thom. in opus. 61. languor est quædam animi egritudo ex diuino amore proueniens: & quidem quemadmodum illis, qui morbo laborāt corporeo, primū fit ipsius pulsantis arteriæ permutatio, quæ in illis fit, qui relictis re-

Plato.
Diotima.
Languor
quid sit
vnde pro-
ueniat.

D. Thom
opusculo
61

bus sensibilibus ad Deum conuertuntur, iuxta illud Cant. 8. Pone me sicut signaculū super cor tuū, & sicut signaculum super brachium tuum: inde cōsequitur pallor, neglectusq; cibi, potus, somni, & omnium rerum, quæ ad sensibilem vitam transigendam pertinent: gustus etiam immutatio fit, nā quæ dulcescebant antea modo amarissima iudicātur: situs etiam mutatur: iacent enim egrotantes, & neq; gradiuntur, neque mouentur sicut antea. Hic est ergo mirabilis quidam lāguor, qui hoc distat ab amoris vulgaris languore, quod ille adhibitis medicamentis studio omni curatur, vt extat etiā apud Platonem, diuini tamen amoris languor augēdus est, & omni studio promouendus, paucissimis nanque cōtingit in vita præfente perfecte languere, vt Paul. qui ad Galat. 2. aiebat, Viuo ego, iam nō ego: viuit vero in me Christus: & 2. ad Corin. 5. Vt qui viuūt, iam non sibi viuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est: & David hoc morbo laborabat, quando psal. 118. aiebat, Os meum aperui, & attraxi spiritum: ostenditq; morbi radicem: quia mādāta tua desiderabā. Anhelitus ille est cōpressio ex cordis angustia proueniens, & ad respirandum os aperitur: & Paul. 2. ad Corin. 5. Os meum patet ad vos, ò Corinthij, fluunt etiam lacrymæ ex amore, psal. 41. Fuerūt mihi lacrymæ, &c. & psal. 136. Super flumina Babylo nis illic sedimus, & fleuimus: & ad leniendam tristitiam de absentia sponsi habet suas cantilenas suauissimas sponsa, nempe hymnos & psalmos: imo il-

Cant. 8.

Lāguor di-
uini amo-
ris omni stu-
dio augen-
dus.

Galat. 2.
2. Cor 5

psal. 118

2 Cor. 5

psal. 41.

psal. 136


IN CANTICVM CANTICORVM

psal. 1.
Genes. 34.
Sichen lā
guet.
Tres san-
di lāguo-
ris radices

Iud psal. 1. In lege dñi meditabitur die ac nocte. He
 bręę linguę periti exponunt, Ardentissime depe-
 riet legem domini die ac nocte: eodē verbo vtens
 Psalmista, quo Genes. 34. vtitur Moses ad explicā-
 dum incredibilem amorem, quo Sichen filius He-
 mor prosequēbatur Dinam filiam Iacob, de quo di-
 citur, quod tam ardentem illam amabat, vt nisi fie-
 ret voti compos, breui esset mortem cū vita cōmu-
 taturus. Languescat ergo vir iustus, ita vt corp^o ia-
 ceat, caro ossibus hæreat, & nefarij lasciuētis car-
 nis conatus sancta hac egritudine & languore repri-
 mantur. Quod vero ait spōsa, Fulcite me floribus:
 stipate me malis, quia amore languedo, ostēdit quę
 sint præsentiissima remedia ad sustentandū animū
 hominis cœlesti hoc languore laborantis. Et qui-
 dem septuaginta legunt, Sustentate me vnguentis,
 stipate me malis, quia vulnerata ego: & alij ex He-
 bræo, Fulcite me lagenis, phialis; alij legunt, vino.
 Omnes hæ versiones indicant præsentiissimam an-
 tidotum ad subleuandum animum sponsę esse, aut
 flores, aut mala, aut vnguenta, aut vina ipsa, quibus
 ipsa inebriata fuerat. Et quāquā, vt iam dixeram, lā-
 guoris præcipua causa amor diuinus sit: sunt tamē
 tres imprimis radices & fontes, ex quibus hic ani-
 mi lāguor solet prouenire. Prima radix est, memo-
 ria præteritorum criminum. Nam quāquā iusti aut
 per sacramentum pœnitentię, aut per animi vehe-
 mentem dolorem, quem Theologi contritiōē di-
 cunt, peccatorum veniam fuerint consecuti: tamē
 quoties-

COMMENTARIIL. CAP. II. 100

quotiescūque & grauitatem & multitudinem con-
 missorum flagitiorum memoria repetunt, eorū gra-
 ueolentia & foetore offensi & debilitati, quasi lan-
 guescunt atque deficiunt: nam Dauid canebat psal.
 37. Putruerunt, & corruptę sunt cicatrices meę à
 facie insipientię meę. Aduersus ergo hanc graue-
 olentiam iustorum animus fulcitur & sustentatur flo-
 ribus & pomis, hoc est, verbis & factis sponsi ser-
 uatoris. Flores enim odoriferi & gratissimi Chri-
 sti doctrinam significant: poma vero illius gesta, at-
 que opera mirabilia. Fulcimur ergo, quādo occur-
 rit memoria præteritorum delictorum, sermone il-
 lo Christi Matt. 9. Non veni vocare iustos, sed pœ-
 catores ad pœnitentiam: & Matt. 11. Venite ad me,
 omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā
 vos. Malis autem stipamur & sustentamur, quādo
 cogitamus quā clementer Christus Magdalēnā ad
 se venientem exceperit, Mattheum quoque, publi-
 canum, & telonarium: pater quoque ille Lucę. 15.
 filium prodigum ad se redeuntē, & veniam postu-
 lantem, quā gratanter & hilari vultu exceperit, am-
 plexus fuerit, & osculum pacis illi porrexerit. Vn-
 de. 1. ad Tim. 1. Paul. inquit, Qui fui blasphemus, &
 persecutus sum Ecclesiam Dei: sed misericordiam
 consecutus sum, vt in me ostenderet Deus patien-
 tiam suam, &c. Languescit secundo iustorum ani-
 mus pressus pondere & magnitudine diuini be-
 neficiorum, præsertim cū quę nos pro tantis bene-
 ficijis reddimus, aut fere nulla sint, aut exigua offi-
 cia;



IN CANTICVM CANTICORVM

cla. Pro his ergo beneficijs ipse quoque spōsus reliquit & flores & poma, quibus illum promeremur, grataq; illi exhiberemus officia. Nam infātiæ Christi auspicia quasi flores quidam sunt pulcherrimi & odoriferi, quib⁹ fulcitur Ecclesia, & sui spōsi promeretur gratiam: mors verò Christi, sepultura, resurrectio, ascensioq; in cœlum poma sunt nobis cōmunicata, quib⁹ pro acceptis beneficijs munus gratissimū ipsi sponso offeramus: accedit etiā altaris sacrificiū, quod pro acceptis beneficijs patri æterno offerimus. Cuius rei vmbra, atq; figuram nobis pręstitit Deus Leuit. 23. vbi pręcipiebat primo ac potissimo illius festi die manibus deferrent ramum fructibus onustum arboris pulcherrimæ, quoniam Deo patri nihil gratius offerre possumus Christo, qui est pulcherrima arbor. Vnde Paulus ad Rom. 8. ait, Qui filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo nō nobis omnia cum illo donauit? vnde Ecclesia postulat per Christum. Languescit tertio spōsa, animoq; deficit, quotiescūque cogitat pericula ingentia, laqueos & offendicula, quæ miseros homines in vita pręsenti ad peccandum & prolabendum impellūt. Aduersus hæc pericula petit illa, vt sponsus manū sinistra capiti supponat, & dextera ipsam circūplectatur, ne corruat. Sed de hoc statim dicemus, vltimam prius expositionē tradituri, quę quibusdā viris doctis placet. Aiunt nāq; quod languere hoc loco non tam est ex ardenti charitate animo deficere,

Leuit. 23.

Rom. 8

*languere a
pud quosdā
est remisse
a. d. arc.*

COMMENTARIU. CAP. II.

11

re, quā in charitate tepescere, & remisse amare, atque algerere: & quāquā spōsa ipsa reuera introducta in cellam vinariam diuino amore ardebat, quia tamen charitas quanto ardentior, tāto solet esse modestior & humilior, nūquā sibi facit satis, sed de se ipsa minora pręsumens, putat se languide & remisse diligere, atque ita postulat, vt per ministros spōsi fulciatur floribus, stipetur malis, vt ardentius diligat, & medeatur languori. Et quoniam amorem spōsus ipse effecerat, qui est flos pulcherrimus cāpi, auxeratq; eundem amorem sponsus, quem deguttavit fructum dulcissimum: Et fructus eius dulcis gutturi meo, eundem etiam amorem in altiorē locum euexerat vinum largius hauritum, cū fuit in cellam vinariam sponsa introducta. Modo petit, quoniam putat sese in amando languere, vt floribus amor fulciatur, fructibus, hoc est, malis illius diuinę arboris stipetur, phialis siue lagenis cōtinentibus vinum illud suauissimum sustentur, vt hac ratione languor pellatur, & amor intendatur, & feruescat. Et quidem siue iusti, qui membra perfectiora sunt Ecclesię, siue ipsa Ecclesia tota Catholica in vita pręsenti ad propulsandam tepiditatem & languorem floribus fulcitur & malis stipatur. Nam flores pręcipui Apostoli sunt, de quib⁹ aiebat Pau. Christi bonus odor sumus in omni loco: deinde Ecclesia fulcitur rosis martyrum, lilijs virginū, violis cōfessorum, hyacinthis monachorū, & varijs alijs floribus sanctorum omnium, quorum exēplo ad be-

2. Cor. 2

IN CANTICVM CANTICORVM

ne beateque viuendam vehementer incenditur: magis vero inflā matur propositis præmijs æternæ felicitatis, quæ per fructus seu mala significatur. Arbor enim illa cuius fit mentio Apoc. vlt. quæ proferebat duodecim fructus, erat plantata ex utraq; parte fluminis. Nam quanquā perfecte duodecim illis fructibus, quos recenset Paul. ad Galat. 5. soli beati perfruantur: iusti in vita præfenti fructus illos prælibantes & prægustantes in diuino amore proficiunt & ardent: bene ergo dicit sponsa, Fulcite me floribus, stipate me malis, &c. *Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Sponsa, vt dicebam, præfentiens imminere illi animi deliquium, à ministris & socijs petit fulciri floribus, & stipari pomis: conuersa tamen ad sponsum maiora sibi ab illo beneficia pollicetur: obsecrat enim vt accurrat sponsum, & sinistram capiti iam collabēti supponat, dextera vero totam circūplectatur, ne corruat. Quid vero per leuam capiti sponsæ suppositam, quid per dexteram circūplectentem, intelligat Salomon, diligentius inquiramus. Vbi obseruandum est, quod cū in sacra scriptura mēbra Deo tribuuntur, qui omnino incorporeus est, illa nobis animo concipienda sunt, quæ homines per illa mēbra & organa solent exercere. Oculi enim in Deo eam vim cognoscēdi significant, qua omnia intuetur, & præterita, præfentia, & futura habet in prospectu: manus etiam & brachia Dei explicant virtutē & potētiam. Dextera vero in sacra scriptura ab ho-

Apoc. vlt.

Gal. 5

COMMENTARII. CAP. II. 12

minibus sumpta metaphora, qui vt plurimum manu dextra vtuntur tanquam magis operosa, valentiores & fortiores eas Dei actiones representat, in quibus Deus magis declarat vim suam & omnipotentiam: sinistra vero eas actiones, in quibus Dei vis non tantopere elucet, & exeritur: inde plerūq; Christus apud prophetas brachium Dei & dextera appellatur, vt apud Esa. 53. & psal. 97. Saluabit sibi dextera eius, & brachium sanctū eius. Esse Deū à dextris alicuius, est, ipsi auxiliari: psal. 15. A dextris est mihi, ne cōmouear: & psal. 118. Qui astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret animam eius: psal. etiam. 17. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me. Quod vero ad præfentem locum attinet, prima huius loci expositio est D. Ber. vt per leuam capiti sponsæ suppositam intelligamus seueritatem diuinæ iustitiæ, quā imprimis exercet Deus contra improbos inferēs illis æterna supplicia, sed aliquando etiam in iustos inferens illis aduersa quædam, quibus à peccatis cohibeantur. Ne ergo mens & ratio superior, quæ per caput significatur, in voluptates prolabatur & corruat, sustētat caput sponsum leua, hoc est, formidine æternæ pœnæ, aut calamitatibus illatis, Eccles. 8. Qui timet Deum nihil negligit: Iob. 9. Verebar omnia opera mea, sciens, quia non parceres delinquenti: & Solō dicebat, maiorē hominum partem coerceri à peccatis formidine pœnæ: leuā vero appellat volūtatē puniendi & inferendi aduersa, quoniam penē

Dextera
& sinistra
quid signi-
ficent.

Esa. 53
psal. 97.

psal. 15
psal. 118

Bernardus.

Eccles. 8
Iob. 9.

IN CANTICVM CANTICORVM

inuitus & laceſſitus à nobis punit, & aduerſa infligit: inde Eſa. 40. inquit, quod Deus aquas metitur pugillo, cœlos vero palmo. Leua autem capiti ſuppoſita deliteſcit, quoniam timor, vt Ioan. 1. Can. 4. ait, Perfecta charitas foras mittit timorẽ. Per dexteram vero ſignificat munificentiam diuinæ miſericordiæ, quæ potiſſimum ſplendet & in conſtituentis æternis præmijs, & in impij iuſtificatione, & remittendis peccatis. Vnde Matt. 25. reprobi conſtituuntur ad ſiniſtram, & prædeſtinati ad dextram. Hinc Paul. 2. ad Corin. 4. vt declareret præmia eſſe affluentiffima, & ex munifica manu profecta, dixit, Momentaneum hoc & leue tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimate æternum gloriæ pœdus operatur in cœlis. Dextera vero quæ ſponſam circumplectitur & potentior eſt, & quæ in ipſius ſpõſi operibus maxime effulget iuxta vocem ſponſæ, dicentis, Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miſerando manifeſtas. Quod vero dixit. Amplexabitur me, ſignificat, quod perfecta miſericordia reperitur potiſſimum in beatis, iuxta illud pſal. 102. Replet in bonis deſiderium tuum: coronat te in miſericordia & miſerationibus: & Sap. 5. Dextera ſua teget eos, & brachio ſancto ſuo defendet illos. Secunda expoſitio, quæ eſt eiufdem Bern. eadem concione, & quorũdam antiquorum, vt per ſiniſtram, quæ imbecillior eſt, intelligatur natura humana in Chriſto, per dextram diuina: humana infirmior eſt: diuina autẽ habet omnipotẽtiã

Eſa. 40.

1. Ioan. 4.

Matt. 25.

2. Cor. 4.

pſal. 102.

Sap. 5.

COMMENTARII. CAP. II. 103

& infinitam virtutem. In vita ergo præſenti ſpõſus capiti ſponſæ ſupponit leuam, quoniam ſuſtentat eam ſacramẽtis, quæ ex latere Chriſti dormiẽtis in cruce fluxerũt. Et quãquã humanitas infirmior eſſe videatur, vere tñ dixit Paul. 1. ad Corin. 1. quod infirmum eſt Dei fortius eſt omnibus hominibus. Nam per ſacramentum baptiſmi regeneramur, per confirmationem firmamur, & roboramur, ſanitatẽ recuperamus per pœnitentiæ ſacramentũ, alimur, augemur, & ſaginamur per Euchariftiam: In futura tamen beatitudine, vt ait ſponſa, dextera, hoc eſt, omnium cœleſtium bonorum affluentia cumulabimur. Planus tamen & germanus ſenſus eſt, quod inter tot pericula ſponſa, & inter tot laqueos & offendicula ad peccandum trahentia ſponſi præſentiſſimo auxilio fulcitur, & ſuſtẽtatur, iuxta illud pſa. 36. Iuſtus cũ ceciderit non collidetur, quia dñs ſupponit manum ſuam. Dicitur autem ſpõſam leua ſuſtẽtari, quoniam auxilia & beneficia vitę præſentis nõ quã pertingunt ad cumulũ beatitudinis, in qua dextera, hoc eſt, bona illa potiſſima circumplectentur ipſos beatos, quod Prouerb. 3. dicitur, Longitudo dierum in dextera eius, in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. *Adiuuro vos filia Hieruſalem per capreas, ceruosq; camporum, ne ſuſcitetis dilectam, neq; euigilare eam faciatis, donec ipſa velit.* Ex ſeptuaginta legitur, *Adiuuro vos filia Hieruſalem per potentias & fortitudines agri, vt ſuſcitetis & exciteris dilectionẽ quã diu velit.* Iuxta ſeptuaginta trãſlationẽ omnes

1. Corin. 1

pſal. 36.

Prouer. 3

Græci patres verba hæc tribuunt spōsæ, & nō spon-
 so, Sponsa enim loquitur hoc carmine cū adolefcē
 tulus, quæ illam comitabantur. Et quidem cui cor-
 porum amore capiuntur, vt eleganter docet Theo-
 doretus hunc locum exponens, omni studio curāt
 æmulos à re amata arcere: qui vero diuino amore
 inflammantur, summis votis desiderant alios eadē
 flāma ardere. Sponsa igitur cū in sinu spōsi magna
 voluptate quiesceret, cupit adolescentulas eadem
 voluptate & delicijs potiri, & ad hoc eas non solū
 excitat, sed iureiurando astringit, dicens, Adiuro
 vos, &c. filias Hierusalē appellat omnes fideles,
 qui baptismi sacramento sunt consignati: est enim
 vt Paul. ad Galat. 4. docet sacrosanctum illud bea-
 torum domicilium vera Hierusalem, mater nostra,
 vbi omnes perfecta fruuntur libertate, & tranquil-
 litate. Per agrum vero, vt Christus testatur Mat. 13.
 mundus hic intelligitur: per potentias & fortitudi-
 nes agri, acies angelorum, qui de nostra sūnt salute
 solliciti: vel potius per potentias & fortitudines a-
 gri intelligit primarios illos Ecclesiæ ministros A-
 postolos, qui & dæmones vicerunt, & idola proffi-
 garunt, & eradicatis zizanijs ex toto mundi agro,
 furculos & femina cœlestium virtutū fidelium ani-
 mis inseruerunt. Adiurāt ergo adolescentulas per
 eos ministros, per quos in Christo viuunt, ipsi que
 sponso sunt coniunctæ. Obtestatur vero sponsa, vt
 charitatem & dilectionem erga sponsum nō sinant
 oscitare & dormire, sed eam diligenter excitent &
 inflam-

inflammant, quoniam hoc est, quod imprimis ex-
 petit sponso, vt charitas in nobis magis ac magis
 abundet, quā diu sumus in hac vita. Hoc enim testa-
 tur Christus Lucæ. 12. Ignem veni mittere in terrā, *Luca. 12.*
 & quid volo, nisi vt accendatur? & 1. ad Thesal. 5. *1. Thes. 5.*
 Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Vbi ad-
 uertendum est, quod somnus in arcanis literis ali-
 quādo in malam partem accipitur, pro neglectu, &
 ignauia & animi socordia, vt ad Ephe. 5. Surge, qui *Ad Ephe. 5.*
 dormis: & 1. ad Thesal. 5. Qui dormiunt nocte, dor-
 miūt, & qui ebrij sunt nocte, ebrij sunt: ad Rom. 13.
 Hora est iam nos de somno surgere: Prouerb. 6. Fi- *Prouer. 6.*
 li si sponso pro amico tuo, defixisti manū tuā
 apud extraneum, discute, festina, & ne capiat som-
 num oculus tuus, neque dormitent palpebræ tuæ,
 eruere quasi damula de manu, & quasi auis de insi-
 dijs aucupis, & eodem. c. Vsquequo piger dormis:
 paululum dormies, paululum dormitabis, cōseres
 manus tuas ad dormiendū, & veniet tibi quasi via-
 tor egestas, & pauperies quasi vir armatus. In hoc
 ergo sensu sponsa iuxta translationem septuaginta
 obtestatur adolescentulas per antiquorum patrum
 sanctitatem, & virtutum studium, & vigilantiam, vt
 discussa omni negligentia, sopore, & ignauia chari-
 tatem in seipsis excitent, neque permittant eam os-
 citare, aut ociosam esse: hoc enim est, quod vult spō-
 sus, vt in charitate indies magis ac magis proficia-
 mus. Sed vt vulgatam editionem sequamur, quæ cū
 Hebraica litera maxime consentit. Post animi deli-
 cium

IN CANTICVM CANTICORVM

quum, cum sponsus sponsam suam fuisset comple-
xus, illa in sinu sponsi fuit consopita: sequitur enim
languorem illum & animi deliquium somnus natu-
ra id agente, vt vires languescerent, somno & quie-
te illa instarentur & reficiantur. Sponsus vero, cui
nihil magis cordi est quã salus & vita sponsæ, curat
diligenter, ne strepentes puellæ quietem sponsæ in-
terruptant, atque interminatur illis, dicens, Adiu-
ro vos, &c. Quidam ex Hebræis, & etiam ex Catho-
licis huius obtestationis siue adiurationis hunc vo-
lunt esse sensum: si ante tempus excitaueritis spon-
sam, illiusq; quietem interceperitis: illa vobis eue-
niant, quæ euenire solent capreis & cervis circun-
uentis à venatoribus, qui illos solent occidere &
trucidare. Et sensus hic nõ mihi omnino displicet:
perturbatores enim pacis Ecclesiæ solent à Deo
puniri, iuxta illud Pau. ad Gal. 5. Vtinam abscindan-
tur, qui vos conturbant, & Iosue. 7. Acã illi pertur-
batori populi Hebræi, dixit Iosue, Perturbet te De-
quia conturbasti nos: ita hætenus contigit in Ec-
clesia Catholica illis, qui ipsius pacem, & tranquil-
litatem, ac vnitatem perturbare sunt conati. Græci
enim qui discessionẽ ab Ecclesia semper sunt mo-
liti nostro tempore, Turcarum tyrannide oppri-
muntur, & à seuisimo tyranno occiduntur, & truci-
dantur: in eadem versantur calamitate Bohemi, &
Vngari, cui & proximi iam sunt Germani propter
hæresim, qua rumpere moliuntur vnitatem, & Ec-
clesiæ tranquillitatem. Alij dicunt factam fuisse hæc
obte-

lat. 5
Iosue. 7

COMMENTARII. CAP. II 105
obtestationem per capreas ceruosq; camporum,
quoniam puellæ, quæ sponsam comitabantur, vena-
tioni deditæ erãt, sicut & Tyriæ virgines, de quib-
poeta ait: virginibus Tyrijs mos est gestare phare-
tram. Obtestatur ergo virgines per ea, quæ illis in-
telligit esse charissimã & gratissimã, nimirũ, vt ex
animi voto venatio caprearum, siue ceruorum suc-
cedat. Alij viri docti dicunt, nõ esse mirandũ, quod
adiuret adolescentulas per capreas ceruosq; cam-
porum, cũ sponsa & illius comites ruri vitam age-
rent, aut pascendo pecori, aut agris colendis inten-
tæ, vbi passim & syluestres capreæ & cervi occur-
rebant: ipsæ quoque his animalibus inspiciẽdis af-
suetæ, per eadem animalia cũ decoro adiurãtur. Ve-
rũ in his vocibus maiora latere mysteria statim ex-
plicabimus, si tamen principio declaremus, quid
hoc loco sponsus per somnum & quietem sponsæ
velit significare. Somnus præsentis carmine animi
quietem, tranquillitatem & conscientie serenitatẽ
denotat. Vbi primum est obseruãdum ex ipso Ari-
stot. lib. de somno & vigilia somnum provenire ex
sensuum ligatione, & vacatione quadam à suis ope-
rationibus, qui a natura tributus est: tum vt anima-
lia ipsa diurnis actionibus fatigata quiescant, & vi-
res instarentur, & sensus ipsi ad suas functiones a-
lacriores & promptiores euigilent: vnde sanitatis,
& vite potissima pars sita est in somno. Notandum
præterea, quod quemadmodum de externo homi-
ne dixit Paul. quod quando ille languescit, atq; cor
dd rumpitur,

Aristot.

2. Corin. 4

IN CANTICVM CANTICORVM

rumpitur, internus homo renouatur, reuirescit, flo-
rescit, & exultat: ita quādo externi sensus dormiūt,
& à suis actionibus quiescunt, tunc internus homo
vigilat, & suis actionibus perfectissime fungitur, id
quod sponsa Cant. 5. testatur dicens, Ego dormio,
& cor meum uigilat. Nam cū inuinit Genes. 2. pri-
mo parenti soporem, tunc illius mentē clarissimo
lumine illustrauit, ostenditq; illi incarnationis my-
sterium: & Genes. 15. cōsopito uehementissimo so-
mno Abrahamo reuelatur, quod Christ⁹ sit ex eius
semine nasciturus: & in Euāgelio Ioannes ille dile-
ctus in Christi sinu quiescens Trinitatis mysteriū
magna cū uoluptate intuebatur: & Paul. 2. ad Cor.
12. in extra sinu raptus, & dulci somno captus euehi-
tur in paradysum, ubi audit arcana uerba, quæ nō li-
cet homini loqui. Ad rem ergo, somnus hoc loco
pro animi tranquillitate accipitur, non qualicunq;
sed per quam sileant iustis creata omnia, nullusq;
sit sensuum strepirus, sed mens summi boni cōtem-
plationi incumbat, uoluntas amore ebria in sinu
sponsi magna cum uoluptate quiescat. Et ut docet
Plato lib. 9. de repub. quemadmodum in dormien-
tibus sensus ab actionibus vacant: ita in illis, qui sū-
mi illius pulchri, & causæ contemplationi incum-
bunt, ea animi vis, quæ in sensibiles uoluptates
propensa est, non tumultuatur, sed quiescit, & ratio-
ni obsequitur: illa præterea quæ iras excitat, uindi-
ctam expetit, silet & uacat, nullumq; rationi nego-
tium facessit: indeq; sequitur dulcis sopor & animi
somnia

Cantic. 5.
Genes. 2.

Genes. 15.

Ioan. 13.

2. Cor. 12.

Plato.

COMMENTARII. CAP. II.

106

somnia gratissimus. Ut ergo facile liqueat quāto
pere somnus corporeus cū animi quiete & trāquil-
litate consentiat: somnus, ut dicebam, constat, sen-
suum ligationē, hæc uero animi quies & tranquillitas
in charitate potissimū consistit, qua mens & uo-
luntas nostra sacratissimo quodammodo Deo iun-
guntur & ligantur, iuxta illud psal. 118. Pax mul-
ta diligentibus legem tuam, & non est illis scanda-
lum, & psal. 4. In pace in idipsum dormiā, & requies-
cam, & Job. 22. Subditus esto Deo, & habebis pa-
cem, Esa. 48. Si seruaueris mandata mea, dabo tibi
quasi fluxum pacem, & clarius. 1. Ioan. 4. Qui ma-
net in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Se-
quitur adhuc dulcior quies, & somn⁹ per hoc, quod
omnes animæ vires atque potentia charitate ipsa
ligantur, & sub rationis imperio admirabili cōsen-
sione quiescunt, ita ut nullum faceat rationi & vo-
luntati negotium, de quo loquitur David psal. 126.
dicens, Cū dederit dilectis suis somnum (hoc est
animi magnam tranquillitatem & serenitatem) ec-
ce hæreditas domini filij merces fructus uentris,
quod magis explicat Paul. ad Philip. 4. dicēs, Pax
Domini, quæ exuperat omnem sensum, custodiat
corda uestra, & intelligentias uestras. Et quemad-
modum, authore Arist. somno corporis instauran-
tur corporis vires, ut ad labores alacriores & prō-
ptiores euigilemus: ita uiri iusti ex quiete contem-
plationis dulciq; somno reficiuntur, & ad capeffen-
dos labores promptiores surgunt. In summa quem
admodum

psal. 118.

psal. 4.

Esa. 48

1. Ioan. 4.

psal. 126

Philip. 4.

Aristot.

IN CANTICVM CANTICORVM

ad nodū sensus omnes ad suas functiones somnō ipso vegetantur & perficiuntur: ita virtutes omnes, quæ charitati inserviunt, gratissima hac quiete ad suas functiones maxime inflamantur. Sponsus igitur curat attentissime, ne somnus iste saluberrimus interrumpatur interposita obtestatione, dicēs: Ad iuro vos filiæ Hierusalem. Vbi animaduertendum est, quod plerunq; quando sponsa & iustus quisque in sinu & complexu sponsi dormit, nō desunt impij, & flagitiosi homines, qui illius quietem conentur interturbare, cuius rei & exemplum in regeſta, & figuram atque imaginem habemus Num. 13. & 14. Nam cū Deo iubente & imperāte antiquus ille populus paratus esset ad diuina mandata exequenda, & subiugandam vi & armis terram illā promissionis: profligatis inde impijs gentibus, & eorum ritibus atque idolis funditus expulsis: misit Moses exploratores, qui regionem illā perlustrarent, mores, ingenium, vires hominum illius regionis atente perspicerent, terræ quoq; fecunditatem, vrbium muros diligentius explorarent: illi vero redeuntes quāquā fatebātur regionem illam lacte & melle manare, esseq; vberissimam: terrebant tamen populum, illiusq; quietem & animi promptitudinē perturbabant, dicentes sese vidisse homines gigantea magnitudine, mōstra quædam formidanda. Terra, inquiunt, illa deuorat habitatores suos, tantum abest, vt eam nos vi & armis possimus obtinere. Cernitis homines flagitiosos & scelestos sponsæ quietem

Num. 13.

COMMENTARII. CAP. II. 107

quietem perturbantes. Hos imitantur illi, qui cū videant homines iustos ad exequenda diuina mandata esse paratos, illi principio ingenue fatētur in obseruatione diuinorum mandatorum nostrā sitā esse foelicitatem, terram esse fluentem lacte & melle: sed negotium hoc difficile esse & arduū, & quod nullus nisi giganteis viribus præditus possit aggredi: heu, inquiunt, quā difficile est nō retaliare iniuriam, & in conuiciantem non cōuicium regerere, coercere libidinem, iracundiam continere, & naturæ ad sensibilia propensæ vim inferre: in summa cōtra demones, mundum, & carnem continentur pugnare. Addunt quoq; naturam collapsam esse liberum arbitrium læsum, & sexcenta alia, quibus blandiuntur hominum peccatis. Quod si alienum restituendum sit, aut venia propter iniuriam illatam petenda: tunc novos modos excogitant, quibus eos à debito soluēdo possint liberare, de quib; Ezech. 13. dicitur, Vt illis, qui consuunt puluillos sub omni cubito manus: & ponūt cervicalia sub capite omnis ætatis ad capiendas animas, & violant me ad populum meum propter pugillū hordei, & fragmē panis, interficiunt animas, quæ non moriuntur, viuificant animas, quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendacio. Host est ergo sponsam dormientem suscitare. Sed quærere diuinæ sapientiæ alumnus solet, cur sponsus adolescentulas per capreas ceruosq; camporum obtestetur. Interpretes quidam nostri temporis nullum mysterium

Ezech. 13.

IN CANTICVM CANTICORVM

in hac adiuratione esse existimant, sed adiuratas fuisse virgines illas per capreas ceruosque camporum, quoniam cum agrestem vitam agerent, per illa animalia adiurantur, quæ in campis frequenter occurrunt. Quæ vero recentiores quidam exponunt de angelis, de prophetis, de Apostolis, per capreas ceruosque camporum significatis, inuenta esse & excogitata ab omnibus, non certa ratione tradita. Verum quoniam sancti patres Amb. Eusebius Cæsariensis. Greg. atque alij per capreas ceruosque camporum mysterium aliquod explicuere: nos eorum sequentes vestigia rem accuratius declarabimus. D. Bern. serm. 52. Super cant. per capreas, intelligit animas beatorum corpore exutas, per ceruos vero, sanctos Angelos qui nostri salutem prospicientes, per totum mundum, quasi per campum admirabili discurrent celeritate: animas vero à corporibus liberis capreis syluestribus comparat, quoniam sunt capree perspicacissimæ, quales sunt beatorum animæ diuino lumine illustratæ. Sponsam vero in sinu sponsi quiescere, & altissimarum rerum cõtemplationi vacare, nihil est aliud, nisi inter Angelorum & beatarum animarum choros versari: Adiurat ergo eas per conuentum sanctorum Angelorum & sanctarum animarum, vt sanctorum illorum auctoritatẽ reuerentes terreatur à quiete sponsæ perturbanda, & intercipienda. D. Ansel. in hunc locum, per capreas, ceruosque camporum, interpretatur viros virtute & charitate præstâtes, qui in ec-

Ambrosio
Eusebio
Gregorio
Bernardo

n. clm.

COMMENTARII. CAP. II. 108

clesia regendi munere, magna cum laude perfecti sunt, præsertim qui in contemplatione inter ceteros excelluerunt, vt Apostoli, Euangelistæ, & alij, qui doctores atque prophete. Capree nanque & visus perspicacia, & corporum mira agilitate sunt præditæ, ita vt summa velocitate altissimos montium vertices conscendant, & in pedes erectæ teneros arborum ramos carpant, facilique negotio per arduas rupes ad grata pabula sumenda adrepant: quæ omnia viros sapientia & virtute insignes videntur exprimere, eos præsertim, qui animarum sollicitam curam gerunt: hos enim oportet esse perspicacissimos cursu, & motu agiles, vt ad altissima fidei nostre sacramenta perueniendâ possint ascendere: quod si vulneretur aliquis peccatorum sagittis, cõtravulnera peccatorum poenitentia dicamur diligenter adhibeant. Ceruorum autem inter quadrupedia velocitas maximè celebratur, præsertim quando ceruas amant, & ardent, ad ipsas maxima celeritate feruntur, non rupibus, non torrentibus, non foueis retardantur, sed arbores, lutosa loca, vepres & torrentes transiliunt atque foueas, venenatis animalibus sunt infestissimi, quæ vbi deuorauerint, si veneno infectos sese & agitados senserint, velocissime ad limpidos fontes festinant, vbi & conceptâ visceribus sitim extinguunt, & à veneno liberati renouantur & reiuuenescunt, vt interim taceant, quod in fluminum transitu mutua sibi opem ferunt. Quæ omnia verã perfecti doctoris, & prælati imaginem

ambrosio

dd 4

non

IN CANTICVM CANTICORVM

non adumbrare solum videtur, sed ad viuum exprime. Nam oportet & doctores & prelatos cursu esse velocissimo, vt per sacre scripture campos discurrant, & ad vertices montium Euangelice perfectionis atque doctrine magna celeritate concendant. Vnde psal. 17. dicitur, Perfecit pedes meos tamquam ceruorum: & psal. 29. Vox domini preparatis ceruis: & psal. 103. Montes excelsum ceruis. Quod si in ceruis membrorum pulchritudinem & habitudinem inspiciamus, illi potius contemptum venatorum, quam fugam videntur imitari: ita viri doctrina & virtute prestantes demonum insidias, carnisque lasciuientis illecebras potius videntur contemnere, quam formidare: contra viperas autem & serpentes vitiorum, hi semper pugnant, vt venenata haec animantia destruant. Quod si interim veneno peccatorum tangantur, & agitentur: tunc ad Christum purissimum aquae fontem confugiunt, in quo vno renouantur, & reiuuescunt: amore vero summi boni incensibilis obiectis impedimentis retardantur: omnia superant, omnia transiliunt, lutosa loca, hoc est, irremediabilem libidinem, quam Ioan. 1. Cano. 2. appellat concupiscentiam carnis: transmittunt etiam spinas, hoc est, diuitias contemunt, quas Christus Matth. 13. comparauit spinis, foueas quoque, hoc est, honores transgrediuntur, in quas cadentibus maximum imminet periculum. Prudenter ergo sponsus adulescentulas obtestatur per capreas ceruosque caporum, ne quietem sponsae interturbent, hoc est, per viros virtute,

scientia,

COMMENTARII. CAP. II. 109

scientia, charitate, doctrina, & regendi prudentia insignes. Nam quando prelatus Ecclesiae, qui in sacris literis plerumque Ecclesia nuncupatur, quiescit in contemplatione & meditatione rerum diuinarum, res subditorum agit, quoniam vt dicebat Scipio apud Ciceronem, Vir sapiens nunquam est minus solus quam cum solus, nec minus ociosus quam cum ociosus: ita viri sancti in contemplatione hauriunt doctrinam, quam postea abunde disseminant: tunc cibos parant & condiunt, quibus mensam instruant subditis splendidam & lautissimam: tunc vasa implent vino selectissimo & gratissimo, quod suo tempore caeteris propinent: tunc retia reficiunt ad piscaturam: tunc gladios acuunt verbi Dei, vt corda transfigant auditorum, tunc instrumenta musica temperant, vt suo melode animos auditorum non solum demulceant, sed rapiant atque transformant. Merito ergo dicit sponsus, Adiuuro vos, &c. dicit vero, Donec ipsa velit. Quod vero praecipit sponsus, ne suscipient, nec euigilare faciant dilectam, donec ipsa velit: subindicat non esse quietem sponsae ante tempus rumpendam. Nam quemadmodum corporeus somnus interrumpi solet plerumque aduersa ipsius dormientis valetudine, prauisque humoribus & partium intemperie: sic etiam animi egritudo & turbulenti affectus tranquillitatem animi & serenitatem perturbant: & sicut illa euigilatio corporea molesta esse solet, grauis & saluti noxia: ita & haec spirituali saluti solet esse perniciofa. Suscitari etiam solent dormien-

Scipio.

ee tes

psal. 17.

psal. 29.

psal. 103

1. Ioan. 2

Matth. 13

IN CANTICVM CANTICORVM

tes aut strepitu, aut clamore, aut vellicatione, & cō
 motione corporis: sic homines (vt dicebam) impij
 sponsæ & sanctorum hominum quietem interrumpunt,
 quæ euigilatio saluti nocet. Tertio verò euigilare
 homines solent, postquã indigentia corporis
 satisfecerunt, & sponte sua sensus antea ligati rela-
 xantur, soluantur, & euigilant, quæ euigilatio placi-
 da est, grata & salutifera, & de hac sponsus in præ-
 sentia loquitur dicens, Adiuro vos, &c. ne euigila-
 rare eam faciatis, donec ipsa velit. Nam charitas,
 quæ vehementer impellit spōsam ad hoc, vt in spō
 si amplexu & sinu quiescat, ea etiam cū id postulat,
 subditorum indigentia & salus, illorum salutē om-
 ni studio & sollicitudine curās actiua vitæ negotijs
 implicatur, & subditorum condescendit miserijs.
*Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, tran-
 siliens colles: similis est dilectus meus caprea, hinnuloq;
 ceruorum.* Sponsa inter sponsi brachia & cōplexus
 altissimo somno capta, & dulcissima quiete per-
 fruens, vocem audiuit sponsi monentis adolescen-
 tulas, eisq; cū adiuratione interminantis, ne illius
 somnum prærumperent: qua voce vehementi læti-
 tia perfusa, inquit, Vox dilecti mei, quasi dicat, A-
 gnosco sponsi mei gratissimam & optatissimā vo-
 cem, nec vanis & leuibus adducor coniecturis, vt
 sponsi mei germanam & verissimam vocem hanc
 esse intelligam. Nam tam solcite & accurate mei
 animi tranquillitatem custodire, per strepentes &
 perturbantes arcere, & deterrere, quis alius potest
 nisi

COMMENTARIIL. CAP. II.

110

nisi spōsus ille charissimus & dilectissimus, qui ab
 ipso statim mundi principio vsque ad præsentia tē-
 pora meam salutem, quietem, & animi tranquillita-
 tem summo studio procurauit? Et quidem sponsus
 meus apud Ioan. 10. de seipso inquit, quod cogno-
 scit oues suas: oues vero agnoscunt vocem eius.
 Quid ergo mirum, si ego ouis huius pastoris cha-
 rissima, & dilectissima audio vocem pastoris, eam
 quæ agnosco? vox hæc est dilecti mei. Magnum est
 inter vocem sponsi, & vocem seu verbum hominū
 discrimen, & quemadmodum ex fructu arborē, ex
 vngue leonem, ex cantu auem deprehēdimus: ita
 ex suis effectis vocem sponsi à voce hominum dis-
 cernim⁹. Homines vero hoc loco appello eos, qui
 veteris hominis & terreni imaginē præferūt, suisq;
 vocibus cæteros ad illius antiqui hominis imita-
 tionem impellunt. Vox enim, quæ ab humano sen-
 su & affectu proficiscitur, excitat spōsam à dulci so-
 mno, illiusq; salutiferam & gratam quietem pertur-
 bat: voces hominum quales erant phariseorū pro-
 prijs cōmodis inseruiunt, & humanas traditiones
 diuinis legibus anteponunt: ea præterea quæ can-
 dido animo fiunt maxime criminantur, vt pharisei,
 qui accusabant Apostolos, quod illotis manibus
 manducarent, & quod vrgēte fame sabbato spicas
 triticeas manibus cōfricarēt: improbis vero ho-
 minibus blandiuntur, eorumq; flagitia conātur ele-
 uare, iuxta illud quod diximus Ezech. 13. Interfi-
 ciunt animas, quæ non moriuntur, & viuificant ani-

Ioan. 10

Matt. 15

Ezech. 13

Matth. 23. mas, quæ non viuunt: imponunt etiam humeris hominum onera grauiã & importabilia, quæ ipsi nec digitulo dignantur attingere. In summa humanæ voces conscientias torquent, terrent, & sedacunt. Vox autem spõsi plena est veritate, pietate, & consolatione: nam quâquam interim seueritatem diuine iustitiæ oculis obijciant, maior tamen cura est diuinæ vocis in proponenda diuina misericordia, bonitate & clementia, vt amore ad bene beateque viuendum incitemur. Vnde *psal. 44.* pater æternus alloquitur Ecclesiam dicens, Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: quia concupiuit rex speciem tuam: *psal. 84.* Audiam quid loquatur in me dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor: *Esa. 63.* Ego, qui loquor iustitiam. De effectis vero admirandis diuinæ vocis legatur totus *psa. 29.* vbi dicitur, Vox domini super aquas. Nam præterquã quod ibi significatur, quod in tonitruis ostendit Deus suam omnipotentiam & maiestatem, significatur etiam, diuinã vocem patris auditam in Christi baptismo, virtutemq; contulisse aquis regeneratiuam: quæ magna demonstratio est diuinæ magnificentiæ, cū in baptismo omnia peccata plenissime remittantur. Quod vero postea subdit, Vox domini confringētis cedros, indicat vim eximiam tributã voci Apostolorū, qui cruci Christi, mundi huius principes subiugarunt, eorumq; superbiam

*psal. 44**psal. 84**Esa. 63**psal. 29.**Bona pars
psa. 29. ex
ponitur*

perbiam cōfregerunt. Quod vero adiecit, Vox domini intercidentis flāmam ignis, significat: aut diuina virtute, & voce effectum fuisse, vt flāma ignis tribus pueris in camino ignis ardentis nō noceret: aut iras & ignes tyrannorum diuina voce fuisse intercessos: aut quod magis existimo, incendia libidinis, cupiditatis, & ambitionis, euāgelicę vocis virtute fuisse extincta. Et tãdem, quod inquit, Vox domini preparantis ceruos, &c. monstrat ipsos quoq; Apostolos prius diuina Christi voce instructos: postea Spiritus sancti magisterio, & voce eruditos ad prædicandum Euāgelium toto terrarum orbe fuisse preparados. Vnde sponsa huius vocis efficaciam & vim animo concipiens Cāt. 5. ait, Anima mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est. Neq; mirum si liquecat cera à facie ignis, quia de verbo Dei dicitur *psal. 118.* Ignitum eloquium tuum vehementer: & *psal. 21.* Factum est cor meum sicut cera liquefscens. Vt vero discrimē inter vocem hominū, & vocem Dei, Spiritu sancti penicillo descriptum vestris oculis presentem: legite quæ habentur *Exo. 3.* & 5. nam *Exo. 3.* ait Deus, Videns, vidi afflictionem populi mei, qui est in Aegypto propter duritiam eorum, qui præsumunt operibus: & descendi liberare eum, & deducere eum ex Aegypto in terram spatiosam, & fluentem lacte & melle: vbi singula verba sunt maxime expendenda: habent enim emphaſin & maxima significationū momenta, Vidēs vidi, hoc est, attentissime perspexi, & diligentissi-

*Cantic. 5**psal. 118**psal. 21**Exo. 3.*

IN CANTICVM CANTICORVM

me consideravi afflictionem populi mei, vbi agnoscis paternam sollicitudinem, & eximia viscera misericordię propter duritiem: exaggeratio est, & amplificatio Dei cōmiserantis sortem populi sui, quę improbi sine vlla misericordia affligebant. Quod vero intēdit Deus, est homines ex tenebris & peccati dura seruitute liberare, eosq; inducere in eternam beatitudinem. Exodi vero. 5. ostēditur qualis sit vox hominis, vbi dicitur, Præcepit Pharao præpositis operum, & exactoribus populi. Nō dabitis vltra huic populo paleas ad conficiendos lateres, sed ipsi vadant, & colligant stipulas, & reddāt eandem mēsuram laterum: nihil minuetis eis, quia vacant ocio, & dicunt: ibimus viam trium dierū. Ad viuum sub his verbis exprimitur quales sint mundi voces. *Ecce iste venit.* Audit prius sponsa vocē sponsi, deinde sequitur, vt venientem ad se spōsum intueatur. Nam vt Bern. acute obseruat prius audimus, deinde videmus, quia in patria videbimus eū sicuti est: & in vita etiam præsentī viri sancti prius diuinam vocem percipiunt, deinde quædam diuinæ bonitatis & misericordię ac iustitiæ effecta perspiciunt, dicēte Job. 42. Auditū auris audiui te, nūc autem oculus meus videt te: & Act. 2. Apostoli, ceteriq; sancti in cœnaculo confidentes prius audiūt vocem diuini Spiritus, Factus est repente de cœlo sonus: deinde certa quædam indicia intuentur præsentię Spiritus sancti, inquit enim: apparuerunt supra singulos eorum dispersitæ linguę, tāquā ignis: &

2^o. 5.

Bernard.

Job. 42

Act. 2.

COMMENTARII. CAP. II.

112

& psal. 44. dicitur, Audi filia & vide. Sponsa igitur prius audit vocem gratissimā spōsi: deinde magna cum voluptate videt sponsum ad se venientem & tantopere festinantem, vt comparet eum caprę, hinnuloq; ceruorum. *Ecce venit saliens in montibus.* Magna in his verbis sponsę mysteria continentur. Nam vt Greg. Nisse. Theodoretus, Beda, D. Tho. & D. Bern. exponunt, per montes hoc loco superni Spiritus, per colles autem veteris testamenti patres sanctitate excellentes significantur. Et quod, per montes, significantur angeli: liquet satis ex illo psal. 75. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: vbi per æternos mōtes, angelos exprimit: Esa. 55. Montes, & omnes colles laudabunt te, &c. Spōsus ergo dicitur saliens in montibus. Primum, quoniam diuinæ incarnationis mysteriū, per quod spōsus ad sponsam magna celeritate descendit, primū fuit angelis, quā hominibus reuelatū, dicēte Paulō 1. ad Tim. 2. Magnum pietatis sacramentum, &c. quod apparuit angelis. Vnde Aug. lib. 3. in Genes. ad literam. c. 19 docet hoc mysterium primū innotuisse angelis, & D. Tho. 2. 2. q. 5. art. 1. idem docet. Admiratur ergo & exultat sponsa propter immensum sponsi erga se amorem, qui, vt docet Paul. ad Heb. 2. non angelos apprehendit, sed semen Abrahę apprehendit: Transiliens ergo angelos, quibus primū ostendit hoc mysterium, in vterum Virginis descendit, ex qua suscepit humanam naturam, quod & Christus ipse Lucę. c. 15. expressit sub parabola

Nissenus.
Theodore.
Beda.
Bernard.
D. Tho.

psal. 75

Esa. 55.

1. Tim. 2

Aug. 8^o.

D. Tho. 2. 2.
q. 5. art. 1

Heb. 2.

Lucę 15

rabola

rabola pastoris, qui relictis in deserto nonaginta nouem ouibus, vnam errabundam solícite quæsiuit, eamq; humeris impositam in caulas ipsas reportauit. Dicitur vero in montibus saliens, primû, vt dixi, quia eis reuelauit mysteriû incarnationis: quemadmodum sol oriens prius montium cacumina illustrat, deinde colles, ac tandem totum illuminat subiectum hemisphærium. Et præterea dicitur, Saliens in môtibus, quoniam qui olim angelis hoc mysterium reuelauerat, & per eosdem, homines de redemptionis mysterio instruebat: iam nunc transiliens angelos, patriarchas, atque prophetas suâ exhibet præsentiam, & facie ad faciem cû sponsa loquitur. Per colles autem, quos transfiliuit sponsus, sancti patres patriarchas, & prophetas significari dicunt, & præsertim totam illâ seriem patrum, quos Matthæus & Lucas in genealogia Christi conscripserunt, nam omnibus illis transmissis, quibus de Christo facta fuit promissio, ex Virgine suscepit carnem. Vnde ipse apud Lucam. 10. inquit, Beati qui vident, quæ vos videtis: & Paul. ad Heb. 11. iuxta fidem defuncti sunt omnes, nimirum patres illi sancti veteris testamenti nõ acceptis repromissionibus. Suam ergo foelicitatem sponsa agnoscit, dicens, Ecce venit saliens in montibus, ecce venit trãsiliens colles. Hoc etiã describit Dauid psal. 18. Exultauit vt gigas ad currendam viam: à summo celo egressio eius: Sap. 18. Cû medium silentium cõtinerent omnia, & c. omnipotês sermo tuus dñe de celo

celo à regalibus sedibus in medium exterminij durus debellator profiliuit, gladius acutus in simulacrum imperium tuum portans: stans in terra pertingebat coelos. Vnde D. Tho. in hunc locum secutus vestigia antiquorum patrum, inquit, quod saliebat sponsus, quoniam è sinu patris profiliuit in vterum Virginis: ex vtero virginis tanquã sponsus procedens de thalamo suo reclinatus est per Virginẽ in præsepio: inde vero ductus est in templum æterno patri præsentandus, & oblatis muneribus redimendus. Quæ omnia explicatur ab eodem sponso Ioã. 16. Exiui, inquit, à patre, & veni in mûdum, & iterû relinquo mundum, & vado ad patrẽ. Magnus Gregorius in hunc locum inquit, qui saliebat in montibus, & transfiliabat colles, quoniam mysteria pertinentia ad redemptionem humani generis, non solum transcendent captum humani ingenij, sed etiã exuperant, & trãsiliunt supra acumen angelicę mentis, atque fastigium: beati nanque spiritus admirantur hæc mysteria, sed non plene assequuntur, neq; cõprehendunt. Quis enim aut hominû, aut angelorum comprehendere possit, quod immensus ille, quem coeli coelorum non capiunt, intra Virginis vterum concludatur? quod ortus ex Virgine illius integritatem non minuat, sed magis consignet? & quod in præsepio iacens hanc mundi machinã moderetur? & per stellam tres illos sapientes & potentes reges ad se trahat? quod in cruce pendens terram concutiat, lapides discidat, solem tenebris obducatur?

Similitudo

Matth. 1
Luc. 3

Luc. 10.
Heb. 11

psal. 18

D. Thom.

Ioan. 16.

Gregorius
Papa

Pleno.

IN CANTICVM CANTICORVM

ducat? quod in sepulchro sepultus propria virtute
resurgat? quod in coelum ascendat, ad dexteram pa-
tris consideat, & Spiritum sanctum mittat? Aut di-
citur, saliens in montibus, & transiliens colles, quo-
niam res admirandas sponfus in motibus peregit,
in quibus seipsum hominibus reuelauit, & in na-
tura humana in monte Euangelicam legem promul-
gauit, in monte ascendebat vt oraret, in monte etiam
coram tribus Apostolis fuit transfiguratus, in mo-
te Sion sacrosanctum sacrificium altaris instituit,
in monte Caluario seipsum patri obtulit sacrificium
cruentum. Verum in sacris literis per montes ple-
rumque aut opulente vrbes, aut florētissima regna, aut
reges ipsi, & huius mundi sapientes significantur:
Esa. 13. Babylon appellatur mons opulentus, cum ta-
men constet eam in plano loco fuisse sitam. Appel-
latur mons propter opulētiam & superbiam, & pro-
pter animos insolentes incolentium eam: *Esa. 40.*
Omnis vallis exaltabitur, omnis mons & collis hu-
miliabitur: *Abacuc. 3.* dicitur de Messia, quod con-
teret montes. Quod ergo inquit, sponsum salire in
montibus, & transilire colles, perinde est, ac si di-
cat: nullam esse humanam potentiam, opulētiam,
aut sapientiam, quæ Christi virtutem possit retar-
dare, aut illius cursum præpedire. Nam vt tacea-
mus, quod magna virtute Pharaonem submersit,
& reges illos in altissimis montibus terræ promif-
sionis habitantes deuicit, vrbesque munitissimas de-
struxit, atque subuertit. In Euangelica luce quot mo-
tes

Esa. 13

Esa. 40

Abacuc.

5

Exo. 12

COMMENTARIUM CAP. II.

114

tes altissimi propagationi Euangelij obiecti fuere?
nam Cæsares opposuere se Euangelio, potentia &
armis insuperabiles: philosophi literis & eloquen-
tia præstantissimi idolorum cultores, antiquorum
rituum tenacissimi: Pharisei, & Iudæi per hypo-
cristim omnibus artibus & falsa legis interpretatio-
ne atque hypocrisi Euangelio repugnantes: hære-
tici contra Petri nauiculam insurgentes: & tamē mā-
xima celeritate per tormenta, per supplicia, per ig-
nes, per gladios, per cruces sponfus properauit, &
totum terrarum orbem crucis subiugauit vexillo. Vn-
de Theodoretus exponens hunc locum, ait, quod
transiliebat colles, & saliebat in montibus Christi,
quando destructis templis, in montibus constructis
lucis & aris, omnis fuit idolorum cultura proffigā-
ta: dicitque Theodoretus, quod Simacus legit, Sa-
liens contra montes, & transiliens aduersus colles.
Et hæc quidem, si sit sermo de aduentu Christi per
incarnationem, ea quæ hoc carmine continentur
antiqui patres de aduentu sponfi, vt succurrat spon-
sæ interpretantur, cuius tanta est promptitudo &
celeritas, vt vere dicatur, Saliens in montibus, tran-
siliens colles, similis capræ hinnuloque ceruorum.
Cum enim auxilium petit sponsa, tam citus & festi-
nus adest, vt iacentem erigat, erectam confirmet,
confirmatam celestibus diuitijs exornet, exornatam
beatam efficiat. Accurrit vero opem imploranti tan-
ta velocitate, vt dicat per *Esa. c. 63.* Antequam cla-
ment, ego exaudiam, & loquentibus dicam: ecce

Theodore
114.

Esa. 63

adsum, id quod psal. 9. graphicè describit Regius
vates, Desiderium pauperis exaudiuit dñs: præpa-
rationem cordis eorū exaudiuit auris tua. Per mō-
tes vero peccata intelliguntur grauiora, quæ obij-
ciuntur Deo, quōminus nobis adsit, & affulgeat:
Esa. 59. Peccata vestra diuiferunt inter vos, & inter
Deum vestrum. Venit ergo sponsus saliens in mōti-
bus transfiliens colles, quoniam quāquā natura sua
grauissima peccata sint instar montium retardan-
tium & impredientium diuini numinis præsentiam
per gratiam: & cætera peccata lethalia sint, quasi
colles, quibus à Deo separamur, atque disiungi-
mur: ea tamen est diuinæ charitatis immensitas &
beneuolentia sponsi erga sponsam, vt mōtes & col-
les omnes transfiliat, vt sponsam in peccati cœno-
iacentem erigat, erectam amplectatur exosculetur
atque perficiat: quod Paul. ad Rom. 5. Apostolica
facundia declarat dicens, Cōmendat Deus chari-
tatem suam in nobis, quia si, cum adhuc inimici es-
semus, pro nobis mortuus est, multo magis iam iu-
stificati sanguine ipsi⁹ liberabimur ab ira Dei per
ipsum. *Similis caprea hinnuloq; ceruorum.* Apposi-
tissima similitudine exprimit sponsa velocitatem,
alacritatem, animi promptitudinem, qua sponsus
sponsæ suæ auxiliari solet. Cōparat enim sponsum
capræ, cōparat & etiam hinnulo, vel ceruulo ad pa-
rentis ceruæ vocem magna velocitate currēti. A-
moris vero magnitudinē nullo sensibili exēplo po-
tuit magis declarare, quā illo capræ erga suum ca-
preolum,

preolū, aut ceruuli erga suam matrem: in his enim
repreſentatur amor quo suprema feruntur ad infi-
ma producenda, conseruanda, & perficienda: & e-
tiam amor atq; impetus, quo infima, & à supremis
causis dependentia festinant, vt supremis iungan-
tur, vt ab eis conseruentur & perficiantur. Vt ergo
parētes filios incomparabili amore prosequūtur,
ita vt amor maternus in gallina naturam, mores, &
vires, ingeniumq; transformare videatur, illa enim
quasi audacissima aquila in eorum faciem euolat,
qui pullos subtrahunt. Comparat igitur spōsum ca-
præ, quæ ad capreoli balatum singulari velocitate
accurrit. Consulto vero capræ meminit, quoniam
illa prædita est perspicaci visu, & auditu acutissi-
mo: talis est sponsus. Comparat præterea spōsum
hinnulo ceruorum, qui ad matrem ceruā festinat,
vt ab illa lactetur: nam quāquam spōsus nihil incre-
menti aut perfectionis accipere a sponsa valeat, ta-
men de seipso inquit, Deliciæ meæ esse cum filiis
hominum: & Apoc. 3. Ecce ego sto ad ostium, &
pulsio: si quis aperuerit mihi, intrabo ad illū, & cœ-
nabo cum illo, & ille mecum. Hęc vero omnia quę
de incredibili amore sponsi erga sponsam, & Dei
erga peccatores hætenus à nobis sunt proposita,
quasi in breui tabella expressa, & suis numeris, cō-
figurata habemus Lucę. 15, in parabola illa pulcher-
rima filij prodigi, qui postquam totum peculium à
parente acceptum libidini & ventri indulgēs, dis-
sipauit: in rerum magna penuria constitutus, pascē

IN CANTICVM CANTICORVM

dis suis occupabatur, in quo sordido munere tā
 ra premebatur fame, siti, & frigore, & rerū omnium
 indigentia, vt compulsus graui miseria cœperit de
 pristina foelicitate cogitare, ac de reditu in domū
 paternam animo proponere ac decernere: eumq;
 redire inciperet, pater à longe prospiciens eum:
 vbi cernis capreæ naturam, quæ redeuntem filium
 à longe intuetur, & per hunc intuitum signifi-
 catur gratia præueniens, quæ à sanctis patribus
 excitās appellatur: & accurrens: vbi velocitas
 incomparabilis in exhibendo auxilio adiuuan-
 te explicatur. Nam quemadmodū nutrices, & blan-
 de matres si quando videant infantulum nutātem,
 citissime festinant, vt manu sustentēt, ne cadat: ita
 Deus recens conuersis velocissime manum poni-
 git, ne corruant, iuxta illud Iob. 15. Operi manū tua-
 rum porriges dexteram. Corruit pater præterea in
 collum filij, vt vincula peccatorum dissoluat, illud
 imitans: solue vincula coili tui captiua filia Sion:
 quemadmodum sanguis in timore refugit ad cor,
 quia indiget auxilio sanguinis, & in verecundia ad
 faciem, à qua subito ascendit sursum, ne detur va-
 cuum: ita Deus indigentibus summa celeritate au-
 xiliatur. Et significat hoc gratiæ auxilium protegē-
 tis & conseruantis. Et osculatus est eum, quo oscu-
 lo significatur auxilium gratiæ proficientis & cōsu-
 mātis. Et ne deessent cetera præsidia necessaria ad
 perseuerantiam, quæ Dei donum est maximum, &
 eximium, dixit ministris: cito proferte stolā primā,
 &c.

*Puichra si
 multitudo.*

Iob. 15

Esa. 2.

Simile.

COMMENTARII. CAP. II. 116

&c. Vbi obseruandum est, quod ministri Dei illius
 quoque debent & velocitatem in agendo, & arden-
 tissimam charitatē imitari, quemadmodū Genes.
 18. cū videret Abraham tres viros ad se diuertentes, ipse properauit domum & iussit Sarra, Accele-
 ra, &c. & ipse currens abiit ad gregem, & accepit
 vitulum tenerrimum, deditq; famulo, dicens illi, Fe-
 stina, &c. Ideo amor etiā vulgaris alatus pingitur.
 Ex quibus habemus exemplar quoddam perfectis-
 simam, quanta velocitate oportet nos ad Deū nos-
 trum inuitantem redire, vt dicere possimus cum David
 psal. 41. Quemadmodum desiderat, &c. & psal. 45.
 Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & vola-
 bo, & requiescam: Esa. 55. Sitientes venite ad
 aquas, properate, vt dicamur, similes esse ca-
 pree hinnuloque ceruorum. *En ipse stat post parie-
 tem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per
 cancellos.* Sponsa perstat in enumeratione eorum
 beneficiorum, quæ à sui amantissimo sponso per-
 ceperat. Illud vero hoc loco quasi eximitæ be-
 neuolentiæ & beneficentiæ certum pignus enar-
 rat: quod cum esset in maximis angustijs con-
 stituta, omnesque existimarent eam à spōso suo
 derelictam esse atque neglectam, qui suam ab ea
 præsentiam subtraxerat, tunc inquit illa: ipse sta-
 bat post parietem nostrum, hoc est, intra domū no-
 stram consistebat sponsus, & quid ageretur, quidq;
 paterer, respiciebat per fenestras, & per cancellos
 intuebatur more eorum, qui cū occultari ipsi vo-
 lunt,

Genes. 18.

*Amor ve-
 lox in agē-
 do*

*psal. 41
 psal. 45*

Esa. 55.

Genes. 18.

Genes. 18.

Genes. 18.

lunt, & quid agatur clare perspicere, vtuntur aut vitreis fenestris, aut reticulatis: hoc nãque artificio atq; industria vti solent plerunq; parètes ad explorandam filiorum indolem: & domini atque heri, vt feruorum fidem periclitentur: mariti quoq; vt certo cognoscant, quæ sit vxorũ pudicitia. Vnde Esa. 49. dicitur, Dixit Sion dereliquit me dominus, & & dominus oblitus est mei, nunquid obliuisci potest mulier infantẽ suum, vt non misereatur filij vteri sui? & si illa oblita fuerit: ego non obliuiscar tui: Esa. 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationib⁹ maximis recordatus sum tui, in momento indignationis abscondi faciem meam, sed in misericordia sempiterna auxiliat⁹ sum tibi. Hinc Paul. ad Rom. 5. Tribulationes expetendas esse ducit, dicens, Gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem, spes autem nõ confundit: Sapientia. 3. Deus tentauit iustos, & inuenit eos dignos se: & magnus Athanasius de D. Antonio refert, quod cũ ageret trigessimũ quintum annũ, essetq; in quodam oratorio constitutus, irruit in eum ingens dæmonum multitudo, quæ effigies atque figuras diuersarum bestiarum præferre videbatur: vbi rugiebat leo, & mortem minabatur, mugiebat taurus, exhibebat serpẽs, ululabat lupus, latrabat canis, omnesq; varijs modis sanctissimũ illum Antonium affligebant: ille autem inter vulnera Christi auxilium postulabat, cũmq; ex alto pro-

fligatis

fligatis tenebris lumen splenderet: illeq; sublati oculis Christum intueretur, dixisse fertur, Vbi eras domine Iesu? cur non affuisti, vt mihi inter tot vulnera opem ferres? Respondit Christus, Antoni hic eram expectans certamen tuum, & quia viriliter decertasti, faciam te in toto terrarum orbe nominari. Hoc etiam experta fuit antiqua Ecclesia: nam cũ præmeretur seruitute Aegyptiaca, & iã videretur ab eo relicta & neglecta, tunc audit vocẽ illam gratissimam, Videns vidi afflictionẽ populi mei. Alij patres exponunt hoc de Christi humana natura, quæ significatur per parietem nostrum. Nam quæ admodum paries oppositus impedit ne ea, quæ post parietem existunt, videantur: ita corporea natura impediēbat, ne diuinam in Christo latẽtem intueremur: Ioan. 1. dicebat Bap̃tista, Medius vestrum stetit, quem vos nescitis: sublato hoc pariete per mortem Christus fuit toti pene orbi terrarum manifestus. In natura ergo assumpta sponsum erat post parietem, sed respiciebat per fenestras, prospiciebat per cancellos, quia per admirabilia opera, quæ patrauit, ostendebat diuinam omnipotẽtiam. Tertio, per parietẽ intelligitur cõgeries peccatorũ nostrorum, de quib⁹ ait Esa. 59. quod diuidũt inter nos & Deum nostrũ. Hunc parietẽ dissoluit Christus per crucem, vt Paul. testatur ad Ephes. 2. Dicitur ergo stare post parietem, quia quãquã excãdescat & indignetur Deus propter peccata, facile tamen inclinatur ad misericordiam. Iudæi explicant

gg

hunc

Esa. 19.

Esa. 54

Rom. 5

Sapient. 3

Athanas.
de vita ma
gni Anto
nij.

Exo. 3.

IOANN. 1

Esa. 59

Ephes. 2

*Hebræorū
expositio* hūc locum de columna nubis, aut de tabernaculo
& propitiatorio, quibus quasi parietib⁹ occultaba-
tur Deus, sed se interim quasi per fenestras atq; cā
cellos demōstrabat. Mihi vero magis placet, vt in-
telligatur hęc de afsistentia Christi in altaris sacra-
mento, vbi sub illis speciebus cōtegatur Deus, ita
Esa. 45 vt cum Euangelico vate dicere valeamus, Vere tu
es Deus absconditus: respicit ibi nos per fenestras,
& prospicit per cancellos, quia suæ præsentia ma-
xima in hoc sacramento indicia solet præbere. Di-
citur præterea sponsus, prospicere per fenestras,
prospicere per cancellos, quoniam quandiu vitam
mortalem Christus agebat, in ipsis magnis operi-
bus suæ diuinitatis indicia maxima præstabat: & e-
tiam in cruce pendens tot exhibuit diuinę maiesta-
tis testimonia, vt Cēturio exclamaret dicens, Vere
Ioan. 21. filius Dei erat iste: sed clarius Ioan. 21. Thomas cū
& digitis clauorum fixuras tractasset, & manum in
aperturā lateris induxisset: exclamauit dicēs, Dñs
meus & Deus meus: *Iob. 36* In manibus suis abscon-
dit lucem, & præcipit ei vt iterum veniat. Nā Chri-
stus intra humanitatem tegebat lumen diuinitatis,
sed per digitorum ipsorum rimulas, hoc est, operū
diuinorum magnitudinem effulgebat & emicabat
splendor diuinitatis. *En dilectus meus loquitur mihi,*
surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea,
& veni. Si hæc cū ea expositione iungamus, vt præ-
cedentia verba exponantur de filio Dei in humana
natura, & de his, quæ Christus gessit in carne, pos-
sunt.

sunt optime omnia hæc verba accommodari, & in
sensu germano explicari de Virgine Deipara, quæ
postquam in vtero suo filium Dei cōcepit: mox ab
ipso filio excitata, & diuino spiritu afflata describi-
tur apud Lucam. c. 2. ascendisse in montana cum fe-
stinatione, vt cognatam Elisabeth visitaret, illi que
officiose inferuaret. Nam quemadmodum sponsus,
qui antea solícite curabat, ne vllus interpellaret
quietem sponsæ: postea incitat sponsam hoc sermo-
ne dicens, Surge, propera: ita etiã Deus opt. max.
qui per seipsum & per angelum Gabrielem Virgi-
nem instruxerat de altissimo incarnationis myste-
rio, quod intra illius vterum erat celebrandū: vbi
antiqua huius sacramenti vaticinia umbras atq; fi-
guras, omniaq; oracula impleta esse cernebat: ag-
noscebat rubum ardentem & incombustum, vide-
bat virgam ex radice Iesse pullulantem pulcherri-
mum florem producere: virgam Aaron subito flo-
res, frondes, & fructus proferre: gloriam Dei ingre-
di per portam orientalem, quæ tamen semper clau-
sa permanfit. Et in summa vterum suum verbi diui-
ni esse thalamum, & totius Trinitatis sacrosanctum
domicilium: agnoscebat mentem suam nouo lumi-
ne illustratam, affectum nouo igne inflāmatum cor
incomparabili lætitia circūfluere. Inter tot gaudia
& in tam dulci quiete excitatur à spōso & iubetur,
vt surgat, properet, & ad montana conscendens co-
gnatam suam inuisat. Verum hoc carmine Salo-
mon complectitur summā eorū omnium, quæ spō-

*Luca. 2.**exponitur
euangeliū
visti. uōis
B. Mariae
virginis**Exo. 3.**Esa. 11**Num. 17.**Exec. 44*

sus à condito orbe loquutus est sponsæ, nimirū vt
 surgat, vt properet, vt veniat: vt surgat à misera ser-
 uitate Aegypti, vt festinet iugum seruitutis excu-
 tere: & tandem ad Deum inuitantē perueniat: hoc
 nanq; præfigurabat typici illius agni manducatio,
 quē iubēte Deo, illi festinātes comedebāt: voluit
 q; ipse, vt Aegyptij impulsores esēt & authores, vt
 Hebræi, magis ac magis fugam celeriter caperent,
 hortatur sp̄sus Euāgelicam Ecclesiam, vt surgat,
 properet, & ad ipsum perueniat. Initium enim præ-
 dicationis Christi à pœnitentia sumitur, per quā à
 peccato surgimus, iuxta illud Paul. ad Ephes. 5. Sur-
 ge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit
 te Christus. Sed proposita diuina beatitudine, præ-
 mio q; incomparabili, ad quod per Christū nobis
 aditus patet, festinat sponsa: cū tamē antiqua illa le-
 gis seruitute pressa, & multorum præceptorum pō-
 dere præpedita, lento gradu progredieretur: nostra
 vero, cui contigit & cumulatio gratia & præcepta
 suauissima, nō currit, sed euolat, iuxta illud Esa. 40.
 Qui sperant in dño, volabunt vt aquilæ: & Pro-
 uerb. 4. Duceam te per semitas æquitatis, per quas
 cum gradieris, non habebis offendiculum. Ami-
 ca mea, columba mea, formosa mea, surge, inquit,
 per pœnitentiam, vt reconcilieris Deo, & amicitia
 cum illo inuas, atque ita amica et sis, & dicaris: Pro-
 pera, vt columbam in velocitate volatus imiteris
 de qua Dauid ait, Quis dabit mihi pennas sicut co-
 lumbæ? psal. 52. Veni, vt mihi coniuncta per chari-
 tatem:

tatem, quam Paul. ad Colos. 4. appellat vinculum
 perfectionis, & tu perficiaris. Cū nq; charitas etiā
 forma sit, decus, & splendor virtutum omnium, tu
 mihi per charitatem copulata sis omnium foemina
 rū pulcherrima. Præterea his titulis blādis & amo-
 ris plenis sp̄sus insinuat sponsæ causas propter
 quas oporteat sponsam surgere, properare, & veni-
 re. Surge, inquit, amica, quasi dicat: indignū est ac-
 turpe eam in profundo peccatorū iacere, & in for-
 dido libidinū coeno volutari, quā ego ex ipsa eter-
 nitate designaui mihi sponsam peculiari amicitia,
 mihi iungendā, iuxta illud Iere. 31. In charitate per-
 petua dilexi te: ideo attraxi te miserans: Deut. 7. Si
 feceritis quæ ego præcipio vobis, eritis mihi popu-
 lus peculiaris: Ioan. 15. Vos amici mei eritis: clari⁹
 eodem. c. iam non dicam vos seruos, sed amicos,
 quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vo-
 bis. Properandum vero docet, quia colūba. Nam
 Deus Ecclesiæ suæ impartitus est Spiritū sanctū,
 cuius symbolum Mat. 3. colūba prætulit, quid aliud
 effecit nisi imprimere ipsi impetū vehemētissimū
 quo semper ad sponsum curreret & euolaret? vnde
 volatus columbæ perniciosissimus est, & rapidissim⁹.
 Columba præterea, quæ vt extat Genes. 8. missa est
 à Noe, vt per illam exploraret, vtrum cessasset dilu-
 uium: cū omnia aquis inundarent, non habens ybi
 quiesceret, ipsa magna velocitate ad arcā recurrit:
 cū coruus carniuorus corporibus hærens, ex arca
 dimissus nunquā redierit. Properet ergo columba

Coloss. 4

Deut 7

Ioan. 15.

Matth. 3.

Genes. 8.

IN CANTICVM CANTICORVM

& ad sponsum redeat, qui eam aperta fenestra, sicut alter Noe gratanter excipiet. Cui rei alludēs Esa. c. 60. aiebat, Qui sunt isti, qui vt nubes volāt, & quasi columbæ ad fenestras suas. Verū sicut psa. 67. canit Dauid: festina, ait sponsus, colūba mea, quoniā habes pēnas argēteas, in dorso tamē tuo flauescit atq; fulgescit aureus color & nitor, hoc est: prope- randū tibi & volandū est in vita præsenti per labo- res, & etiā considerationem diuini præmij quæ in pennis argenteis colūbæ significatur: sequetur po- stea optimum, & immēsū præmium significatum in pallore auri. Et volatus quidē hic atq; labor bre- uissim⁹ est, præmiū sempiternū dicēte Pau. Momē- taneū hoc, & leue tribulationis nr̄e, æternū gloriæ pondus operatur. Vt vero veniat vrget, & impellit, quod formosa mea sis, ac si dicat, primū, quod ab ipso mundi principio tot tantisq; modis ego te cō- decorauerim: primū fidem, spem, charitatē, & om- nes internas virtutes infuderim: deinde p̄prio san- guine, ipsaq; vita mea tuam pulchritudinē auxerim atque perfecerim. Vnde hoc amplificans Ioan. A- p̄oc. 20. ait, Vidi ciuitatem sanctam Hierusalē des- cendentem de cælo, ornatā & paratam à Deo, sicut sponsam viro suo: & ad Ephes. 5. Christ⁹ dilexit Ec- clesiā, & tradidit semetipsum pro illa, vt exhiberet sibi sponsam sanctā & immaculatā nō habentē ma- culā neq; rugam. Quod si hęc inuitatio, & suscita- tio sponsę intelligatur à lecto florido sponsi, & dul- ci quiete cōtemplationis: surge, ait sponsus, Relin-
quero

1/a. 60
Hjal. 67

Apoc. 20.

Ephes. 5

COMMENTARII. CAP. II.

129

quiro cōtemplationis ocium gratissimū, quia ami- ca es. Charitas vero nō quærit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, teste Pau. 1. ad Cor. 13. Propera autē, quia columba: quæ cū foecundissima sit proli sem- per inferuit, amori semper indulget, & foetum aut concipit, aut edit, aut nutrit, & perficit. Vnde Pro- uerb. 6. Fili mi si sponderis pro amico tuo, festi- na, fugiat somnus ab oculis. Vnde authore Aristot. & Plinio, si quando columba segnior est, & ad nidū ire recusat: columbus eam rostro feriens ad nidū abigit & instimulat, vt pullos curet. Sponsus ergo instar columbi suam columbam hortatur, vt prope- ret, & subditorum saluti diligenter incūbat. Quod vero formosam appellat, monet, vt cū ipse sponsa imaginem suam impresserit, gratiæq; nitorē & de- corem contulerit, efficiat ipsa, vt cū sponso cōiun- cta hanc imaginem ad viuum exprimat. Cū ergo ip- se propter salutem nostram de cælo descenderit, veneritq; ad nos saliens in montibus, transiliensq; colles, similis capræ hinnuloq; ceruorum: ipsa ma- gna velocitate ad sponsum festinet. Quāquam ex- hortatio hęc sponsi, vt surgat sponsa, festinet, & ve- niat, significatio est amoris ardentissimi, quo ille- vult, vt sponsa nihil aliud appetat, amet, aut quærat, nisi sponsum: hac nanq; ratione eam appellat amica- cam, columbam, formosam, suadetq; vt surgat, prope- ret, & veniat. Colūba sane & columbus semper in
mutuo murmure mutuisq; osculis in amore ma-
nēt & pudicitiam ac fidē sibi inuicem seruant: alsi-
det

1. Cori. 13.

Prover. 6

Aristot.

Plinius.
Simitum-
do

2. 1. 10. A

Nota.

dēt semper columba iuxta columbum, eumq; infe-
quitur, & vt experimento constat, sapientesq; viri
iam olim obseruauerunt, si quando columbus disce-
dit, tantulumq; seipsum subtrahit à cōspectu colū-
bæ: tunc rediens mala quadā suspitione tactus, & ze-
lotypia incitatus tumescit illi pectus, & raucū ne-
scio quid fremens, iram indicat, & impotētis peo-
ris indignationem: caudaq; humū tangens ipsamq;
columbā circūueniens, rostro illā atq; alis acriter
ferit: quasi violatę pudicitiaē & fidei pēnas ab inno-
xia repetēs: illa vero percussa neq; discedit, neq; se
à cōspectu colūbi subtrahit, neq; referit innoxiam
percutientē, quousq; māsuetudine sua atq; patiētia
ille tandē pacatur, atq; mitescit: & sinistrę suspitio-
nis oblitus, colūbæ recōciliatur: iterūq; rostro oscu-
la iungunt, mutūq; benevolentiaē exhibent signa.
Quę omnia, si de Christo & Ecclesia intelligantur
magna cōtinent sacramenta. Illud in sūma dicam⁹,
quod cū hortatur, vt surgat, properet, atq; veniat,
colūbi munere fugitui ad se inuitantis colūbam.
Surge ergo aīville, quoniā hora est iam nos de so-
mno surgere, ad Rom. 13. Propera, quoniā via lōga,
vita breuis, multa pericula, nocturnę vero tenebrę,
mortisq; tempus maxime properat: veni filia ad pa-
trem, spōsa ad spōsum, egra ad medicū, exul ad pa-
triā, & inter procellas iactata vitę pręsentis ad por-
tum tranquillum, atq; securum. *Iam enim hyems trā-
sūt, imber abiit & recessit. Flores apparuerunt in terra
nostra: vox turturis audita est in terra nostra, tēpm pu-
tationis*

tationis aduenit, ficus protulit grossos suos, vineę flo-
rentes dederunt odorem suum. Grata ac peruenusta
vritur metaphora sponsus à descriptione verni tē-
poris, qua allicere conatur sponsam, vt relicta do-
mo & fumosis tectis in late patentē cāpū prodeat,
ibiq; per amēnos agros cū sponso spatietur, & dul-
ces sermones habeant de extincta seruitute, de op-
tatissima libertate, iustitia, & vita æterna, spōsi sin-
gulari beneficio obtinēda. Et ne spōsa causari pos-
sit tēporis inclementiam, quæ illā vel inuitā intra
priuatos parietes detineat, adijcit: Jam hycmē trā-
sisse, imbres & niues cessasse, quę iter agētibus, aut
extra domū existētibus impedimento esse solent.
Depingit vero admirabili facundia verni tēporis
gratiam, vt seruet personę decorum, hoc est, pasto-
ris, cui nō potest facies verni temporis nō esse gra-
tissima, cū tunc maior herbarū copia sit, serenitas
lētior: & omnia vbertatē pascendo pecori aptissi-
mā polliceri videantur. Vnde Palēmō ille Virgi-
lianus canebat, Et nunc omnis ager, nūc omnis par-
turit arbor, nunc frondent syluæ, nunc formosissi-
mus annus. Cū enim spōsus excitet spōsam ad am-
plexus castissimos: nihil tātōpere allicit in homini-
bus & ceteris animātibus affectū amoris, atq; san-
guinis illa cōmotio, quæ fit redeunte vere. Nūc au-
tem mysteria, quæ sub his carminibus delitescunt,
in lucem eruere cōtendamus, primo tamen obser-
uandū est, quod plerūq; sacrę literę ex mūdi opifi-
cio, rerū natura, tēporum vicissitudine conatur ho-
hh mines

IN CANTICVM CANTICORVM

mines erigere ad opificis ipsius sapientiam virtutē & pulchritudinē cognoscendā, admirandā, suspi-
ciendam, & amandam, quod efficit Spiritus fan-
ctus hoc loco, cum depingit nobis virentem ter-
ram, agros amenissimos, florentes arbores, can-
tilantem turturem, nidificantes aues, mellificantes
apes: & in summa omnia vernātia & ridentia, attol-
lere nos intendit, atque inflāmare ad sapientissimi
Dei amorem, qui hęc omnia singulari artificio ef-
fecit atque disposuit: id quod pręstitisse etiā vide-
tur Christus apud Matth. c. 6. qui vt nos omnia de
æterno patre bene sperare iuberet: nunc mittit nos
ad auiculas contēplandas: nunc ad consideranda li-
lia agri maxima pulchritudine prędita. Quod ergo
inquit: hyemē iam abiisse, imbres cessasse, & dura
illa atque importuna cęli missilia: qualia in bruma
solent cōtingere iam pręterijisse, significat, post vi-
tę pręsentis labores in futuravita omnia nobis cō-
cedenda fausta atque lētissima. Nam quēadmodū
in hyeme arbores prima facie vidētur quasi mor-
tuę, vites incultę, & omni decore destitutę, turtur
quoque (si Arist. cęterisq; naturę indagatorib⁹ cre-
dimus) muta est, implumis & męsta: appetente au-
tem verno tempore arbores reuiuiscunt & reuiref-
cunt, frondescūt vites, & fructus parturiunt. Quod
si quęras, brumali tēpore vbi erat foliorū appa-
tus, florum pulchritudo, & fructuum suauitas. Res-
pōdebis facile, quod in radice, in terrę gremio, in
naturę sinu, in arboris visceribus recondebantur:

Matth. 6.

Nota.

ita

COMMENTARII. CAP. II.

122

ita quādiu in vita pręsenti sumus: imbrib⁹, niuib⁹,
varijsq; laboribus affligimur, sed accedēte statu il-
lo foelicissimo: tunc beati in summā illam foelicitā-
tem erumpunt, dicēte Paulo ad Colof. 3. Mortui su-
mus, & vita nostra abscondita est cū Christo in glo-
ria: cū autē Christus apparuerit vita nra, tūc & nos
apparebim⁹. Erat ergo nostra beatitudo in Christo
nium bonorum fonte, in diuina prouidentia, in ar-
canę prędestinationis recessu, in meritis nostris:
quę omnia in patria non germinabunt solū, sed dul-
cissimos fructus ferēt. Veniet, veniet postea aurea
illa dies per vernum tempus significata, in qua im-
bres, niues, & rigidę pruinę pręsentium miseriarū
discedent: succedet vero futurę beatitudinis fere-
nitas, & perpetua lētitia: tunc flores apparebūt in
terra nostra, tunc viror, venustas, & totus ille appa-
ratus cęlestium arborū effulgebit, tempus tūc pu-
tationis adueniet, & improbi homines tanquam
steriles & infructiferę arbores refecabūtur, æternis
ignibus cōmittendi: tunc turturis gemebundę filē-
tium in lætum illud carmen soluetur: Nisi quia dñs
erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia dñs erat in
nobis. Cū exurgerēt homines in nos, forsitā viuos
deglutissent nos: tūc admirabilis illa ficus, quę mū-
di iudicio sterilis & inutilis videbatur, erumpet in
fructus dulcissimos: tunc vineę florentes suauissi-
mum odorem spirabunt. Huius vero rei nō tam vm-
brā, quā expressam imaginem habemus in antiqua
illa Ecclesia, quę quādiu laboriibus ac miserijs, du-

Colof. 3.

psal. 123

Exo. 2.

hh 2

raq;

IN CANTICVM CANTICORVM

raq; seruitute sub tyrannide Pharaonis affligebatur, versabatur in hyeme: cū vero fuit in libertatē asserta, tunc verni temporis successit illi serenitas. Vnde magno cōsilio Deus opr. max. populum illū ab Aegyptiaca seruitute mense Martio liberauit, quo sub lunaria omnia incipiunt reuiuiscere, & reuiuiscere, frondescunt arbores, gēnas parturiunt, & fructus pollicentur in floribus: quoniam post adeptam libertatē populus ille & gratiori pace fruebatur, & Deo sacrificiorum, & victimarum fructus offerebat. Vnde Deus crebro refrenat huius mensis Martij memoriam, dicēs, Mensis iste principiū erit vobis in mensibus anni. Quāobrem eodem mense filius Dei carnē ex intemerata Virgine suscepit: eodemq; etiam per crucē & mortem nos a peccato & diaboli tyrannide liberauit, vt ipsa tēporis ratio, quo hęc beneficia nobis fuere collata, demōstret homines iam tunc deposito peccati frigore in nouā creaturam fore renouādos: & sicut tunc omnia reuiuiscunt & reflorescūt, etiā illa, quę emortua videbantur iacere: ita omnes in nouam creaturā per baptismum & gratiam resurgamus. Ambrosius vero. 4. Exameron. c. 5. putat, per hyemē, statum antiq; legis, siue naturalis, siue scriptę: per vernum tempus, Euangelicę legis foelicissimum statum significari, idque appositissime: quoniam in hyeme sol, quia in meridiano à nobis discedit, tūc terra frigore rigescit, & gelu cōstringitur, & brumales ventorum flatus niues, & imbres diffundunt, vmbra;

Exo. 12
Mēse Martij
Christus
incarnatus
& crucis affixus.

Ambrosius.

COMMENTARII. CAP. II.

123

bræq; longiores nobis imminēt, & nubila, maioræq; sunt noctis spatia, quā diei: in æquinoctio vero Martij sole ad nos sensim paulatimq; recurrente fit mitior temperies: sequiturq; aura clemētior, quę efficit, vt cōmissa sulcis semina erumpant, germinent, & maxime crescant, totamq; terram vbertate lætificent. D. Bernardus serm. 58. in Cant. ait, hyemem symbolum esse temporis passionis Christi: verum signum esse resurrectionis. Et quidem cū mense Martio Christus passus fuerit, Ioan. 18. ait, quod hyems erat, & Petrus cum ministris Pontificis foco absidens calefaciebat se, nimirum quia tunc Petrus frigidus erat, nō solum corpore, sed corde. Vnde Matth. 24. & Marci. 23. ait, Orate ne fuga vestra fiat hyemē. Hyems ergo erat tempus dñicę passionis, quoniam discipuli eo relicto omnes fugerunt, misilia cœli, quę Christum affligebant, erant colaphi, sputa, flagella, & spinea illa corona, qua sacrosanctum illud & angelis tremendum caput pungebatur: flatus vero hyemales, imbres atq; niues diffundentes, erant voces i læ impię, Tolle, tolle, crucifige eum: Vnde psal. 64. Christus ipse inquit, Saluum me fac dñe, quoniam intrauerunt aquę vsque ad animam meam. Sed hyems ista adueniente die resurrectionis lætissima & faustissima abiit & recessit: tūc reflorescente carne Christi, & admirabili gloria refulgente simul cum illo multa sanctorū corpora magna cum luce, claritate, & gloria surrexerunt, & apparuerunt multis. Concinit ergo cum

Bernardus

Ioan. 18.

Mat. 24

psal. 64

IN CANTICVM CANTICORVM

carmine spōsi, Flores apparuerunt in terra nostra. Erant etiā flores illi, qui in principio nascentis Ecclesiæ ad fidem conuertebantur: nā Act. 2. tria millia, Acto. 4. quinque millia hominum ad Ecclesiā illiusq; fidem confluxerunt. Sed mihi inter cætera maxime arridet eorum iudicium, qui existimāt spōsum hoc loco certas notas luminaq; clarissima exhibere sponsæ, quibus statum antiquæ legis à statu Euāgelicæ legis possit discernere. Nam illi, qui antecesserunt Christum, siue in lege naturæ, siue in lege scripta, in hyeme versabantur, quod facile licebat deprehendere, quoniam tūc timor dominabatur, dicente Pau. ad Rom. 7. Non accepistis spiritū seruitutis iterum in timore: frigescebat charitas & diuinus amor, aut lāguescebat propter absentiam veri solis Christi. Nūc autem præsente Christo, illiusq; luce iusti illustrati clementissima Spiritus sancti aura perfruuntur, quæ tenui susurro ac sibilo frigiditatem depellit, ita ut iusti quasi in uerno tempore admirabiles virtutum & meritorum fructus producant. Secundum uero signum est, quod imbres ac niues discesserint, qui ante aduentum Christi inundabant & hominibus semper impendebant: flabāt enim tunc horridi cōminationum venti, qui importanis pluuijs, niuibus, & pruinis terram replebant, eamq; non succulentam, sed lutulentā efficiebant, non fœcundā, sed sterilem & infructiferam: unde psal. 13. ait Dauid; Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum. Quem

locum

COMMENTARII. CAP. II.

124

locum profert Pau. ad Rom. 3. Probaturus ex antiqua lege nō esse iustitiam. Nō est iustus inquit, nō est intelligens, non est timens Deum: Osee. 4. Nō est ueritas, non est iustitia, nō est misericordia. Homicidium, & adulterium, & furtum inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra. ita ut uere impletum esse censeamus illud Genes. 7. Aquæ uehementer inundauerunt, & omnia aquis plena erant super terram. At affulgente Christo magna serenitas cōsequuta est, iuxta illud Esa. 30. In die illa erit lux lunæ: sicut lux solis, & lux solis septemplex in die, qua alligauerit uulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit. Prosequitur sponsus & monstrat tertium signum, Euāgelicæ gratiæ flores apparuerunt. Nam ut interim taceamus ipsum Christum, qui in principio huius capitis, inquit, Ego flos cāpi. Flos, inquā, pulcherrimus, à quo cæteri iusti pulchritudinem, odoris suauitatem & salutiferam vim mendicant: Virginem quoque deiferam, de qua idem sponsus ait, Sicut liliū inter spinas. Fides exigua & charitas, quæ tunc erat nato Christo in Bethlehemitica regione seruatoris nostri: flores apparuerunt, scilicet, numerosus ille innocentum chorus, de quibus August. ferm. 1. de Innocentibus ait, quod sunt primæ florentis Ecclesiæ gemmæ, seu flores, quos persecutionis Herodis pruina decoxit: quibus quadrat illud Esaïæ, Ante messem totus effloruit. Quem

locum, etsi interpretes antiqui exponant de admirabili

Acto. 2.
Acto. 4

Rom. 7

psal. 13

Rom. 13

Osee. 4

Genes. 7

Esaï. 30.

August.

Esaï. 3

IN CANTICVM CANTICORVM

rabili vbertate, & bonorum cœlestium affluentia, quæ contigit à principio nascentis Ecclesiæ: aptissime tamē accōmodatur Innocētib⁹, qui antequā rationis vsus in illis maturefceret: voce atque animi proposito Christum possent confiteri, martyrij cruore tincti, veluti rosarum manipuli in Ecclesia Christo sunt consecrati. Quāquam verba hæc melius exponūtur de multiuarijs floribus, qui in Euāgelicæ Ecclesiæ horto efflorescunt. Sunt enim in Ecclesia Christiana variæ areolę diuersis floribus vernantes, quibus Ecclesiæ pulchritudo maxime consistit. Vt enim interim omittamus Apostolicū fenatū, qui cæteris in Ecclesia dignitate & sanctitate antecedit: habent suam areolam martyres purpureo sanguine florentes, suā habent virginū chorus, quę quasi lilia cādidissima virgineo pudore nitent: est & data sua areola poenitentibus, & monasticam vitam profitētibus, qui vitæ asperitate multisq; ieiunijs carnem macerantes, veluti flores quidam pallescunt: doctores atque confessores, qui vitæ & doctrinæ luce in sua areola vehementer rutilant. Vnde Cant. 6. aiebat sponsa, Spōsus meus descendit in hortum suum, in areolam aromatū, vt vescatur illis, & lilia colligat. Quartum vero signum est, quod tempus putationis aduenerit: nā Christi doctrina toto orbe propagata, amputauit primo falsas pharisæorum interpretationes, vt dixit Christus Matth. 5. Audistis quia dictum est. Vbi anti- qui perperā decalogi præcepta interpretabantur, dicentes,

Cant. 6

COMMENTARII, CAP. II.

125

dicentes, Diliges amicum. Quæ adulterina expositio amputata est per Christum, Ego autē dico vobis. Resecatę etiā sunt superstitiosę traditiones maiores, vt constat Matth. 15. vbi Christus amputat traditiones quasdam pharisæorum, adiecitq;: Omnīs plantatio, amputatæ etiā sunt leges, quæ ad sacrificia, cæremonias, & antiquum ritum pertinebant, dicēte Pau. ad Heb. 7. quod reprobata sūt antiqua mandata propter infirmitatem suam & inutilitatem: & Esa. 10. inquit, Consumatio abbreviata inundauit iustitiam. Est etiā status Euāgelicus putationis tempus, dicente Christo Matth. 10. Nō veni pacem mittere, sed gladium: veni enim separare filium à patre, sponsum ab sponsa, & Matth. 18. Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, Et quod ego magis existimo, tempus Euāgelicæ putationis dicitur, quoniā Christiana vita in abdicatione bonorum temporalium, & terrenorum affectuum amputatione cōsistit: de quo lege Pau. ad Rom. 2. vbi docet, veros circumcisos eos esse, qui veram Euāgelicam perfectionem obseruant. Hæc vero amputatio frequentissima esse debet, quoniam vitia semel amputata pullulant, fugata redeunt, mortificata reuiuiscunt: & quia crebro pullulant, frequenter amputanda sunt: imo semper velis, nolis, intra fines tuos habitat Iebusæus, Cananæus, & Pherzeus, quibus cū tibi pugnandum est: vitiorum igitur pullulantium capita statim rescindantur. Quintum si-

Matth. 15.

Heb. 7

Esa. 10

Matth. 10.

Matth. 18.

Rom 2

Quintum

Hilarius.

IN CANTICVM CANTICORVM

antiquissimo & sapientissimo auctori placet, pro
 floribus poma producit, quæ successu temporis na-
 scentibus veris fructibus arescunt, & decidunt: in
 Hispania vero plerunq; maturescunt, & magnitudi-
 ne præstant, breuiq; vocantur: forte quod cito pro-
 ueniant, breuiq; tempore maturescant. Cæterum
 apud veteres patres, grossi, ficus significant imma-
 tuos & acerbos. Vnde, per ficum proferentē gros-
 sos suos, veteres patres intellexerunt Iudaicū popu-
 lum, qui nunquā maturos, Deoq; gratos fructus pro-
 tulit, sed semper immaturos & acerbos. Quā arbo-
 rem representabat ficus illa, cuius fit mētio Matth.
 21. quā Christus aspectans à longe abiit: cumq; in-
 ueniret folijs virentem, nullosq; habētem fructus,
 maledixit illi, & statim exaruit. Christus enim popu-
 lo Hebræo, priusquā cæteris nationibus Euangeli-
 cam legem promulgauit, quæ deprehēdit cæremoni-
 arum folijs luxuriantem, & sacrificiorum ritibus
 virentem: bonorum tamen operum, ac meritorum
 fructu destitutum: quapropter ille maledixit, ita
 vt exaruerit populus ille: quod & discipuli vehemē-
 ter mirantur. De hac ficu ait modo sponsus, quod
 protulit grossos suos, hoc est, ficus immaturos &
 acerbos. Quod sub alia metaphora exponit Deus
 apud Esa. c. 5. dicens, Expectaui, vt faceret uvas,
 & fecit labruscas: cui consonat testimoniū Stepha-
 ni Act. 7. dicētis, Vos semper Spiritu sancto restiti-
 stis, sicut & patres vestri. Quem prophetarum non
 occiderūt patres vestri? Dicit autem de præterito,
 protulit,

Matth. 21

Esa. 5.

Act. 7

COMMENTARII. CAP. II.

protulit, sicut dicimus: fuit Illiū, iam cæremonialia
 omnia cessauerunt: iam superuenientibus veris fi-
 cubus acerbi illi fructus exciderunt. Verum cū cæ-
 tera indicia verni temporis, hoc est, Euangelicæ le-
 gis, quæ nobis hoc loco recēsentur, læta sint & fau-
 sta: videtur quod nolit sponsus hoc loco acerbita-
 tis & impietatis veteris populi recordari, præfer-
 tim, quia in Hebræo quod nos legimus, protulit,
 quidam docti legunt, cōdiuit dulcorauit, & ad ma-
 turitatem produxit grossos suos. Quia quāquā ma-
 ior pars illius Hebræi populi Christum, illiusq; do-
 ctrinam repudiauerit, tamen discipuli & Apostoli
 Christum, illiusq; doctrinam libenter receperunt.
 In illis ergo ficus protulit, & ad maturitatem perdu-
 xit grossos suos, de quibus intelligendū videtur il-
 lud Micheæ, 7. Ficus præcoces desiderauit anima
 mea: maturuere, & dulcorati sunt hi ficus suauitate
 Spiritus sancti, iuxta illud Act. 9. Ambulabat Ecclesia
 in timore dñi, & consolatione Spiritus sancti, & O-
 see, 9. Quasi prima poma ficulneę in cacumine eius
 vidi patres eorum. *Vox turturis audita est in terra no-
 stra.* Sextum signum est, quod vox turturis audita
 est in terra nostra. De turturis natura figura, fide, ca-
 stitate, & cantu multa superius dicta sunt, quæ hoc
 loco repetenda non sunt. Id tantum obseruandū est
 turturis cantum potius tristitiam præferre, quā
 lætitiā: indicem tamen esse ameni tēporis. Solor
 vero turtur hyemali tēpore cōmorari in secretis,
 & remotis locis: vere tamen iuxta vias ingemiscit

Mic. 7.

Act. 9

Osee. 9

IN CANTICVM CANTICORVM

& canit. Turtur ergo præfigurabat sanctum illū Ba-
 ptistam, & Christi præcursores Ioannem, qui an-
 tequā Christus Redemptor noster in publicū pro-
 dieret, longo tempore altum silentium tenuit in ca-
 uernis rupium, & montium verticibus plusquā vi-
 ginti annis cōmoratus: sed appetente tēpore præ-
 dicationis Euangelicæ Ioannes ad fluenta Iordanis
 fluminis edidit voces illas turtureas, & gemebun-
 das, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim re-
 gnūm cœlorum: vbi cū ad pœnitentiam hortatur,
 triste quiddam canit & lugubre: cū vero proponit
 regnūm cœlorum, lætissimam illam & amenissimā
 beatitudinem prænunciat. Etiam Christi redēpto-
 ris nostri illæ voces, Pœnitentiā agite, voces tur-
 tureæ sunt, in quibus incitatur spōsa ad pœnitentiā
 proposito cœlesti præmio. Cū vero & Apostolos
 ad se vocabat, & cæteros omnes aliciebat, vt ad se
 venirent, non sine ingenti affectu & vehemente ani-
 mi gemitu, atq; suspirio turtureos gemitus edebat
 dicēs, Venite ad me omnes qui laboratis, & onera-
 ti estis: Matth. 11. & Ioan. 7. exclamabat dicens, Si-
 quis sitit veniat ad me, & bibat. Et etiam apud Lu-
 cā. 19. videns Hierusalem, fleuit super illam dicēs,
 Si cognouisses & tu. Veteres etiā interpretes per
 vocem turturis, intelligunt Apostolorum prædica-
 tionem, qui omnes mortales ad pœnitentiā vitāq;
 asperam & duram, non voluptuosam & lætam inui-
 tabāt: Act. 2. ait Petr⁹, Pœnitentiā agite: ad Eph. 5.
 Paul. Surge qui dormis: & ad Rom. 13. Nō in come-
 sationibus

Luce. 3

Matth. 4

Matth. 11

Ioan. 7

Luce. 19

Acto. 2

Eph. 5.

Rom. 13

COMMENTARII. CAP. II.

sationibus & ebrietatibus. Vnde prædicatoris ora-
 tio & sermo potius debet turturis cantum, quā phi-
 lomelæ suauissimū cōcentum imitari: debet enim
 prædicatoris vox gemēti, quā canēti esse similior:
 qui enim magnis cum suspirijs, & vehemētī animi
 ardore atq; affectu auditores ad virtutem capessē-
 dam inflāmare conatur: ille melius in auditorū ani-
 mos influit, eosq; ad virtutū officia fleat & rapit.
 Tādē vox turturis intelligitur vox Ecclesiæ Chri-
 stianæ, quæ quādiu versatur in hoc exilio cœlestis
 patriæ desiderio, & sponsi sui ingemescit, iuxta il-
 lud Pau. ad Rom. 8. Omnis creatura ingemiscit, re-
 uelationem filiorum Dei expectans: sed & nos ipsi
 primitias spiritus habentes ingemiscimus, redem-
 ptionem corporis nostri expectantes. Postremum
 Euangelicæ gratiæ & gratissimum signū est. Quod
 vineæ florentes dederint odorē suum. Vbi animad-
 uertendum est, quod Ecclesia interim singulari nu-
 mero vinea, aliquando vero numero multitudinis
 vineæ appellatur ad significādum vnitatē Ecclesiæ,
 quæ tamen ex multis ecclesijs varijsq; prouincijs
 cōstat. Et quidem antiqua Synagoga vinea dicitur
 teste Esa. 5. Vineam domini Dei sabbaoth, domus Is-
 rael est. De qua vinea Dauid psa. 79. ait, Vincā de
 Aegypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantaſti
 eam. De qua etiam Ierem. 2. Nōne plantaui te vi-
 neam electam? quomodo conuersa es mihi in pra-
 uum? Si de populo illo antiquo sit sermo: vineæ flo-
 rentes dederunt odorem suum in Apostolis, & in il-

Rom 8

Pœnitentiæ
 signum.

Esa. 5.
 psa. 79

Ierem. 2

lis, qui ex Iudaismo crediderunt. Verū cū sit sermo de florentibus vineis, videtur ad literam loqui de Ecclesia ex gentibus collecta, quæ subito mirū in modum effloruit ad Apostolicam prædicationem. Nam Christo nato primi flores ex Gentilismo fuisse tres illi Reges sapientes, qui ad Christi cunabula adoranda magna fide, summa religione, & ardentissima charitate peruenerunt: fuisse etiam flores, Cananea, Samaritana, Cæturio, & innumeri alij, qui per vinitores Apostolos culti & floruerunt, & gratissimum odorem virtutū spirarūt: de quibus Paulus ad Theſſ. I. ait. Imitatores facti estis nostri, suscipientes verbū in omni tribulatione. cū magno gaudio Spiritus sancti, ita vt forma facti sitis omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia. A vobis enim diffūmat⁹ est sermo dñi. Quod si, vt par est, flagramus cupiditate cognoscendi, vtrū Deus regnet in nobis per gratiā, illiusq; præsentia efficiat in nobis iustitiam, quæ per vernum tempus significatur: præscribit etiam nobis hoc loco sponsus seipsem notas, non quidem illas certas & claras, sed probabiles, quibus diuini numinis præsentiam per charitatem & virtutes in nobis vtcunq; valeamus deprehendere. Prima ergo nota est, quod abierit gelida peccatorum intemperies, quæ quandiu corda mortalium occupat, facit ea obrigescere, pigrescere, & obdurari ad omnia virtutum officia, obstupescere ad diuinarū inspirationū sensum: sed aspirante zephiro diuini spiritus frigida hæc intemperies

ries & rigida fugatur, & mitior verni temporis aura succedit, qua animus noster incipit calefcere. Hinc fit gradus ad secundum signum, cū obscœnæ libidinis imbres lutulenti discedunt, violētī superbiæ, iræ, & inanis gloriæ flatus silescent, turbulenti terrenarum affectionum, & perturbationū motus, & tempestates quiescunt, & cœlum animi nostri serenatur: quæ serenitas ingentem parit voluptatem: quemadmodum solent homines post diuturna nubila & turbidas tempestates serenitate mirum in modum gaudere. Ex hoc tamē nascitur multo probabilius tertium diuinæ gratiæ indicium, quod semina ipsa diuinarum virtutum cœlesti luce perfusa, & charitatis calore viuificata vim suam exerūt, & germinare incipiūt ac parturire, seseq; ipsa explicare in frondes, & flores pulcherrimos, & odoriferos sanctarum cogitationum. Fitq; vt inde sequatur quarta diuinæ gratiæ nota. Crescit enim in nobis studium & sollicitudo amputandi, resecādi, purgandi, & extirpandi omnia illa, quæ nascenti virtuti possunt obistere, & quæ bonorum operum incrementa possunt præpedire. Et tunc etiam, quod est quintum signum, mirabilis illa animi nostri ficus timēs Christi maledictum, per Ecclesiæ ministros diligenter excultaria non acerbos & præcoces, sed maturos & dulces meritorum fructus producit. Et quod est sextum indicium pacis & tranquillitatis, quæ ex diuina præsentia proficiscitur, ineffabili voluptate percepta, agnoscit sese ab æterna illa patria

Secunda

Tertia nota

Quarta

Quinta

Sexta nota

Matth. 2.

1. Thes. 1.

Septē note quibus cōnectari possimus Dei præsentiam per charitatem & virtutes. Prima.

exulē esse: vbi numeris omnibus absoluta pace cœ-
 licolę perfruuntur. Tunc ad illam anhelat atq; suspi-
 rat, & gemebundas turturis voces exprimens in il-
 la verba prorumpit: Domine ante te omne deside-
 rium meum, & gemitus meus: in illud etiam Super-
 flumina Babylonis. Et vt vltimum habeamus si-
 gnū cœlestis vineę: palmites Christo veræ viti in-
 siti succum ab illo viuificum & salutarem trahētes,
 erumpunt in gēmas, racemos parturire incipiunt,
 florent etiam, & sanctarum actionū exemplo cęte-
 ros omnes mortales gratissimo odore reficiūt, ita
 vt dicere cū Paulo possint, Christi bonus odor su-
 mus in omni loco. *Surge, propera amica mea, speciosa
 mea, columba mea, & veni in foraminibus petrae, in ca-
 uerna maceria.* D. Bernardus, serm. 60. in Cant. hūc
 locum expositurus, principio ait: aliquis forte ex-
 ponet hunc locum, quod sponsus inducat spōsam,
 vt prodeat in agrum & vineas inuisat, & dicat: inter
 vineta rupes sunt, in rupib⁹ latibula, & in macerijis
 cauernæ & latebræ, vbi delitescētes mutuo amo-
 ri operam dent. Expositio hęc indigna est auribus
 vestris: absit hic sensus à vestris castis auribus, ne
 videamur obscœni amoris lenocinia recēdere: sed
 cū duos amantes auditis, Christum & Ecclesiam,
 verbum & animam intelligite. Iam vero quod spō-
 sus iterum atque iterum hortatur sponsam, vt sur-
 gat, properet, & veniat: declarat ardentissimum et
 ga sponsam amorem, & quod serio eam excitat, vt
 veniat: sed quantum ego existimo ideo tanta solici-
 tudine

tudine iterum atque iterum eam vocat, vt explora-
 tum habeat sponsa: tunc quiescendum in Christo:
 tunc etiam ad actiones surgendum, quando ab eo
 vocamur & excitamur Christo instimulāte: siue cō-
 templationi incūbamus, siue proximorum cōmo-
 dis inseruiamus: in tuto fumus, in portu nauigam⁹:
 ad Rom. 13. ait Pau. Nemo nostrum sibi viuut, & ne-
 mo nostrū sibi moritur: siue enim viuimus dño vi-
 uimus, siue morimur dño morimur: siue ergo viui-
 mus, siue morimur dñi fumus. 1. ad Corin. 10. Siue
 māducatis, siue bibitis, siue quidquā aliud facitis,
 omnia in gloria Dei facite. 1. ad Thesa. 5. Nō voca-
 uit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis
 per Iesum Christum dñm nostrum, qui mortuus est
 pro nobis, vt siue vigilem⁹, siue dormiamus, Chri-
 sto viuamus. D. Bern. legit, pro speciosa mea, spon-
 sa: sed in omnibus codicibus tam Græcis, quā He-
 bræis, quā Latinis legitur, speciosa mea. Secūda er-
 go ratio, propter quā sponsus tam accurate iterū,
 atque iterum excitat sponsam, est, vt ostendat spon-
 sę vicissim & alternis horis, nunc vacandum esse
 contemplationi, nunc etiam studēdum animarum
 saluti: & præterea tam frequenter hortatur spōsus
 sponsam, vt surgat, vt festinet, vt veniat, vt mōstret
 illi, quādiu viuimus, semper ad virtutum & charita-
 tis incremēta aspirandū esse, iuxta illud, Qui iustus
 est iustificetur adhuc: vnde Matth. 5. ait Christus,
 Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Est enim pro-
 prium & natium charitatis, quod in vita præsentī

Rom. 13

1. Cor. 10

1. Thes 5

Bernard⁹.

Matth 5.

Prouer. 4.

Exo. 12.

in immēsum possit crescere, iuxta illud Prouer. 4. Iutorum semita quasi lux splendens, & crescens vsque ad perfectū diē. Quod vero ultimo, inquit, columba mea veni in foraminibus petrae in cauerna maceriae: cōmendat magnopere nostri Salomonis industriam & ingenium, qui in singulis verbis imo & syllabis altissima recondit sacramenta. Nam si Marco Varroni latinorū doctissimo credimus, columba dicitur, quasi columina incolens: solet enim illa altissima quaeque loca petere, & in illis nidulari: quod si & in deserto sit, & inter rupes latibula quaeque vbi nidū constituat: est enim natura pauida accipitris sequitiam timens. Hebraei quidā interpretes, inter quos est Rabbi Salomō, cui subscribit Genebrardus & Agapius linguae sanctae peritissimi, putāt haec verba referēda esse ad Ecclesiam antiquā pro tempore, quo duce Mose Pharaonē, & illius phalāges fugiebat, quā Salomō hoc loco colūbae cōparat fugienti rapacissimū accipitrem eam in sequentē, quae vt effugiat ingreditur rupis scissuras & foramina, inciditque in colubrum, & regrediens recidit in instantis à tergo accipitris unguis: ita populus ille habebat à tergo iam iam instātes Aegyptiorū falcatos currus & cuneos, ante se mare rubrū profundissimum, undas illius formidandas: quod si oculos ad dexteram aut sinistram verteret, occurreret desertum & iustra ferarum rugientium, non nisi mortem minitantium. Inter tot ergo & tanta rerum discrimina sponsus sponsae suae praesentissimā opem tulit

tulit aperto mari rubro, vt sicco vestigio transfret: hostes vero ingressi, & undis inuoluti in aquarū profundo submergerentur. Quod ergo inquit: veni in foraminibus petrae, perinde est ac si dicat: veni columba mea: nā quāuis multa immincāt discrimina, à tergo hostes instent, à fronte maris periculū: ego tibi praesentissimā opem feram. Sed sublimius aliquid significare videtur hoc loco sponsus, nimirū tutissimū refugium sponsae sitū esse in Christo, de quo ait Pau. 1. ad Corin. 10. Petra autē erat Christus. Quod vero adiecit: veni in foraminibus petrae, in cauerna maceriae, subindicat tunc tutissimum esse sponsae suae locū, quietēque securissimam, si illa delitescat in foraminibus petrae, aut recondatur in cauerna maceriae. Alludit enim ad id quod legitur Exodi. 33. de illius antiquae Ecclesiae duce & magistro Mose, qui cū ardētibus votis à Deo efflagitaret, vt ipse gloriam & faciem illi liceret intueri, accepit à Deo diuinum hoc oraculum: Est apud me locus, & stabis supra petram, & trāsibo, & abscondā te in foramine petrae, & manu mea protegā te: & quando transiero subtrahā manum meam, & posteriora mea videbis, faciem autē meam videre non poteris: vbi tria inter caetera ostēdit obseruatione dignissima, primum, quod habeat Deus locum visibilem praefinitum, in quo vt plurimum altiora mysteria solet suis reuelare: olim Ecclesiam Iudaicā, de qua in psal. Notus in Iudaea Deus, & in Synagoga tabernaculum, in tabernaculo propitiatorium,

1. Cor. 10

Exo. 33.

Locus explicatur
sufus.psal. 75
Exo. 40

IN CANTICVM CANTICORVM

in quo dabantur responsa, in templo locus ille sacerimus, qui sancta sanctorum vocabatur: apud nos sacrosanctus ille locus, in quo venerandum angelis Eucharistiæ sacramentum ponitur: sed potissimum locus ex æternitate præfinitus tutissimus, altissimus & firmissimus est Christus ipse. In hoc loco standum est, si ad rerum diuinarum cognitionem aspiramus. Neque vero satisfuit Deo impartiri nobis tantum beneficium, ut supra Christum stemus & fundemur per fidem: sed adhuc præstat nobis ut ingrediamur huius diuinæ rupis foramina, hoc est, secretiora mysteria humanitatis & redemptionis generis humani: & oportet ad hæc mysteria non elato animo, sed reuerenter penetrare: ideo enim ait secundo loco, Protegam te manu mea. Quod si paucos, quos ipse Deus amauit, euexit ad altiorē cognitionem de rebus diuinis, quod explicat per verba illa, Subtraham manum meam: licet non ostendat clare ipsam diuinitatem, ostendit tamen perfectiori modo humanitatis mysterium, quod per posteriora & dorsum Dei significatur. Et sicut Mosi capiti illius antiqui populi concessit Deus, ut staret supra petram, abscondereturque in foramine petræ, & protegeretur manu Dei, & intueretur incarnationis mysterium: multo magis hoc concessit Petro Apostolo apud Matth. 16. quem ideo appellauit Bariona, hoc est, filium columbæ, quoniam instar columbæ altissima quæque petens: volauit usque ad cognitionem diuinitatis & humanitatis Christi

dicens,

Matth. 16.

COMMENTARII. CAP. II.

131

dicēs Christo interroganti, Tu es ille Christus, tu es ille filius Dei uiuētis: hoc est abscondi in foraminibus petræ, hoc est delitescere in cauerna maceriarum. In cauerna maceriarum, legunt Hebræi: in latibulo graduum: alij, in latebris scalarum, & dicunt esse intelligendum de his foraminibus & latibulis, quæ inueniuntur in aggeribus, quibus muniuntur arces & muri ciuitatum. Significatque his verbis sponsus, siue in solitudine, siue in ciuitate columbæ suæ non defuturum auxilium, & foramina, siue latibula, quibus accipitris periculum possit effugere. Melius alij, verba illa in latibulis graduum, aut in latebris scalarum explicant de Ecclesia, siue antiqua, siue noua, cui inter magna pericula vitæ præsentis nunquam deficit Dei necessarium præsidium: imo adest semper Dei opt. max. singularis prouidentia, cura, & tutela. Meminit vero consulto graduum & scalarum alludens ad historiã, quæ habetur Genes. 28. ubi cum Jacob præripuisset Esau fratri benedictionem, illiusque iram vehementer formidaret, & iubentibus parentibus tenderet in Mesopothamiam Syriæ filiam Labã auunculi uxorem ducturus, in ipso itinere peruenit ad quendam locum post solis occasum: cumque sumpisset lapidem, illumque capiti pro puluinaribus supposuisset, in altum dormiens vidit erectam scalam, quæ terræ quidem innitabatur: altera vero ex parte cœli fornicem attingebat: vidit quoque Deum innixum scalæ, angelosque per scalam ascendentes & descendentes, & Deum promittentem ipsi

Genes 28

kk 3

præsen-

presentissimum auxilium: expergefactus vero lapidem cui innixus obdormierat erexit, oleo unxit, hostias Deo obtulit, & vota Deo pro beneficijs acceptis & promissis nuncupauit. Nunc ergo cum meminit scalarum & graduum perinde est, ac si dicat: veni columba mea, veni in latibulis graduum: nam quem admodum ego Iacob anxio & sollicito vehementerque timentem, ne in fratris rapacissimi manus incideret, per scale visionem angelos ascendentes & descendentes, Deum quoque suam tutelam & singularē prouidentiam promittentem opem tulit: ita inter pericula vite presentis Deus Ecclesię suę nunquam subtrahit necessariū auxilium, sed eam custodit, dirigit, promouet, & ab iniurijs & periculis defendit. Verum quoniam vulgata editio legit: in cauerna macerię: D. Greg. Bern. Origenes, & alij sancti interpretes mysterium esse dicunt in illis verbis, In foraminibus petre, in cauerna macerię. Nam sermo est de Christo redemptore nostro, ad quem omnes Christiani veluti ad editissimum & tutissimū perfrugium in rebus periculosis solent conuolare, præsertim ad Christum crucifixum: nam per foramina petre, pedum ac manuum foramina Christi intelliguntur: per cauernam macerię, vulnus lateris, quod apud Ioan. 20. satis describitur. Nam de manuum vulneribus ait Christus, Infer digitū tuum huc, & vide manus meas, & mitte manū tuā, & infer in latus meum. Per foramina ergo petre, quę minora sunt, fixuras clauorum manū & pedum Christi crucifixi,

Gregori
Bernard
Origenes.

Ioan. 20

cifixi, sponso intelligit: per cauernam macerię, lateris vulnus, quod multo patentius est. At ingressus Thomas in hæc petre foramina, & in hanc cauernam macerię diuina luce perfusus, & incredibili timore & reuerentia correptus prorupit in verba illa, Dominus meus & Deus meus, vbi Christum Deum & hominem profitetur: hominem inquā illum, quem ipsi vt extat Ioan. 13. Deum & hominem appellabant: Deum vero fatetur, propterea quod seipsum propria virtute à mortuis suscitauerit, ad eos rediuius clausis ianuis fuerit ingressus, & potestatem illis ligandi atque soluendi, & remittendi peccata contulerit. Intra hanc cauernam qui nidificant & conuiescunt, innumeros diuinorum bonorum fructus percipiunt, quos percenset Esa. c. 32. dicens, Et erit vir sicut qui absconditur à vëto, hoc est, a flatu superbię inanis glorię, & quasi qui celat se à tempestate, nimirum à tribulationibus vite presentis atque periculis, ab imbribus, niuibus, & gradine prauorum affectuum, atque vitiorum: & sicut riuuli aquarū insiti (nam ex quinque fontibus peruenibus, hoc est, quinque vulneribus Christi scaturiunt riuuli gratię atque virtutū) & sicut umbra petre prominentis in deserto (umbra inquā refrigerās defatigatos & lassos.) Vnde idem Euāgelicus vates. c. 2. ait, Dei seueritatem atque iudiciū formidanti, ingredi in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini: & quidem petre foramina infixæ sunt Christo viuenti, & incomparabili dolore

Ioan. 13.

Esa. 32.

Esa. 2.

lore per fixuras clauorum affecto: at vulnus lateris impressum est Christo iam mortuo: & de hoc ait Propheta, Abscondere in fossa humo. Quamobrē David psal. 83. explicās incredibilem cupiditatē, qua flagrabat nidulandi in his foraminibus petræ, & in hac cauerna maceriæ, ait, Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Etenim passer inuenit sibi domum: & turtur nidum, vbi reponat pullos suos. Altaria tua domine virtutum, rex meus & Deus meus: & psal. 103. Montes, ait David, excelsi ceruis, petra refugium herinacis: & inde etiam Proverb. 30. inter animalia, quorū astutia & sapientia cōmendatur, enumeratur lepusculus, siue cuniculus: & alij legunt, Herinacius ponit in petra cubile suum. Hęc omnia pulchra oratione completitur Iob. c. 39. inquit, Nunquid ad præceptum tuū exaltabitur aquila, hoc est, Nunquid te iubēte & in stigante aquila volucrum regina in altum attolitur, & in arduis ponit nidum suum? nidificare enim solet aquila in altissimis petris: in petris manet, & in præruptis silicibus cōmoratur: inde contemplatur escam, oculi eius à longe prospiciunt, pulli eius lābunt sanguinem, & vbi cūque fuerit corpus, ibi manet: tales sunt illi, qui despectis calcatisque rebus mortalibus ad altissimam diuinarum rerum contemplationem sese attolunt, quorum cōuersatio in cœlis est, qui in Christo petra firmissima & editissima nidulantur. Ex hoc vero & essentiam diuinā, in qua nostra est posita beatitudo, cōtemplantur, eamq; à

lōge

longe saluant atq; prospiciunt: interim in vita præsentis sanguine vulnerum Christi reficiuntur, ita vt pulli sanguinem lambāt, diciq; de illis possit illud, quod suggunt mel de petra, oleumq; de saxo durissimo. Nam sancti martyres hoc nectareo sanguine refecti, inter acerbissimos cruciatus tripudiabāt, & inter aduersa ad has fenestras confugiebāt, iuxta Esa. oraculū. c. 60. Qui sunt isti, qui vt nubes volāt, & quasi columbæ ad fenestras suas? Vnde Pau. ad Heb. 12. aiebat, Recogitate eū, qui talē aduersū semetipsum sustinuit cōtradictionē, vt nō fatigemini animis vestris deficientes. & Christus Ioan. 16. ait, In mundo presuram habebitis, sed cōfidite: ego vici mundum. *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decorata.* Inuitauerat sponsus sponsam, vt surgeret, properaret, & veniret: gradusq; per quos ad sponsum confugiendum esset ostenderat, nimirum per foramina petræ & per cauernam macerię: nunc vero intrahęc foramina atque latibula constituta, inquit, *Ostēdito mihi faciem tuam, & sonet vox tua in auribus meis.* Duo sunt sensus in homine, auctore Platone, qui amoris imprimis inserviunt, visus, & auditus, quorum ille pulchritudinem corporeā: hic vero vocum concentum & suauitatem percipit. Nam cæteri sensus corporei, qui à rationis imperio longius absunt, ab hoc amoris negotio ablegādi sunt, nisi velimus in beluinum illam, & ferinū amorē incidere, quem iam superius satis ac superq; satis re-

ll proba-

psal. 83

psal. 103

Proverb.
30

Iob. 39

Deut. 32.

Esa. 60.

Heb. 12

Ioann. 6.

Plato.

IN CANTICVM CANTICORVM

probauimus. Nunc ergo hortatur sponsus spōsam, vt in eum solum faciem suam & orationem referat: tunc enim splendidissimi illi vultus spōse radij bene collocantur, cū in solum sponsum dirigūtur: tūc oratio, suavissime auribus influit, cū soli sponso loquitur. Tactus enim sancta quadā zelotypia sponsus nō sustinet consortem in sponsę amore: sed petit, vt faciem suam atque orationem in eum solum conuertat; ac si dicat: tūc oculorū tuorum lucidissimi radij recta pergunt, & bene collocantur: tunc etiam melitissimi oris tui sermo dulcissimus auribus meis influit, cū animi tui cogitationes in sinū meum tui amore ardētem reposueris. Quod si fertur *Caūs Suiptium Gallū* vxorem suam repudiasse, quod apertō capite edes egressa esset, inquit, Lex coniugij tibi meos vnus oculos præfinit, his formam tuam probato, his ornamenta cōpara, his speciosa esto, & nō alijs: quanto æquiori iure Christus hoc postulat ab Ecclesia sponsa sua, & ab vniversis Christianis, quos per baptismi sacramentum, fidem, spem, & charitatem sibi diuino quodā matrimonio copulauit. Vnde Paulus quasi celestis quidā paranympus huius sacrosancti cōnubij. 2. ad Corin. ii. inquit, A Emulor vos Dei æmulatione: despondi enim vos vni viro Virginem castam exhibere Christo: timeo enim ne sicut serpens seduxit Eūā: ita & vos seducamini à simplicitate, quę est in Christo Iesu. Vnde Christus apud Mattheū. 6. hoc diligenter curat, vt in virtutū officijs in solum

Deum

COMMENTARII. CAP. II. 134

Deum dirigatur intentio, dicens, Attendite, ne iustitiam vestram faciatis corā hominibus, vt videamini ab eis: iubetq; vt in secreto oremus, occulte elemosynam impartiamur, & corpus sine ostentatione maceremus: quasi dicat, Ostende mihi faciē tuam, sonet vox tua in auribus meis. Possunt etiam hæc sponsi verba illis accōmodari, qui castitatē & virgineam puritatem profitentur, vt sanctimonialibus, quas decet omnes virorum conspectus atque sermones omni studio vitare: cuius exemplū habemus in Deipara, quę ad ingressum angeli, illiusq; verba turbata est: & Genes. 24. Rebecca cū occurreret Isaac marito sibi designato, pallio faciē velauit: apud multos etiam ethnicorum, Persas, Arabes, & Turcas femine in publicum prodeuntes caput, faciem, & manus obtegunt velo, vel peplo. Inter Christianos vero (quod sine lacrymis proferre vix possumus) virgines etiam in sacris cōuētibus, in templis, & in spectaculis, nō solum aperta facie, sed sublatis in altum crinibus & calamistratis existunt. Armenta foemina clarissima, cū ex Cyri cōuiuio simul cū marito pedem domū suā retulisset, multiq; Cyri pulchritudinem, & formę præstātiā laudarent: rogata ipsa à viro suo, quid illi de Cyri forma & dignitate videretur: Respondit, Ego à te mi vir oculos nunquā deflexi: itaque qualis alieni viri forma sit prorsus ignoro. Sed vt ad recōditionem sensum progrediamur, interni hominis facies & pulchritudo in gratia, fide, spe, & charitate sita

Notae

Luca. 1

Genes. 24

Pulchrum pudice vxori exemplum.

Caūs Suiptium

2. Cor. 11

Mat. 6

psal. 4. est. Hęc enim est facies illa atque Dei imago animis nostris impressa, de qua canit Dauid *psal. 4.* Signatum est super nos lumen vultus tui dñe, dedisti lætitiã in corde meo: quod declarãs Paul. ad *Eph. 1.* ait, Signati estis spiritu promissionis sancto: & *Cantic. 8.* Pone me sicut signaculum super cor tuum, & sicut signaculum super brachiũ tuum: hinc Paul. ad *Rom. 8.* totam hominum sc̄licitatẽ sitã esse docet in hac impressione vultus diuini, dicẽs, Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui: & *1. ad Corin. 15.* Sicut portauimus imaginẽ terreni: sic & portemus imaginem coelestis. Sonet vox tua in auribus meis, hoc est, vox quæ huic imagini respondeat, auribus meis insonet, nimirũ vox confessionis & animi pœnitentis, qua propria peccata & miseras agnoscinus, vt illud *psal. 50.* Tibi soli peccaui, & vox illa filij prodigi *Lucæ. 15.* Pater peccaui in coelum & corã te. Sunt etiam voces orãtium & implorantium diuinam misericordiam, suspirantiumq; & anhelãtium ad æternã beatitudinẽ. Petit vero, vt natiuã & propriã faciem ostẽdat, non alienam & adulterinam, qualem ostentant illi, qui in varias figuras trãformantur per diuersos affectus & peccata: facti sunt enim homines abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Pulcherrimus vero ordo præscribitur à sponso, sermonem enim debet antecedere interni hominis pulchritudo: oratio nanq; moribus consonat, fitq; sermo mētis imago: Christus cœpit facere & docere *A&. 1.* & de Ioã

COMMENTARII. CAP. II. 135
 ne Baptista dicitur *Ioã. 3.* quod erat lucerna ardẽs & lucens. Hęc vero pulchritudo faciei sponsæ, & vocis suauitas maxime perficitur quando illa quiete scit, & nidulatur in foraminibus petrae, & in cauerna maceræ, hoc est, in Christi vulneribus, à quibus omnis animę nostræ pulchritudo deriuatur: sanguine enim Christi sponsę genę quasi purpura rubescunt: aqua, quæ scaturiuit ex latere Christi dormientis in cruce, nitescunt & cãdescunt sancti omnes, iuxta illud *psal. 50.* Lauabis me, & super niuem dealbabor. Intra hęc vero foramina Christi, voces Ecclesiæ canentis suspirantis & ingemiscētis, quasi inter concaua saxorum reboant, & dulcissime sonant: ex eo enim loco, quasi ex propitiatorio in voces illas suauissimas prorumpebat Paul. Mihi absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi, atq; ita Ecclesia, vt impetret à Deo, fiatq; voti cõpos, semper petit, per dominum nostrum. Neq; vero mirandũ si sponsus dicat: vox tua dulcis, & facies tua decora, quoniam animæ pulchritudo maxime perficitur & crescit per orationem & preces ad Deum fusas. Nam si Moysi, facies ex colloquio & sermone familiari cum Deo tantopere splendebat, vt vello opposito cũ populo loqueretur: quãto magis viri Christiani & iusti ex animo cum Deo in oratione loquentis interna facies magis ac magis splẽdebit? nam Christi *Matth. 17.* & *Lucæ. 9.* facies inter orãdum facta est splendens, sicut sol. Quod si luna ex opposito solis radios excipiẽs efficitur pulcherri

ma: anima proculdubio magnam ex Deo ipso accipiet pulchritudinem. Postremo hæc verba accommodari possunt doctoribus & concionatoribus. Nam primum oportet totam animi intentionem in Deum dirigere; ipsiusque gloriam & proximorum salutem, ita ut cum Rachele Genes. 30. dicant, Domine da mihi liberos, alioquin moriar: & exprimant mulierem illam Apoc. 12. quæ erat amicta sole, luna sub pedibus, in capite vero corona duodecim stellarum, & cruciabatur, ut pareret: sic enim cruciabatur Paulus ad Gal. 4. cum aiebat, Filioli mei quos iterum parturico, donec formetur Christus in vobis: tunc sonat vox dulcissima in auribus populi & Christi: tunc Christus dat voci suæ vocem virtutis: tunc est illa vox, de qua dicitur in psal. quod confringit cedros Libani, quod concutit desertum, quod præparat ceruos, quod reuelat condensa. *Capite nobis vulpes parvulus quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit.* Quidam interpretes hæc verba tribuunt sponsæ, quæ cum tot tantisque argumentis exploratum haberet amorem: ut suam erga sponsum benevolentiam declararet, mentionem intulit vineæ, quæ sponso gratissimam esse putabat: iubetque sponsi ministris, ut apprehendant vulpes, quæ vineæ florecenti noxiæ esse solent. Alii viri pii & doctissimi hunc locum exponunt dicentes, sponsam vocibus & monitis sponsi excitantis obsequutam in campum prodijisse, ibique vineas iam florecentes vidisse, vulpes etiam inter vinea latitantes, quæ vitibus gemmas parturientibus,

Genes. 30

Apoc. 12

Galat. 4.

psal. 67

psal. 29

ac pampinis tenerioribus vehementer nocent, atque ita dixisse ministris, ut missis canibus venaticis, iactisque retibus vulpes & magnas & parvas apprehenderent, quæ vineis magnam afferunt pestem. Verum antiqui illi Origenes, Athanasius, Nissenus, Theodoretus, Gregorius, Bernardus, & D. Thomas, hæc verba ascribunt sponso, & merito, cum ad eum potissimum spectet vineæ suæ custodia & cultura. Ille ergo iubet ministris, hoc est, Apostolis, episcopis, & euangelicis concionatoribus, & doctoribus, ut vulpes in uniuersum apprehendant, viuas si fieri potest capiant, ne florecenti vineæ, quam illæ demoliri solent, maxime noceant. Cum ergo per vulpes in sacra scriptura hæretici, schismatici, hypocritæ significentur, & in uniuersum homines subdoli, qui iniquitates machinantur: huius animalis natura nobis inuestiganda est. Vulpes natura sua est animal versipelle, astutum, dolosum, rapax: ita ut Lucretius poeta dicat: vulpi dolos infitos esse a natura: & Pindarus ait, Cætera animantia etiam ferocissima cicurari, vulpem autem nunquam vulpinos mores exuere: & Varro a vulpe traxisse originem, vulpinari verbum (Por raposear) & inde extat apologus ille, cuius meminit Plutarchus, quod pardus insultabat vulpi, quod cutem haberet unicolore, cum tamen haberet ipse cutem multis coloribus variegatam: Respondit, vulpes sese omnem illam varietatem animo retinere, satiusque esse animo pingi quam cute. Vulpes deinde non viribus & aperto Marte

Origenes.
Athanas.
Nissenus.
Theodore.
Gregori.
Bernard.
D. Thom.

Vulpes natura subdola est.
Lucretius.
Pindarus.

Varro.

Plutarchus.

IN CANTICVM CANTICORVM
 in venatione vitur, sed potius arte, & quasi ex insi-
 dijs venatur: vt plurimum autē insidiatur volucri-
 bus, non illis, quę vnguibus seipsas defendunt, sed
 domesticis, simplicibus, & quę facile capiuntur, vt
 anseribus, anatis, gallinis & pullis earum: & ex gre-
 silibus, ouibus, hędis. Aspectus quoq; vulpis obli-
 quus est, non rectus: incessus non rectus, sed trans-
 uersus, habetq; canis speciē, quanuis ganit, non
 latrat vulpes, oblonga cauda, vrina dignoscuntur
 ob pessimum odorem. Quod vero ad præsens atti-
 net, vbi sponfus testatur, vulpes etiam paruulas vi-
 neas demoliri: solent viri docti dubitare, cū apud
 nullum probatum authorem legatur vulpes vineis
 esse infestas: Vnde quidam dicunt hoc referēdum
 esse ad quandam bestiolā, quā columela volucram
 appellat, vuarum appetentissimam, quę vit. eis no-
 xia esse solet: aut forte esto nostrates vulpes vuas
 non comedāt: in Palestina regione, quę animalium
 est feracissima, vt cōstat Iudic. 15. vuas comedunt,
 quę pro varietate regionū mutantur, sicut alia ani-
 malia. Vel tertio nocent vineis vulpes, quia in illis
 foueas habent subterraneas, atque ita radices vitū
 rodunt atq; excidunt, quod cedit in maximam vi-
 nearum vastitatem: non tamen est necessariū hęc
 querere perfugia. Vulpē sane vineis infestam esse
 vuasq; edere compertum est ex Theocrito, qui de-
 pingit puerum vitem feracissimam custodiētem,
 cui astabant duę vulpeculę: quarū vna racemos de-
 uorabat: altera vero mantica panariam hauriebat.

Aristo-

Aristophanes quoq; in equitibus milites transeun-
 tes per vineta & racemos esitantes cōparat vulpi-
 bus vineas deuastātibus. Extat quoque vetus pro-
 uerbum, Tam facile quā vulpes pyrum comedes:
 fructuum ergo auida est vulpes. Deniq; experiētia
 constat vulpes vuas edere. Quod vero in sacrosan-
 ctis Biblijs vulpes hęreticos, hypocritas signifi-
 cent, liquet primum ex hoc loco, quem antiqui pa-
 tres de istis interpretantur: & Tren. 5. dicitur, Ceci-
 dit corona capitis nostri, cōtenebrati sunt oculi no-
 stri propter mōtem Sion, quia disperijt, vulpes am-
 bulauerunt in eo: & illud etiam psal. 62. Tradētur in
 manus gladij partes vulpium erūt: exponitur à san-
 ctis de hęreticis: Ezech. 13. Sicut vulpes in deserto,
 sic prophete tui Israel: & Christus Lucę. 13. cū Pha-
 risęi illum monerent, quod Herodes illius vitę insi-
 diabatur, ait, Dicite vulpi illi. Fuit enim Herodes
 vulpes, quia sectarius, nempe in illa hęresi, quod
 anima Ioannis Baptistę trāsmigrauerat in Christū:
 vnde Marci. 13. dixit Christus, Cauete à fermento
 pharisęorum, & à fermento Herodis: & Matth. 22.
 Herodiani tentauerunt Christum, qui huius Hero-
 dis sectam sequebantur. Et quidem quemadmodū
 in hoc diuino epithalamio sub imagine spōsi & spō-
 sę depingitur Christus & Ecclesia: ita sub vulpiū
 natura, hęreticorum naturā, & mores depingit Spi-
 ritus sanctus. Diximus vulpem animal esse natura
 versipelle, rapax, dolosum: hęretico, schismatico,
 aut hypocrita, nihil versipellius, aut fraudulentius.

mm

&

Aristopha
nes

Tren. 5

psal. 62

Ezech. 13.

Lucę. 13

Marc. 13.

Matt. 22

Prima no
ta hęreti-
corum.

Iudic. 15

Theocrit.

2. Cor. 15
2. Tim. 3
Secūda hæresis nota est perisnaria.
Ad Tit. 3
2. Tim. 3
Tertia nota hæret.
Num. 16
Exo 26
Absalon.
2. Reg. 15
Quarta nota hæret.

& fallacius potest excogitari: neque mirum, cū illi sint Sathanę ministri, qui authore Pau. 2. ad Cori. 15. transfiguratur se in angelum lucis. 2. ad Thimo. 3. cōparat eos Apostolus Magis Pharaonis, qui nominabantur Iannes & Mābres, qui suis incantationibus miracula fingeant, quos Christus in Euāgelio, & Paulus seductores vocant, quoniam extrahunt à via regia homines, vt latrones ad spoliandū eos. Habent ergo dolos à natura sua, & appellātur etiā pseudoapostoli, pseudoprophete, pseudoChristi. Mores autem illos vulpinos & fraudulentos nunquā mutant hæretici: vnde Pau. ad Tit. 3. Hæreticū hominem post primam & secundam monitionem deuita, sciens, quia subuersus est: & alibi, Mali homines & seductores proficiūt in peius errātes ipsi, & in errorem mittentes. Tertia hæreticorum nota est, quod nō aperto Marte, sed quasi arte & insidijs: tales erant Num. 16. Dathan, & Abiron, qui cū aspirarent ad principatū, & seditionem cōmouerent in populo illo, vt ebantur verbis dñi: dicebāt enim, Cur erigimini Moyse & Aaron contra populum domini, nonne totus cētus hic sanctus est, & dominus in medio eorum? alludentes ad locum Exo. 26. vbi dñs appellat populū illum sanctum, & quod esset in medio eorum: & 2. Reg. 15. Absalō, qui ambiabat regnū, & seditionem mouebat, aduentantes ad palatium amplectēs dicebat: petitionem eorum iustam esse. Quod vero vulpes vt plurimū volucris & simplicioribus auibus insidiantur,

tur, ingenium nobis exprimunt hæreticorum, quos eos potissimum capiunt, quos spirituales esse credunt, & rerum diuinarum studiosos: quales esse solent mulierculæ deditę lectioni sacrarum scripturarum, & librorum sanctorum, de quibus Paul. 1. ad Tim. 4. Hi sunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ tenentur varijs desiderijs semper discentes, & nunquam ad veritatis scientiam perueniētes: & ad Rom. 16. inquit, quod per blandos sermones & suaves benedictiones seducunt corda innocentū. De his dicitur illud quod de vino Prover. 24. dicebat Salomō, Ingreditur blande, & in nouissimo mordebit vt coluber: & sicut regulus venena diffundet: inde extat antiquissimum adagium, cuius meminit Plato. 2. lib. de repub. & Basilius lib. de legendis lib. Gentilium ad nepotes, Blandior vulpecula pellice. Ac denique vulpis aspectus obliquus representat hæreticos, qui in exponendis sacris literis non rectū & germanum sanctorum patrum sensum sequuntur, sed adulterinum, quem illi ad suos errores detorqueant. Sponsa habet columbinos oculos, qui in expositione scripturarum reguntur à Spiritu sancto, iuxta illud Ioann. 16. Spiritus sanctus docebit vos omnem veritatem: obliquus etiam est aspectus, quia in suis operibus & studijs sinistram habent intentionem: dirigunt enim mentis aciem ad honores, dignitates, & priuata cōmoda, de quibus Paul. ad Rom. 6. Hi, inquit, non Christo dño nostro, sed

1. Tim.
Rom. 16.
Blandiuntur hæretici
Prou. 24.
Plato.
Basilius.
Quintana hæresis
Ioan. 16
Sexta nota quod hæretici nō regia via incedunt.
Rom. 16

suo ventri seruiūt: non recta etiam gradiuntur, sed
 diuerticula querunt sectarum & heresum, quæ om-
 nino declinant à via regia, qua recta in æternam fe-
 licitatem conscendunt; Prouerb. 2. Prudentia ser-
 uabit te, vt eruaris à via mala ab homine, qui per-
 uersa loquitur, qui relinquit iter rectum, & ambu-
 lat per vias tenebrosas, quorum viæ peruersæ & in-
 fames gressus eorū: amant enim nouitates opinio-
 num & sententiarum, verba etiam noua & nouas
 philosophandi rationes, vt sic in sequentes canes
 effugiāt: hinc Pau. 2. ad Thim. 2. has nouas loquē-
 di rationes sacrilegas, & profanas appellat, dicēs,
 Profana vaniloquia deuita: multū enim proficiunt
 ad impietatem. Quod si has locutiones profanas
 censet Apostolus, quid esset de nouis in religione
 sententijs dicturus? Habet etiam vulpes canis spe-
 ciem. Canes enim gregis dñici sunt doctores, con-
 cionatores, & insignes ministri ecclesiastici, qui, cū
 herō suo Christo sint obsequentissimi & fidissimi,
 aduersus extraneos & hæreticos acerrimi sunt &
 formidabiles. Hæreticus vero neq; familiā Christi
 custodit, neque salutem animarum consulit, sed pro-
 priam quærit vtilitatem: atq; ita ex voce dignosci-
 tar: ganit enim, non latrat, obganiens illis, qui eos
 reprehendunt, & de hæresi cōuincunt. Cauda etiā
 oblonga hæreticus deprehenditur: captant enim
 inanem gloriam & aurā popularem, quanquā apud
 Esa. 9. per caudam falsa hæreticorū doctrina signi-
 ficatur, Propheta inquit, Docens mendacium ipse
 est

Prouer. 2

2. Thim. 2

Septima
nota, hære-
ticus qd ca-
nis specie
presert.

Hæretico
lōge abest
à canis na-
tura.

Ganit hæ-
reticus.

Oblonga no-
ta cauda.

Esa. 9.

est cauda. Vnde Samson Iudic. 15. vulpes per cau-
 das colligabat: omnes enim intēdunt homines ab
 Ecclesiæ doctrina & Catholica veritate seducere:
 & Christus Math. 7. dixit, Attēdite à falsis prophe-
 tis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, in-
 trinsecus autem sunt lupi rapaces. Foetidissima
 nanque vrina vulpes caudam perfundens asper-
 git canes, eosq; abinsequendo retardat. Fingit præ-
 terea vulpes se dormientem aut emortuā, vt aues
 fallat, quod passim in hæreticis cernimus, qui sese
 mundo mortuos & altissimarum rerum contēpla-
 tione & quiete dormientes simulant: cū tamen illi
 hac arte stultos capiant, & populo imponāt stulto.
 Sed quod ad præsentem locum attinet vulpes tri-
 plici ratione vinetis nocet: primum, quoniā per fo-
 ueas illas subterraneas, & cuniculos vitum radices
 præscindunt, ita vt arefcant & steriles fiant: hæreti-
 ci vero subterraneas habēt foueas, vel agūt in qui-
 bus delitescā: nam iuxta Christi testimonium, qui
 male agit odit lucem. Præscindunt vero Christianæ
 vitis radices, cū fidem ipsam Catholicam, quæ ra-
 dix est totius Christianæ religionis cōuellunt atq;
 corrodunt: hanc vero fidem, quam cognoscimus
 ex sacris literis atq; deducimus: illi præscindere co-
 nantur atq; cōuellere, dum vulgatam editionē re-
 prehēdunt, Septuaginta interpretum translationē
 parui pendunt, Pontificum decreta cōtemnunt, Ec-
 clesiæ traditiones negligūt, & cōmunem intelligē-
 tiam sanctorum patrum cōculcant & paruifaciunt.

Iudic. 15.

Math. 7

Postrema
nota: ypo-
crisis.

IN CANTICVM CANTICORVM

Nocent etiam vulpes vineis, carpentes & corrode-
tes teneros pampinos & florescentes palmites, ac
postremo vuas ipsas esitantes ac deuantantes: sic
vineas demoliuntur hæretici, dum & teneriores vir-
tutum surculos, & vberes religionis fructus omnino
deuantant & perdunt. Vt vero neque ingredientes,
vulpes, nec egredientes foueas comprehendantur,
solent vestigia puluere contegere, vt notat D. Ber-
nardus serm. 65. in Cant. Quã obrem triplici ratio-
ne Catholica Ecclesia aduersus has vulpes vtitur,
vt hæreticos capiat. Prima est, vt canes immittat
venatorios, qui odoratu à longe has vulpes presen-
tiant. Hi sunt doctores & concionatores insignes,
præsertim quibus Deus indidit donum illud, cuius
meminit Pau. I. ad Corin. 12. Discretionis spirituũ,
qui sciant probare spiritus, vtrum à Deo sint: hi ve-
ro non solum debent insequi vulpes latrantes ad-
uersus ipsas ex suggestu & cathedris, sed oportet
vt earum foueas habeant exploratas: quod si intra
suas foueas delitescunt vulpes, retibus iactis vten-
dum est, hoc est, optimis & efficacissimis argumẽ-
tis & violentis ductis ex ipsis arcanis, literis, ipsarũ
quæ oraculis sincere intellectis, ex Ecclesiæ tradi-
tionibus, Pontificum decretis, Conciliorum gene-
ralium sanctionibus, & cõmunium doctorum patrum
sensu in sacrarum literarum expositione: tunc ca-
piantur hæretici. Dixit vero sponsus, Capite no-
bis, quoniam hæc prehensio hæreticorum, & erro-
rum, refutatio vtilissima est toti reipub. Christianæ

Nota hoc.
Bernardus.

Nota.

1. Cor. 12.

maxime

COMMENTARIJ. CAP. II. 147

maximeq; cedit in Christi gloriam, & est singulis fi-
delibus imprimis necessaria. Vnde omnes Christia-
ni arctissimo vinculo tenentur hæreticos prodere,
& insectari. Quod si nec retibus prehendi possint,
igne & fumo vtendum est: solent enim vulpes fu-
mũ vehementer effugere, atq; ita in lucẽ prodire:
sic videmus nostro tempore industria censorum fi-
dei, qui vltimicibus flãmibus hæreticos tradunt, multos
hæreticos deprehensos fuisse, & tunc aliquãdo ad
fidem cõuersos, vt impletur illud psal. 67. Dixit
dñs, ex Basan cõuertam, cõuertam in profundũ ma-
ris. Vt intingatur per tuus in sanguine: lingua canũ
tuorũ ex inimicis ab ipso: ex hoc dedecore (Deste-
estado que estas con vna corõça) ex Basan cõuer-
tam in profundũ maris, hoc est, ex eo statu quo ali-
quis est in profundo peccatorum, vt intingatur pes
tuus in sanguine, vt huius cor mollescat & flecta-
tur sanguine Christi: hoc autẽ efficit lingua canis.
Canum igitur lingua salutifera, blanda, & medica-
vulnera hæreticorum curantur, & eorum corda ad
fidem cõuertuntur. *Nam vinea nostra floruit.* Cau-
sam reddit sponsus propter quã capiendę sint vul-
pes, nempe quia floruit vinea. Hæreticorũ nãq; vi-
res & ingeniũ tunc maxime exeruntur, quum status
Ecclesię floreat, nã in ipso statim principio nascẽ-
tis & florescẽtis Ecclesię exortus est Simõ Magus,
& ex illius schola numerosus hæreticorũ cuneus,
quos referunt Epiha. & August. & Philaster libris
suis de hæresibus, Cherintus, Nicolaus, Gnostici,

psal. 67.

Epiph.
August.
Philaster

&

& innumeri alij. Postea vero Cōstantini tēpore, cū cessante tyrānorū procella, & quasi brumali tēpore nouū ver ferentatis & tranquillitatis succederet, optataq; pace frueretur Ecclesia, & quasi floresceret: tunc Arriana perfidia exorta est, quę totū Christianū orbē pene occupauit: tunc ergo opus erat Athanasio, Hilario, Iulio, & Liberio Pōtificibus maximis, qui vulpes caperent, ne vineā dñi florētem deustarent. Solet etiā exponi p̄sens locus de singulis iustis, qui verę viti Christo insiti per gratiā & charitatem germinant, parturiunt, & proferunt nouos virtutū flores, qui suis agricolis & cultoribus vberes fructus pollicentur. lubet ergo sponsus, vt capiātur vulpes, & vulpes paruulę, quę huic vineę florenti sunt infestę: Primū adultores, qui dū exorientia & pullulantia vitia laudāt, in causā sunt, ne rescantur & euellantur: detractores quoq; qui teneros nascētū virtutū palmites & pāpinos rodūt, atq; decerpūt. Vulpes vero multo nocētiores, interni sunt animi affectus atq; illecebrę, quib⁹ radices ipsę virtutū, quę in nobis germinare incipiunt, rescinduntur, vt arescant: studium quoq; & cupiditas inanis glorię, quę generosos interim animos occupant, vulpes est noxia virtutibus & infestissima. Paruulas vero appellat vulpes, quoniam principio non ad maiora & grauiora crimina impellūt atq; sollicitāt, sed ad leuiora sensim & paulatim, ac per incrementa quædā toti vineę perniciem moluntur.

Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur in

ter

ter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbre. Apofiope-
sis est in prima huius carminis parte, quę Latine dicitur reticētia, qua paucissimis verbis multo plura significantur: vt psā. 6. Anima mea turbata est valde, sed tu dñe vsquequo? Sponsa igitur maximis deuincta beneficijs à sponso, p̄sertimq; intelligens quāta solitudine & cura inuigilaret vulpibus capiendis: nunc per reticentiam inquit, Dilectus meus mihi, quasi dicat: mihi suscepit carnem, mihi natus est in stabulo. Finge animo, ait spōsa, omnia beneficia, quę ab ipso statim mundi principio vsq; ad finem ipsius spōsus cōtulit humano generi: omnia illa mihi ipsi dicauit sponsus: finge animo bonorum omnium idęas & beneficiorum myriades: hæc omnia in vsum sponsę collata sunt. Vt ergo amorem tantum amore rependam qualicūq; meo, & ego illi: ego illi meas omnes cogitationes, desideria, animi vires officia, obsequia, mentē ipsam & voluntatem, iterum atque iterum consecraui: quid enim retribuam domino pro omnib⁹ quę retribuit mihi, nisi pro illo libenter vitā & sanguinem fudero, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbre, quasi dicat sponsa: scio sponso illos tantum placere, qui castitatem seruāt, & liliorum candorem imitantur, ipsamq; castitatem flauescētis charitatis filis exornant & illustrāt. Vt vero ostendat semper sponso castitatem & charitatem placere, adiecit: donec aspiret dies, & inclinetur vmbre, hoc est, quādiu mund⁹ hic, tēporumq;

*Apofiope-
sis.*

psal. 6

nu

vicissitudo

vicissitudo constiterit. *Reuertere, similis esto dilectæ mi capreae, hinnuloq; ceruorum super mōtes Bethel.* Pro huius carminis intelligentia notandū, quod sponsus cum ardentissima illa sponsæ verba auribus excepisset, fingit se fugere, & præsentiam subtrahere, quod intuita sponsa clamat, *Reuertere, reuertere dilectæ mi: hoc quoque fecisse videtur Lucæ ultimo, cum postquam discipulos euntes in Emmaus inflammauerat, & voluptate quadam celesti, perfuderat: finxit se longius ire, vt illi eum compellerent, instantiusque orarent, Mane nobiscum domine: ita hoc loco sponsus simulat se fugiturum sponsam, vt vehementer petat, vt reuertatur velocissime, imitatus celeritatē caprearum syluestriū, & paruulorum ceruorum, qui trāsiliunt præruptos montium vertices, dum ad matres properant, eos inuitates, iuxta illud, Deus in adiutorium meū intende: Dñe ad adiuuandum me festina.*

Caput tertium.

Nlectulo meo per noctes quæsiui quæ diligit anima mea: quæsiui illū, & nō inueni. *Surgam, & circuibō ciuitatem: per vias eius plateas quæram quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni. Inueniunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num quæ diligit anima mea vidisti? paululū cum pertransissem eos, inueni*

inueni quem diligit anima mea: tenui eum: nec dimittam, donec introducā illum in domū matris meæ, & incubiculum genitricis meæ. Adiuro vos filiæ Hierusalē: per capreas ceruosq; camporum, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Quæ est ista quæ ascendit per desertū, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & turis & vniuersi pulueris pigmentarij? Inlectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: vniuscuiusq; ensis super femur suum propter timores nocturnos. Ferculum fecit sibi Rex Salomō de lignis Libani. Columnas eius fecit argenteas, reclinatoriū aureum: ascensum purpureum: media charitate constrauit propter filias Hierusalem. Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

Nlectulo meo per noctes quæsiui quæ diligit anima mea: quæsiui illum, & nō inueni. Multa sunt huius celestis epithalami lumina clarissima, quibus illud quasi fulgētissimis syderibus illustratur, atq; distinguitur. Multæ huius diuinæ poëmatibus & eximie dotes, quibus Salomō poetas omnes sacros & profanos, qui illū præcesserūt, longo post se reliquit interuallo: Vnde merito hūc librum Canticum canticorum, nuncupauit, hoc esse præstantissimum canticum, & cui nullum aliud posset equiparari. Sed inter ceteras huius operis dotes, nn 2 illa

illa mihi maxima, & laude, atque obseruatione dignissima visa est: quod omnia mēbra & partes huius libri inter se singulari ratione coherent: priora posterioribus respondent, media primis, & postrema medijs concinunt, & antecedentia consequentibus gratissimo quodam nodo sunt deuincta, quod facile constare poterit si secūdi capitis postremos versiculos cū initio huius tertij capitis cōferamus. Canebat in postremo carmine Salomō, qua ratione sponsa sponsi oratione efficacissima excitata in cāpum prodierat, inuiserat vineta, quæ nouo vere inceperant germinare. Vbi illa spōsi beneficijs cumulata perennē sibi felicitatē pollicebatur, dicēs, Sponsus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia donec aspīret dies, & inclinētur vmbre, hoc est, dilectus meus totum se mihi tradidit: mihi, meq; salutem prospiciens naturam humanā suscepit, mihi natus est in stabulo, mihi cruci affixus est, mihi sepultus, & tertia die suscitatus. Quapropter equum est, vt vicissim ego illi me totā tradam: cui meas vires, mentem, voluntatem, cogitationes, vota, studia officiaq; omnia iam olim nūcupaui. Et quoniā scio illum inter lilia perpetuo pasci, hoc enim significant verba illa, Donec aspīret dies, & inclinētur vmbre, hoc est, quandiu tēporum vicissitudo dura uerit. Quod vero inquit: inter lilia sponsum pasci, idem est, ac si dicat, quod spōsus delectatur animis castis morū bono odore fragrantibus, & charitate diuina ardentibus. Ego igitur, ait sponsa, has virtutes

tes amplectar, vt spōsum apud me semper possim retinere. Sed o cogitationes hominū inanes atque fallaces, eorū p̄ferim, qui p̄senti prosperitati innixi magna de se in futurū promittunt? Nā quod Seneca de fortuna dixit prospera, quod vitrea sit, & cū splendet, frangitur: hoc iustis uiris plerūq; cōtingit, qui cū maxime in virtute proficere vidētur, solent labi & in peccata incidere. Quod de se cecinit Dauid psal. 29. Ego ait dixi in abundantia mea, nō mouebor in æternum. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum cōturbatus. Petro etiā Apostolorum principi apud Matt. 26. idem accidit, qui iactabundus dicebat, Et si omnes scandalizati fuerint, ego nō scandalizabor: ita etiā spōsa hoc loco magna de se pollicebatur, sed subito orbata sponsi p̄sencia, precabatur, vt rediret, reditum maturaret & acceleraret his uerbis, Reuertere dilecte mi, reuertere, si milis esto capre, hinnuloq; ceruorū super mōtes Bethel. Sed neq; his spōsæ precibus & lacrymis inclinatus statim redijt, sed reditū distulit, ita vt illa multas noctes tristes & insomnes transigeret. Quapropter ratione, quibus modis absentē spōsum quæsiuerit, declarat in principio tertij capitis dicens, *In lectulo meo per noctes quasi uiui*, &c. hoc est, Ego in communi lecto spōsum meum omni studio requirebam, eumq; magnis suspirijs uocabā, sed nec in lectulo inuenire eum potui, nec mihi uocati respōdebat. Quāobrem exiliui electo, nec mihi imperare potui, vt albescentem aurorā expectarē: sed sur-

Seneca

psal. 29

Matt. 26

IN CANTICVM CANTICORVM

go, lectum desero, & nec noctis tenebris deterritus,
 nec nocturnos casus metuens, solū amorē spōsi du-
 cem sequuta: totā ciuitatē circuens per vicos angu-
 stos & plateas quæ siui quem diligit anima mea,
 sed eum non inueni. Inter ambulandū vero incidi
 in excubitores & custodes ciuitatis, quos percon-
 tor, nūquid viderint quē diligit anima mea. Cumq;
 illi nihil certi renūciassent: vix eos fueram præter-
 gressa, cū sponsus ipse vltro mihi occurrit, faciēq;
 illā suā luce clariorē inter noctis tenebras mihi de-
 monstrauit. Corruo statim in amplexus & oscula, te-
 nensq; firmiter sponsū, ne rursus effugiat, multisq;
 perfusa lacrymis obtestor illū per mutuū amorē,
 vt ad paternā domum redeat: quibꝰ precibus incli-
 nato sponso ingredimur simul genitricis nostrę cu-
 biculum, vbi sponsū & spōsę nuptię sacrosanctę fue-
 runt celebratæ. Vbi sponsus obtestatur, & adiurat
 omnes domesticos, ne perturbent quietē dormiē-
 tis sponsæ, his verbis, Adiuro vos. Nunc mysteria
 & sacramenta, quæ sub hac litera delitescūt, in lucē
 proferamus: si tamen principio animaduertamus,
 quod Salomō in hoc epithalamio ita nobis descri-
 bit statum illius Ecclesię, quæ suo tempore existe-
 bat, vt mētis oculos ab Ecclesia Euāgelica, & Chri-
 sto illius sponso nunquā deflectat. *Expositio prima*
horū priorū carminum est quorundā magistrorū
Hebręorū, Rabbi Salomonis, Rabi Abrahamę, Rab-
bi Ionathę, & cuiusdā alterius innominati, quos ex
Hebręa lingua in Latinā trāstulit Genebrardus sa-
 cræ

Rabbi Sa-
 lomon.
 Rabbi A-
 braban.
 Rabbi Io-
 nathas.
 Genebrar-
 dus.

COMMENTARII. CAP. III. 144

cræ scripturæ in Parisiensi Academia insignis inter-
 pres. Expositionē horū sequitur Agathius, qui cō-
 mentarios in Cātica canticorum Clementi. 7. nūcū-
 pauit. Hi ergo exponūt hunc locū de antiqua Eccle-
 sia pro illo tempore, quo propter flagitium adora-
 ti vituli cōflatilis, Deus illi infensus erat, eamq;e
 multis modis affligebat. Ait ergo Ecclesia illa, In
 lectulo meo, hoc est, quando more egrotantium in
 lecto decumbebam miseriarum, laborum, calamita-
 tatum, atque exilij. Per noctes vero significatur ad-
 uersa tēpora: sicut per diem prospera & fausta. Ait
 ergo, Cū multis premerer calamitatibus, cūq; mihi
 multa aduersa cōtingerent: inter has misérias & in-
 fortuna quærebā Deum, illiusq; implorabam auxi-
 lium: sed cū eum nō inuenirē, neq; ille ad me faciē
 suam cōuerteret; sed per triginta octo integros an-
 nos me multis modis affligeret, & ego cōmissi scē-
 leris pœnas darem: relinquo lectū, & discuro per
 totā ciuitatē, hoc est, per omnes illius populi prin-
 cipes, neq; tamē inuenire vllū porui, qui me in Dei
 gratiā restitueret, neq; etiā ipsi custodes ciuitatis
 Moyse & Aaron: sed postquā Moyses & Aarō vita
 functi fuerunt, mox adfuit mihi sponsus ipse propi-
 tius, faciem suam ad meum auxilium cōuertens, qui
 prestitit mihi ducē Iosue, cuius ductu atq; auspicio
 introducta sum in terrā illā prouissam lacte & mēl-
 le manātē. Sed hæc expositio vel hoc nomine à no-
 bis refellenda est, quod sistit in terreno regnō & tē-
 poraria quadā felicitate. Quapropter melius alij
 omnia

Agathius

Exo. 32
 Prima ex
 positio.

Secūda ex
 positio.

IN CANTICVM CANTICORVM

omnia hæc carmina referunt ad Ecclesiam ante ad uētū Christi. Antiqua enim Ecclesia in lectulo suo, hoc est, in tabernaculo, in templo præcipue, in loco illo secretiori, qui sancta sanctorum vocabatur, in arca fœderis, in propitiatorio vnde Deus oracula dabat, sponsum Christū quærebat per noctes, hoc est, inter illius temporis tenebras: sed in lectulo nō inueniebat nisi umbras quasdam, vestigia & imagines, quæ Christū futurum significabant, non ipsius cōspectū atq; præsentiam exhibebāt. Reliquit spōsa tabernaculū, sacrificia, & tēpli ministros, & per totam veterem legem circūcursauit: & tamē neq; quinq; libri legis, nec psalmi, nec vaticinia prophetarum Christū præsentem demonstrarunt. Ipsi etiam excubitores & custodes illius reipub. rogati, nihil de præsentia spōsi renunciarunt dicēte Ioan. c. 1. In propria venit, & sui eum nō receperunt: & eodē. c. In mūdo erat, & mūdo per eum factus est, & mūdo eum nō cognouit. Sed ō spōsi incōparabilem charitatē, ō viscera misericordiæ clemētissima: ipse spōsus vltro naturā humanā ex Virgine suscipiēs vultum illum suum pulcherrimū & clarissimū, primū, animæ Christi ostendit, cui erat ineffabili nexu copulatus. Nā ab ipso statim incarnationis momēto Christi anima vidit Dei essentiā: postea in Bethlehemitico stabulo natus sponsum, se ipsum Virgini Deiparæ, & Ioseph sponso demonstrauit, & intra maternū vterum se etiā præsentē Ioanni intra latebras materni vteri existenti præsentem exhibuit, ita vt

sextum

COMMENTARII. CAP. III 145

sextū iam mensē à cōceptu agens infantulus Ioānes, ad cōspectum spōsi prægaudio exilierit & exultauerit. Sed postquā iā triginta annos in domo paterna vixerat, vocauit duodecim discipulos quos futuræ Ecclesiæ principes, duces, & magistros designauit, atq; totius ciuitatis nouæ Hierusalem fundamenta firmissima cōstituit: qui post aduentū Spiritus sancti ita sponsum firmiter cōprehenderunt, vt nunquā eum in posterum essent relicturi. Imo vero Ecclesia hæc Catholica & Apostolica, nūquā Christū dimittet, sed dabit operā, vt in fine seculi Christū in Synagogā, illiusq; religionem & fidem introducat. Sed tertius sensus huius loci verissimus & germanus, quem antiqui illi interpretes Græci, Origenes, Athanas. Gregorius Nis. Theodoretus, & alij Latini, Hieronymus, Gregorius, Beda, Ansel. Bernar. & D. Thom. vno ore tradiderunt. Sensus ergo est, vt hæc omnia de Ecclesia Christiana intelligātur, præsertim de cętu fideiū, qui ex paganismo & idolorum cultu ad Ecclesiā cōfluxerunt. Recenset ergo Ecclesia hæc, qualis fuerit antequā spōsum inueniret. Solent nanq; sponsæ suorum maritorum amantissimæ libenter referre quæ sibi ante celebratas nuptias erga sponfos cōtigere: imo verò idem maritis solet accidere. Et quidem apud Ezech. 16. depingit spōsus qualis fuerit spōsa sua, antequā cū illo matrimoniū iniret dicens, Pertrās iens, vidi te cōculcatā in sanguine tuo, & dixi, viue: laui te aqua, & mūdauī te à sanguine tuo, vestiui te discolorib⁹,

Luc. 1

Tertia expositio.
Origenes.
Athanas.
Greg. Nis.
Ienus.
Theodo.
Hierony.
Gregori.
Beda.
Anselm.
Bernard.
D. Thom.

Ezech. 16

Ioan. 1

IN CANTICVM CANTICORVM

Exo. 13. unxi te oleo, calciaui te hyacintis, & indui te subtilibus, posui in aures in auribus tuis, & torquem in collo tuo. Quapropter voluit spōsus Exo. 13. quōtā nis celebrari memoriā illi⁹ maximi beneficij, quo populum à seruitute Aegypti liberauerat: erit, ait, memoria illius diei tibi quasi signū in manu tua, & quasi monumentū coram oculis tuis. Vnde Pau. ad Ephes. 2. ait, Deus qui diues est in misericordia ppter nimiam charitatē, qua dilexit nos: cū essemus mortui peccatis, cōuiuificauit nos, & cōresuscitauit, & cōsedere fecit cū Ch̄so in gloria, vt ostēderet in seculis superuenientib⁹ abūdantes diuitias gratiæ suæ: & ad Ephesios, qui ex Paganismo Christo nomen dederant orationem, cōuertens ait, Memores estote, quod vos, qui aliquādo fuistis gētes in carne, & appellabamini ab ea, quæ manufacta est circūcisio: sine Christo hospites testamentorū, promissionis spē non habētes, & sine Deo in hoc mūdo: qui eratis lōge, facti estis ppe in sanguine Christi: Ipse enim est pax nostra. Vt ergo sponsa grati animi significationem præbeat, enarrat qualis fuerat antequam sponsum inueniret, dicens, In lectulo meo. Incipit ostendere, quā vanæ sint cogitationes hominum, inania consilia, iudicia, decreta, quā irriti labores, & conatus nostri, nisi diuino lumine dirigantur, & fulciantur præsidio: nam si naturam nostrā Dei auxilio destitutā cōtēplemur, nihil illa imbecillius aut insipientius dici potest ad sūmū illud, numerisq; omnibus absolutū bonū inueniendū & conse-

COMMENTARIIL. CAP. III. 146

cōsequēdū. Et quidē philosophi, quos mūdus magno & excellēti ingenio præditos existimabat, magnos susceperē labores, vt verā felicitatem inuenirent ipsi, eamq; cæteris mortalibus demōstrarent. Sed vt Regius vates canit, Viam ciuitatis habitaculi nō inuenerunt: atq; ita Pau. ad Rom. 1. de illis testatur, quod fuerit obscuratum cor eorū, & dicētes se esse sapientes, stulti facti sunt. Nam tantū abest, vt verā sapientiā & felicitatē inuenerint, quod honorem soli Deo debitum, rebus creatis detulerūt, nimirum cani, boui, gallo, soli, lunæ, syderibus: & quod magis mirandū est, ligno & lapidi. Sed nunc singula sponsæ verba omni studio explicare conemur: singula enim emphasin habēt, & magna significationū momenta. *In lectulo meo per noctes quæsum quem diligit anima mea.* Lectulus significat humanā naturam egram, infirmā, & affectam morbo, quæ ex primis parentib⁹ cōtraxit, & quasi affixā lecto & decubentem: aut per lectulū cū sanctis patrib⁹ intelligito lumen rationis nostræ, siue scintillā, quæ cōparata cū lumine fidei & cū beatorū lumine, quia exigua est: merito lectulus debet appellari. Sensus igitur sponsæ est, quod in hac natura corrupta & imbecilla, lectoq; affixa, & secuta scintillā luminis naturalis, per noctes, hoc est, per rationes, argumēta, lucubrationes, & disputationes humanas, quæ sunt quasi obscuræ noctes, plusquā Cimmerijs tenebris circūfusē. Nā rationes, argumēta, syllogismi cōtortiti sophistarum, philosophorū, Chaldeorum, Aegyptiorum

psal. 106.
Rom. 1.

Quid lectulus sp̄sa significet

IN CANTICVM CANTICORVM

ptiorum, magorum, & druidarum erant veluti noctis tenebrę, quę miseros mortales in varios & multos errores præcipitarunt. *Quæsiui quem diligit anima mea.* Hęc verba (Quę diligit anima mea) sponsum significat, vel summũ illud bonum, in quod animus noster tacito nature ductu vehemēter impellitur, iuxta vocem Aug. lib. i. cōfess. Creasti nos dñe ad te, & inquietum est cor nostrũ donec perueniat ad te. *Quæsiui eum, & nõ inueni.* Quoniam rationes humano ingenio excogitatę verã felicitatē mōstrare minime potuerũt. Lectulus quoq; à sanctis patribus dici solet quidquid ab hominibus magna cupiditate expetitur, & in quo quasi in molli lectulo mortales quiescũt, vt sunt corporeę voluptates, diuitię, honores, nominis celebritas, principatus, & imperium longe lateq; diffusum. Verũ per noctes, hoc est, per huius vitę obscuras tenebras, sponsa quęrens felicitatem per noctes eam non inuenit, quod facile testantur miserię, solitudines, & ludętis fortunę casus, quib⁹ in hoc lectulo quiescentes perpetuo cruciantur. Lectulus quoq; dicitur ociũ, secessus, & vacatio quędã qua quidã diuinę sapientię studio diligenter incumbũt. Fuere nãq; multi, qui relictis forensibus negotijs, abdicatis sensibilibus voluptatibus, & terrenis curis omnino depositis totos se ad sapientię studium cōtulerunt. Sed hi cum per nocturnas tenebras versarentur, sponsum charissimum nunquam inuenerunt, sed potius, vt ex Varrone Romanorum doctissimo deducit Aug. rationiq;

Aug. 7.

Varr.

philosophi

COMMENTARII. CAP. III.

147

philosophi in plusquã trecentas sectas de beatitudine sunt diuisi: quibus mihi videtur insultare Dauid psal. 126. dicens, Vanum est vobis ante lucẽ surgere. Mihi magnopere aridet postrem⁹ sensus, vt per lectulum, ipsius humanę naturę cognitio & cōsideratio exprimat, quę plurimũ cōducit ad summum illud bonum peruestigãdum: cũ antiquissimus ille Mercurius Trimegistus in lib. cui titulus est Asclepius, ex hominis opificio diuinã naturã & omnipotentia inuestigare cōtendat, & Plato in dialogo primo, cui titulus est Alcibiades, ex hominis natura ad diuinã pulchritudinem cognoscendam progreditur: idem Cice. lib. 2. de deorum natura: Lactantius quoq; Firmian⁹, Amb. & Basi. in expositione illius Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & Dauid psal. 142. Mirabilis facta est scientia tua ex me, cōfortata est, & non potero ad eam. In hoc ergo hominis opificio, quod lectulus dicitur, si cum tota huius orbis amplissima machina cōponatur: & etiam quia opifex creato homine cōquieuit ab omni opere quod patrarat: In hoc ergo microcosmo, & totius mundi summa Deum quę fuit sponsa, & quanquã in hac imagine Dei sapientiam, bonitatem, virtutem, pulchritudinemq; vtcunq; intellexerit: sponsum tanten Christum Deum, & hominem hęc humana natura nõ demonstrabat. *Surgam, & circuibõ ciuitatē: per vias & plateas quęram quę diligit anima mea, quęsiui eum, & non inueni.* Posteaquã sponsa in hominis

psal. 126.

Mercuri⁹
Trimegi-
stus.
Plato.

Cicero.
Lactanti⁹
Ambrosi⁹
Basilius.

psal. 142.

oo 3 opifi.

opificio sponsi sui cōspectum inuenire non potuit, propofuit totā ciuitatem circuncursare, lectum relinquere, & vicos atq; plateas lustrare, quod executioni diligenter mandās: nunquā illi spōsus desideratus occurrit. Per ciuitatem, significatur hoc loco rerum omnium cōditarum vniuersitas, quā mundū siue vniuersum appellamus: mundus vero eleganter ciuitati cōparatur: nā quemadmodum ciuitas ciuium cōplectitur multitudinem, varios ordines & gradus, quos eēdem leges inter sese deuinciunt, & in eandem tranquillitatem & finem dirigunt: ita & hęc pulcherrima mundi fabrica multas & varias rerum naturas complectitur concordia inter se colligatas, & diuina sapientia admirabili artificio dispositas. Hęc vero ciuitas celeberrima & amplissima suos habet vicos & plateas. Primus vicus est terra globosa, & solida, ponderibus suis librata, in qua admiratur spōsa, & magna cū voluptate contemplatur terram ipsam herbis vestitā, & florib⁹ variegatam, fontes perēnes, & gelidos amnes labentes, atq; perlucidos, & admirabili celeritate in mare properantes, mōtium altitudines, syluarū roborā, argenti & auri minas recōditas, frondosas & fructiferas arbores, animalia varia: quædam hominum vsibus deputata: alia ferociora, & quæ nunquā cicurantur. In hoc autem vico omnium aliorū angustiōri & minori, quanquā multa appareant diuini numinis vestigia: ipsum tñ gratiæ & gloriæ, authorem Deum, nunquam inuenit sponsa. Sequi

Nota.

tur secundus vicus, aquę fluidum elementum, mare inquam, in quo multa occurrunt obseruatione dignissima. Nam vt interim taceam, littorum & insularum commoditates: sunt in mari pisciū diuersa genera: quorum quidam in profundo immerfi dehescent: alij per aquas innatant & fluitant: alij natiuis conchis, saxi inherēt: maiores minorib⁹ insidiantur, multaq; alia sunt, in quibus sponsa virtutē sponsi agnoscere poterat, sed præsentiam atq; cōspectum nūquam videbat. Aer præterea, qui tertius vicus est aquæ & terrę coniunctus, attenuatus in altū tollitur, concretus in nubes cogitur, imbrib⁹q; terram auget, concitatus ventos efficit nauigantibus necessarios & hominibus commodissimos, tract⁹ ab animalibus spiritus reficit & vitam sustentat, volatus quoq; auiam sustinet. Ignis insuper postrem⁹ vicus sublunari orbi contiguus diuinam sapiētiam & prouidentiam declarat, quem Deus ipse intra proprios terminos & cancellos coerces: vt cū voracissimus sit, & in agendo potentissim⁹, neq; aerem inflammet, neq; in seipsum transformet, neq; aquā incendat, & absorbeat, neq; terram comburat & absumat. Ex his vero quatuor vicis progressa sponsa ad cęlestes illos orbis perlustrandos, quos plateas ciuitatis appellat, cū latissimi sint & capacissimi: cōsiderat in illis cęlos ipsos syderib⁹ collucentes, lunā noctis ductricem & vnicum solatium, solem mundi oculum & aliorum syderum choryphęum, motusq; ipsos varios & discordes cęlorum sublu

nari

nari mundo conseruando & propagando maxime necessarios. Quod si sponsa in altissimum illum cælum omniumq; maximum, quem Christiani empyreum appellamus, & Regius vates psal. 113. Cælum cœli appellat, quia cõplexu suo & ambitu, ceteros omnes cœlos continet & amplectitur. Si ergo spõsa in hanc plateam cogitatione & animo conscendit, quæ augustissima Dei regia est, & cœlestiũ spirituum sacrosanctũ domicilium: occurrent illi in hac platea multa spectatu & cõsideratione dignissima, presertim incorporei illi spiritus in nouẽ choros distributi, & in tres præcipuos ordines distincti, in quorum mentibus cõditoris imago mirũ in modũ refulgebit. Sed si hos cœlestes spiritus, totãq; cœli empyrei naturam intra naturę lines cõtempleris, neq; angeli, & multominus cœlũ ipsum Deũ authorem gratię & totius beatitudinis fontẽ mõstrare valent dicente Esa. c. 64. Oculus nõ vidit Deus absq; te, quæ præparasti diligentibus te. *Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem, nunquid quem diligit anima mea vidistis?* Vltimum supererat sponsæ per fugium, quę ardebat desiderio inueniẽdi spõsum, vt sapientissimos quosq; cõsuleret, eosq; vtrum vidissent sponsum, interrogaret: hos illa vigiles & custodes ciuitatis appellat. Deus nãq; inter ipsos etiã infideles quosdam viros maiori fidei lumine illustratos cõstituit, qui essent veluti clarissima quędam lumina inter noctis tenebras, per quos cæteri docerentur de futura felicitate, de vnus Dei cultu,

Esa. 64

&

& multorum deorũ cultu omnino abrogando. Appellat vero eos ciuitatis vigiles & custodes, quia teste Salomone Sapien. 6. sapientium multitudo fanitas est orbis terrarum. Quapropter Genes. 18. Abrahę pmissit sese numerosę multitudini Sodomitaram nefandis flagitijs coopertę veniam cõcessurum, si vel decem iusti homines inuenirẽtur inter illos. Iob etiã Dei ore laudatus inter idolorum cultores vitã agebat inculpatam, multaq; literarũ monumentis tradidit de Christo, de Ecclesia, de futura beatitudine, de corporũ resurrectione: vt illud. c. 19. Scio, quod redemptor meus viuit, & in nouissimi die de terra surrecturus sum. Et Num. 23. Balã ariolus inter Madianitas ethnicos natus & enutritus, populũ Hebręum multis encomijs profequitur, quia vnum Deum colebat, & simulacra falsorũ deorum inter ipsos nõ colebãtur. Sed. c. 24. diuino afflatus Spiritu, ita ait de Christo, Videbo eum, sed non modo: intuebor eum, sed non propè: orietur stella ex Iacob, & orietur virga de Israel, & percutiet duces Moab. Quod vaticinium per manus traditum secuti tres illi sapientes Reges, visa stella in Oriente, iter susceperunt, vt Christũ recens natum tertio decimo à natali ipsius die in Bethlehemitico stabulo adorarent. Sibyllę etiam vatidicę foemine, de quarum patria, numero, & libris multa scripsit Varro lib. diuinarum rerum, multa de Christo prædixere, de morte illius, resurrectione, & futuro iudicio. Ipsa etiam Ecclesia in prosa quę canitur in

Sapien. 6

Genes. 18

Iob. 11

Iob. 19

Num. 23.

Num. 24.

Sibyllæ.

Varro.

HIGUA

pp

festo

festo Christi natali, inquit cōtra Iudeos, Si nō suis
 vatibus credat, vel Gētilib⁹ Sybillinis versib⁹ hęc
 prædicta. Mercurius etiā cognomēto ter maximus
 in Pymandro, & in Asclepio multa tradit de diui-
 na prouidētia, de Patre, & illius prole Filio, de Spi-
 ritu omnia gubernante & conseruante, de præmijs
 bonorum & supplicijs malorū. Sed vt testatur Mar-
 filius Ficin⁹ Platonis diligētissim⁹ interpres lib. 8.
 suarum epistolarum, epistola ad Bratium Martellū
 citans Cumenium Pythagoricum, Origenis iudi-
 cio doctissimum: Plato ex libris Moyfi, & prophe-
 tarum vaticinijs multa in suos libros trāscripsit: vn-
 de in Theeto, in Philebo, cōuiuio Phedro alijsq;
 dialogis multa docuit, quæ cū Catholica fide maxi-
 me cōsonant: vt quod beatitudo nostra sita sit in si-
 militudine Dei & summi boni fruitione: & in Phe-
 dro inducit quendā senē Atheniensem dicentem,
 quod si Deus naturam humanā susceperit: tunc su-
 perbos quasi rebelles è sublimi lōco deturbabit, &
 effulminabit, humiles autē & modestos tāquā sibi
 charissimos extollet. Et in epistolis ad Dionysiū
 multa extant de Patre, Filio, & Spiritu sancto, quæ
 tamen propter periculum monet nō euulgāda. Et
 quod magis miror in Phedro inquit, ipsius doctri-
 nam atq; decreta tandiu retinenda quā diu in terris
 appareat vir, qui sit supra hominē, qui veritatis fō-
 tes nobis aperiat, & quē deniq; omnes sequantur.
 Cū vero iam appeteret tēpus natalis Christi, autho-
 re Nicephoro lib. 1. sacrę historię, Cū Octauianus
 Augustus

Marfil⁹
 Ficin⁹

Plato.

Nota.

Nicepho-
 rus.

Augustus multis victorijs & reb⁹ gestis clarissim⁹
 ad prouectam etatem peruenisset, perrexit ad Py-
 thium Apollinis oraculum, vt sciret, quis post illū
 Romanū imperium esset administraturus, & obla-
 to maximo illo sacrificio, quod Hecatōbe diceba-
 tur, consuluit oraculum, cūq; nullum rēsonsum ac-
 cepisset: iterum obtulit sacrificium, & rogauit: cur
 interrogatus Apollo tacuisset, respondit: me puer
 Hebręus diuos deus ipse gubernās cedere sede iu-
 bet, tristemq; redire sub orcum aris, ergo de hinc
 tacitus abscedito nostris: quo respōso accepto Ro-
 mā redijt, & in Capitolio aram instruxit cū hac in-
 scriptione, Primogenito Dei. Tēpore etiam nata-
 lis Christi in regione Transiberina fons olei eru-
 pit, qui per integrum diē lōgo manauit fluuio, por-
 tendens illum fuisse natum, de quo Dauid psal. 44.
 inquit, Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ-
 cōfortibus tuis, à quo Christiani, id est, oleo vncti
 originē & nomen traxerunt. Et authore Orofio lib.
 6. c. 18. octauo idus Ianuarij cū iam Iani portæ clau-
 sę essent, totusq; terrarum orbis pacatus, Octauia-
 nus primum fuit Augustus à toto Romano populo
 salutatus: cūmq; S. P. Q. R. diuinos honores illi
 decreuissent & parassent, puro & sereno cœlo in
 ethere circulus quidā apparuit præferens irim. Et
 vt refert Innocētius. 3. in sermone natalis Dñi intra
 illum circulum apparuit Virgo infantē in vlnis ge-
 stās, quā ostendens digito Sybilla Tiberina prohi-
 buit diuinum cultum Octauiano exhiberi, qui soli
 infantulo

Octauia-
 no Augu-
 stus.

Apollo
 Christo ce-
 dit.

psal. 44.

Orofio.

Innocētius
 tertius.

Sybilla Ti-
 berina.

IN CANTICVM CANTICORVM

infantulo illi ex Virgine nato debebatur. Et idē In nocentius refert, quod statua aurea, quā Romulus cōstituerat in palatio Romuliano, nato Christo cecidit & con fracta est: habebat enim hāc inscriptionem, Cū virgo pepererit. Et postremo vt recen set Dionysius Areopagita epistola ad Polycarpum, & epistola vltima ad Apolophanem philosophū: cū ipse Dionysius & Apolophanes Heliopoli Aegypti morarentur: feria sexta, hora sexta, hoc est, meridia no tempore quo Christus in cruce spirauit, magnis tenebris sol fuit circūfusus, ita vt iuxta aliorū histo ricorum testimonium coeli stellę apparerent, cū tñ deliquium illud solis apertissime cōtingeret præ ter omnē ordinē motuum cęlestiū: admiratus Apo lophanes in hęc verba prorupit, Hęc ô Dionysi sūt diuinarum vicissitudines rerum significās nouum Dei cultum, nouam religionem, nouamq; doctrinā de Deo in mundo successuram. Propter hęc testi monia videtur dicere sponsa, quod in vigiles & cu stodes ciuitatis inciderit, à quibus instructa multa ad Catholicā fidem pertinētia didicerit. Sed opus illi fuit paululū pertransire, quoniā philosophorū & externorum hominū decreta atq; cōsilia nō suf ficiēbāt, vt veram salutis viam indicarent, tantū ab est vt Christum ipsum humani generis vnicum in stauratorē & redēptorem ostenderent, quod Paul. aperte docet. 1. ad Cor. 2. inquit, Sapientiam lo quimur non huius seculi, neq; principum huius se culi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiā in mysterio

Nota.

Dionysii
epistola
ad Apolo
phanem.

2. Cor. 2.

COMMENTARII. CAP. III.

151

mysterio absconditam, quā prædestinavit ante secu la in gloriam nostrā, quā nemo principum huius se culi nouit. Vnde idē Apostolus. c. 1. citat Esa. c. 35. di centē, Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius seculi, vbi legis verba ponderans? perdam, inquit Deus, sapientiam sapientium, & prudentiā prudē tium reprobabo, quod mihi apertissime confirma re videtur Baruch. c. 3. dicens, Filij Agar, qui exqui runt sapientiam negotiatores terre, fabulatores, & exquisitores intelligētię: viam autē prudentię ne scierunt. Et quasi oculis cerneret ppheta Ecclesiā Christianam toto terrarū orbe diffusam, exclamat, O Israel quā magna est domus Dei, ingēs locus pos sessionis eius! magnus est & non habet finē, excel sus & immensus. Et ne quispiam putaret hęc Eccle siam Catholicam humana potentia fuisse fundatā & erectā instar Babylonicę turris, adiecit, Ibi fue runt gigantes nominati, statura magni, sciētes bel lum: nō hos elegit dñs, neq; viam sapientię cogno uerunt. Ostēdit vero humano ingenio posse nemi nē peruenire ad cęlestem sapientiam, dicēs, Quis ascendit in cœlum & accepit illam, aut deduxit illā ex nubibus? quis transfretauit maria, & transfuexit illam sicut thesaurū occultum? Hic est Deus noster, qui adinuenit omnem viam discipline, & dedit illā Iacob puero suo, & Israel dilecto suo: post hęc in terris visus est, & cū hominibus cōuersatus est. Germa nus ergo sensus huius loci, Inuenerūt me vigiles: est, quod Apostoli à Christo spōso destinati, vt Gē

Esa. 35

Baruch 3

tilem populum per errorum tenebras vagantem ad Christi fidem reducetes sint vigiles & custodes ciuitatis, qui sponsam per errorum tenebras vagantem & discurrentem inuenerunt. Apostoli vero & eorum successores episcopi iure optimo vigiles & custodes ciuitatis nuncupantur, de quibus Deus apud *Esa. 62* Esa. c. 62. ait, Super muros tuos Hierusalem, constitui custodes: tota die & nocte non tacebunt. Ideo episcopi dicuntur, hoc est, vigiles & superintendentes. Vnde *Apoc. 4* Apoc. 4. sancta illa animalia oculis plena de pinguntur ante & retro, & quod maius est intus: inter nus enim homo oculatissimus esse debet. Dicuntur autem Apostoli & ministri ecclesiastici sponsam inuenisse, quoniam in principio etiam nascentis Ecclesie Apostoli legati a Christo toto terrarum orbe homines ad Christum vocabant, ut Philippus, cuius fit mentio *Act. 8* Act. 8. qui cum properaret Hierosolymam iussu angeli, occurrit eunuchus Candacis regine, Aethiopy thesauris prefecto, qui in curru legebat *Esaia* prophetam, illumque locum capitis. 53. Sicut ouis ad occisionem ducetur. Ex quo loco occasione sumpta ostendit illi Christum esse verum humani generis instauratorem & redemptorem: & *Act. 10* Act. 10. Petrus missus est ad Cornelium, ut Christum illi euangelizaret: & *Act. 17* Act. 17. Paulus oblata occasione ex ara Deo ignoto dicata ostendit Dionysio Ariopagite, & multis alijs Christum esse liberatorem & redemptorem generis humani: hoc idem contigit D. Augustinus, qui per Ambrosium vigilem & custodem Ecclesie ad Catholicam fidem fuit

reuo-

reuocatus. Cum vero querebat sponsa, Numquid vidissent vigiles dilectum: respondebant illi primo cum *Ioan. 1.* Ioan. 1. Canone. 1. Quod audiuiimus & vidimus, quod manus nostre contrectauerunt, & oculis nostris vidimus de verbo vite: hoc testamur & annunciamus vobis: & Petrus. 2. Canone. 1. Non indoctas fabulas sequuti, annunciauimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutem, & prescientiam: sed speculatores facti illius magnitudinis voce ad eum delapsa ex magna gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite: & hanc vocem nos audiuiimus cum essemus cum ipso in monte sancto. *Paululum cum pertraxissem eos, inueni quem diligit anima mea.* Ac si dicat sponsa: vix ab excubitoribus discesseram, cum inter ipsas noctis tenebras subito charissimus sponsus luce splendidior, & pulchritudine ipsa pulchrior mihi occurrit: quod vero inquit, Paululum cum pertraxissem eos, significat certissimum fuisse ipsorum legatorum testimoniū, qui Christum iam adesse quasi digito monstrabant, quemadmodum Ioannes Baptista dixit, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: vel indicant haec verba fidem & beneuolentiam ministrorum erga sponsum, qui non permittunt sponsam in ipsis sistere, sed volunt & horrantur, ut sponsum quaerant, & ad ipsum progrediatur: ut praecursor *Ioan. 1.* Ioan. 1. dixit, Non sum ego Christus: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis: qui post me venit, ante me factus est, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius: & Paulus. 2. ad *Corin. 4.* 2 Cor. 4.

Non

IN CANTICVM CANTICORVM

Non nos metipfos predicamus, sed dñm nostrū Ie-
 sum Christum. Aut quod magis credo, his verbis si-
 gnificat sponsa, quod creata omnia trāsgressa est,
 priusquā spōsum inueniret, iuxta illud psā. 72. Dñe
 quid mihi est in coelo, & à te quid volui super ter-
 ram? Deus cordis mei. Cuius imaginem pulcher-
 rimā habemus in Magdalena Ioan. 20. quæ depin-
 gitur stans ad monumentū, & lacrymas fundens, &
 cū inclinaret se, prospexit in monumentum, vidit
 duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput, &
 aliū ad pedes, qui interrogauerunt illā, Mulier cur
 ploras? Respōdit, quia tulerunt dñm meū, & nescio
 vbi posuerunt eum. Et statim relictis angelis con-
 uersa est retrorsum, viditq; Christū ipsum in specie
 hortulani: quoniā qui vere & toto corde Deū quæ-
 rit, in solo ipsius cōspectu cōquiescit. Vel etiā ger-
 manus huius loci sensus est, quod quāquā spōsus in
 infinitum distet ab altissimo seraphino, tamē dici-
 tur, quod paululum cū pertransit ministrum spōsa,
 eum inuenit, quoniam sponsi clementia & incōpa-
 rabilis misericordia tāta est, vt seipsum spōte offe-
 rat quærentibus illum, iuxta illud Sapien. 6. Sapien-
 tia inuenitur ab illis qui quærent illā, & preoccupat
 eos, qui se cōcupiscunt. Cuius exēplum aptissimū
 habemus Genes. 45. vbi Ioseph dicitur, quod non
 poterat se cōtinere: curauit tamen, vt omnes Aegy-
 ptij eijcerentur, ne aliquis extraneus interesset co-
 gnitioni mutue: nā Deus non seipsum ostēdit mor-
 talibus nisi in quodā alto silentio & magna animi
 tranquil

COMMENTARII. CAP. III 153

tranquillitate, vbi nullus interfit rerū terrenarū &
 sensibilem affectus. *Tenui eum: nec dimittam.* Non
 explicat sponsa quanta fuerit perfusa lætitia cū vi-
 deret sponsum: forte quoniam illius lætitiæ magni-
 tudo verbis explicari non potest, & melius silentij
 velo tegitur, quā sermone exprimatur. Quēadmo-
 dum Matth. 2. declaratur gaudium Magorum, inuē-
 ta & apparente illis rursum stella, quā in Oriēte vi-
 derant: gauisi sunt, ait, Gaudio magno valde: nō ta-
 men dicitur, quale fuerit ipsorum gaudium inuēto
 Christo quem quærebant: vel potius, quoniā ex his
 quæ sequuntur facile liquere potest ipsi⁹ gaudij ma-
 gnitudo. Cū enim subinfert, tenui eum, nec dimit-
 tam, satis indicat gratissimā & lætissimā illi fuisse
 sponsi præsentiam, quem tam diligenter tenere, &
 nō amittere cōtendit: sicut gaudium Magorū abū-
 de exprimitur verbis illis, Procidētes adorauerūt
 illum. Quod autem audacter pronunciat & pollice-
 tur spōsa sese tam firmiter tenuisse spōsum, vt eum
 nunquā in posterum sit dimissura, non inanis iacta
 bundiq; animi fiducia est, sed ardentissimi amoris
 testimoniū & indicium. Dicit autem, Tenui eum,
 quoniā tenebat eum firmiter per fidem, spē, & cha-
 rritatem. Est sane fides totius spiritualis edificij fun-
 damentum firmissimū: spes, authore Paulo, ancho-
 ra est firma, qua animus noster inter vitæ præsentis
 fluctus sustentatur & firmatur, ne in tentationū sco-
 pulos impingat, & desperationis profundo absor-
 beatur: charitas vero perfectissimum & fortissimū

Matth. 2

IN CANTICVM CANTICORVM

est vinculum, & quasi trabalis clauus, quo Christo sponso cōferminamur & colligamur. Vnde propter fidē Ecclesia appellatur columna & firmamentum veritatis: propter spem, teste Pau. ad Rom. 5. Ecclesia ipsa nunquā labefactatur aut cōfunditur: propter charitatē vero dicere cū Paul. ad Rom. 8. potest, Quis nos separabit à charitate Chrī? Quāquā Ecclesia dicitur spōsum tenere, non sola fide, spe, & charitate, sed etiā precibus, præfertim quæ ex ardenti amore proueniunt, vt Genes. 33. Iacob albescente aurora, cū angelus illi diceret, Dimitte me, aurora est: Respōdit, Nō dimittā te, nisi benedixeris mihi: & Exo. 32. inquit Deus Moyfi, Dimitte me vt irascar: suis enim precibus Deū tenebat, & quasi præpediebat, quominus irasceretur & fūdus perderet Israeliticum populum: & Iudi. 16. Dalila blādimentis astrinxit & tenuit Samsonē, & Philistæis excēcā dum tradidit. Nō ergo mirum, si spōsus qui amoris vinculis captus intra virgineum aluum sese effudit, & postea natus fascijs ligatus est, cruci affixus: nunc ab Ecclesia, quā ipse ardentissime diligit, vinciat & teneatur. Quod vero inquit: nec dimittā, testatur id quod reuera successit & præstitit. Nam postea quā semel Christi vexillū Ecclesia gentium Romæ extulit, & sedem Romani Pōtificis ibi collocavit, neq; à fide Catholica excidit, neq; idolorum cultum vsquā reuocavit: cū tñ Synagoga & antiqua Ecclesia, & à fide exciderit sæpius & ad idolorum cultū, p̄fanasq; religiones degenerauerit.

Rom. 5

Rom. 8

Genes. 33

Exo. 32

Iudic. 16

COMMENTARII. CAP. III. 154

rauerit. Felix & vere felix spōsa, quæ, cū in spōso bonorū omnium summā possideret, potuit eum perpetuo retinere: bona enim sēsibilia, et si nobis charissima sint & iocūdisima, amittunt tñ etiā nobis inuitis: vita fugacissima est, honores: facile transeunt, pulchritudo subito marcescit, diuitiæ elabuntur, principatus & imperia subito mutantur: sola animi bona nobis inuitis amitti nō possunt, & præcipue spōsus ipse, quem iusti in gratia perseverantes perpetuo retinent. *Donec introducā illū in domum matris meæ, & in cubiculū genitricis meæ.* Duplex est huius loci expositio: Prima, vt proponat spōsa perpetuo cōseruare amicitia & gratiā sponsi vsq; ad illū statū, in quo iam beata nō possit eum amittere. Per domum enim matris suæ, intelligit sponsa, celestē illam Hierusalem, quā Pau. ad Gala. 4. matrem nostrā appellat, quoniam trahit Ecclesia militans originē ab illa celesti, iuxta illud Apoc. 21. *Vidi civitatem sanctam Hierusalem descendentem de celo.* Cubiculū vero dicitur peculiaris cuiusq; beatitudo, quæ disparibus meritis respōdet, dicente Chro Ioā. 14. *In domo patris mei mansiones multe sūt: & p̄sa. 149. Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis.* Vel quod dicit spōsa, *Donec introducā sponsum in domū matris meæ:* nō solum videtur in propria esse locutio, sed & falsa: cū preposterum & rationi dissentaneum videatur, quod spōsa sponsum ducat, cū ipsa potius ducatur à sponso in beatitudinem. Vnde David p̄sa. 64. inquit, *Tenuiste manum*

Rom. 5

Genes. 33

Gala. 4

Apoc. 20

Ioann. 14

p̄sa. 149

p̄sa. 64

IN CANTICVM CANTICORVM

Cant. 8. dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cū gloria suscepisti me: & huius epithalamij. c. 8. chorus puellarum & ministrorum admirabūsus canit, Quæ est ista, quæ ascēdit de deserto delicijs affluens, innixa super dilectū suum? & sponsus ipse ait, Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo. Sed dicitur spōsa introductura sponsum in cœlestem Hierusalem, primum, ea phrasi & figura loquendi, qua Pau. 1. ad *Ioann. 3* *1. Cor. 6* Corin. 6. dicit, Empti estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro. Iusti sane Deum & Christum dicuntur portare, nō solū quia in illis habitāt per gratiam & charitatem, sed etiam quia in illis loquitur, in illis per vitę imitationem splendet, vivit in ipsis, & spirat: maxime q̄; illi⁹ imago elucet in illis, qui propter ipsum persecutiones patiuntur, dicente Pau. 2. ad Corin. 4. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt vita Iesu Christi manifestetur in carne nostra mortali. Et maxime ducere & portare Christum dicuntur diuini Verbi præcones, quales Apostoli fuere: de Paulo nāq; dicitur Acto. 9. Vas electionis est mihi, vt portet nomen meum corā gentibus, & regibus. Quamobrem hoc eodem. c. 3. Ecclesia ipsa ferculum appellatur, quanquam dicitur spōsa spōsum introducere in sacrosanctum illud domicilium beatorum, quoniam in fine seculi post iudicij diem comitabitur sponsum & honoraria quæ dā ratione eum in patria introducet, sicut psal. 67.

COMMENTARII. CAP. III. 155

multitudo angelorum Christum in cœlum ascendentem comitātium, currus Dei appellatur. Quod autē dicit, Donec introducam, nō significat quod postquam intrauerit in beatitudinem cum sponso, eum sit dimissura: cū beatitudo æterna sit et immutabilis, sed denotat, quod inter huius mundi discrimina & presentis vitę pericula amittendi sponsum: ipsa eius gratiam & amicitiam perpetuo conseruatura sit, ac multo proinde magis cum in patria extra omnem peccandi aleā fuerit cōstituta: de quo legatur D. Hieronym⁹ tomo. 2. lib. vni. cōtra Heluidium hereticum. Secunda expositio est, vt Ecclesia ex gentibus cōstituta quā primum inuenit sponsum, illiusq; amplexibus est potita: statim cœperit esse sollicita de salute Synagogæ, quā illa hoc loco vocat matrem suam, & merito quoniam protulit nobis Christum, & genuit Apostolos, quos tanquā veros parentes Ecclesia veneratur, canente David psal. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Ait ergo sponsa sese curaturā, vt perpetuo maneat in gratia & amicitia sponsi, neq; tātum suæ salutis curam habituram, sed multis lacrymis, suspirijs, & precibus ad sponsum fusis, impetraturam ab eo, vt redeat in gratiā cum Synagoga, quā repudiauerat propter perfidiam cōtumaciam & scelus illud immane, quo Christum ipsum in crucē sustulit, & aduersus Christianam Ecclesiam hostiliter pugnauit. Pro hac ergo proponit se oraturam, & tandem exaudiendā. Et

Hierony.

psal. 44.

IN CANTICVM CANTICORVM

Acto. 13.

quidem quod popul^o Hebræus repulsus fuerit propter supradicta scelera satis constat Act. 13. ubi cum Iudæi doctrinæ Euāgelicæ totis virib⁹ restitissent, Paulus & Barnabas cōstāter illis dixerunt, Vobis primum oportebat annunciari verbū Dei, sed quia indignos vos iudicatis æternę vitę: ecce conuertimur ad gentes, sicut præcepit nobis dñs, nēpe Esa.

Esa. 49.

49. Ecce dedi te in lucem gētium, vt sis salus mea

Rom. 11.

vsq; ad extremum terræ, quod & Pau. ad Rom. 11. magis declarat loquens cum Romanis, Notū, ait, sit vobis mysterium hoc, vt nō sitis vobis metipsis

Esa. 59

fapientes, quoniā cęcitas ex parte cōtigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret: & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est Esa. 59. Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietātē à Iaco: & hoc erit testamētum meum cum illis, cū abstulero peccata eorum. Vbi attentius nobis obseruāda est diuini amoris vis & præstantia, qui neq; inuidet, neque zelotypia tangitur, sed vult omnes admitti ad diuinę charitatis consortium. Hoc est enim, quod

Apoc. 22

Apocal. 22. dicitur, Qui audit, dicat: veni, cortina cortinam trahat, carbo carbonem incendat, & lampas lampadem inflāmet, quod Pau. aperte testatur

Rom. 9

ad Rom. 9, Veritatē dico, nō mētiōr, testimonium mihi perhibente cōscientia mea in Spiritu sancto, quia tristitia mihi magna est, & cōtinuus dolor cordi meo: Optabā ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt mihi cognati secundū carnem. Hoc ergo spiritu agitata sponsa dicit se in

trodu-

COMMENTARII. CAP. III.

156

troducturam sponsum in domum matris suę, quia orando & prædicādo efficiet vt sponsum inclinatus precibus suę spōsę accedat ad ostium Synagoge, & pulset, dicēs illud Apoc. 2. Ecce ego sto ad ostiū & pulso: si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & coenabo cum illo, & ipse mecum: & Cant. 5. Aperi mihi soror mea. Atq; hoc modo antiqua Ecclesia in pristinam gratiam & dignitatē restituta ingredietur simul cum spōso, nō solum in ipsam Ecclesiam, sed ad cubiculum & cellarium spōsi, quæ nomine cubiculi genitricis significatur. Hęc vero quæ de Ecclesia ex gentibus in genere dicta sunt: solēt à patribus de singulis Ecclesię mēbris explicari. Nā Spiritus sanct⁹ sub his verbis quasi in tabula nobis depingit modum, quo Deum semel amissum debem⁹ inquirere. Amittitur vero Deus, primo, per peccatum mortale: nam miser ille, qui culpæ mortali consentit sponsum à se abijcit, & impudenter repellit, cū Deus dicat apud Esa. 59. Peccata vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum: & psa. 118. Lōge à peccatoribus salus: & Abacuch. 1. Mundi sunt oculi tui, vt videant malum: ad iniquitatem respicere nō possunt. Primus ergo gradus ad inueniendū Deū, est, vt eum in conscientię lectulo requiramus. Verū cū peccatorum tenebris circumfusa sit ipsorū conscientia, qui manent in peccato, eum in lectulo suo inuenire nō possunt, sed poti⁹ occurrit ibi horrenda rerum facies, vermis conscientię carnifex, iuxta illud Sap. 17. Semper seua præsumit perturba

Apoc. 2

Cant. 5.

Esa. 56

psal. 118.

Abacuc. 1

Sapiē. 17.

ta

August. ta cōscientia: & Aug. lib. 4. cōfess. ait, Voluisti dñe: & ita est, vt inordinatus animus ipse sibi sit poena. Occurrit etiam timor gehennę capiti ipsius peccatoris impendens, vnde relinquit lectulum, in quo non potest quiescere, & surgens circuit totam ciuitatem, hoc est Ecclesiam Catholicam: & per diuersos gradus & status discurrens, hoc est, per vicus & plateas, cū multos videat virtute insignes & religione præstātes, excitatur ad penitentiam, & ardet desiderio inueniendi sponsum: dicitq; cū filio prodigo Luca. 15. Quanti mercenarij in domo patris mei abundāt panibus: ego autem hic fame pereor. Atq; ita inueniunt eum vigiles, qui custodiunt ciuitatem, nēpe cōcionatores & ministri sponsi, præsertim patres spirituales, quos cōfessarios dicim⁹. Dicuntur autē isti peccatorem inuenire, quoniam ille extra seipsum cōstitutus, & in sensibilia transformatus, seipsum ignorat, neq; perpendit in quanto versetur periculo, quāta sit peccatorū deformitas, vlnorum grauitas: maxime autem instruitur de ratione inueniendi sponsum, quando aduolutus pedib⁹ cōfessarij edocetur, quomodo debeat dolere de peccatis, peccandi occasiones vitare, peccatorum fibras & radices cōuellere, toto corde conuerti ad Deum, & pro præteritis peccatis satisfacere: tunc sane statim sequitur illud, Paululū cū pertransissē eos, inueni quem diligit anima mea. Nam vt Apostolus docet. 2. ad Corin. 4. Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere: ipse illuxit in cordib⁹ nostris

stris in faciem Christi Iesu: tunc peccator iam in amicitia Dei restitutus, cautior factus tenet eum, & amplectitur brachijs fidei, spei, & charitatis, magnis & cōtinuis orationibus, quib⁹ discipuli, Luca ultimo, Christum abeuntem retinere dicētes, Ma-
Luca vi. ne nobiscum dñe, quoniam aduersperascit, & inclinata est iam dies: & coegerunt eum intrare. Nā introducit eum spōsa in domum matris, & in cubiculum genitricis, quæ domus depingitur in fine capituli primi huius libri, vbi dicitur, quod huius domus tigna sunt ex cedro arbore altissima & incorruptibili: laquearia ex cupresso arbore odorifera, & aduersus noxias bestias saluberrima: lectulus verō, in quo quieturus est sponsus, floridus, hoc est, multis virtutib⁹ conspersus. Si verò de iustis sit sermo, de quibus hunc locum antiqui patres interpretantur: illi dicuntur sponsum quærere, nō quia Deus ab illis discedat, quos in gratia & amicitia cōseruat & promouet, sed quia permittit plerūq; iustos aduersis & incōmodis premi, iactari fluctib⁹ tentationum & tribulationum, ita vt discesse videatur, & suorum amicorum obliuisci: vnde clamāt iusti cū David, Exurge, quare obdormis domine? quare obliuisceris inopię nostræ & tribulationis nostræ, quare faciem tuam auertis? Subtrahere etiam dicitur præsentiam & conspectum suum, quando interceptum illum suauissimum, quem iusti ex cōplexu sponsi percipiunt, quanuis maneat integra & salua cum Deo amicitia, ita vt iusti plerunque ti-
psal. 43. meant

IN CANTICVM CANTICORVM

meant, vtrum Deū per peccatum amiserint. Iustus ergo in hoc statu constitutus, primum, querit Deū in lectulo proprię conscientię inter tenebras miseriarum & calamitatum, discutiens attētissime propriam conscientiam, eamq; ad examen reuocans, quod Regius vates faciebat p̄sa. 76. Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui: meditatus sum in corde meo, & excitabā, & scopebā spiritum meum (legit Hierony. fodiebam, & August. scrutabar) lynceis oculis perpēdens, vtrum subsit in corde nostro radix aliqua amaritudinis, sursum germinans, per quā desit iustus gratię Dei: vel insit superbię labes, quę magnopere impedit diuina beneficia, iuxta illud, Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiā: aut forte ne interueniat in corde terrenus affectus maxime obscenus & turpis, quoniam vt habetur Sapientię. 1. Spiritus disciplinę effugiet fictū, & auferetur à superueniente iniquitate, & auferet se à cogitationibus, quę sunt sine intellectu, quod Paul. aperte docet dicens, Animalis homo nō percipit ea, quę sunt spiritus Dei. Inde vero progreditur vir iustus, & animo & cogitatione vtranq; ciuitatem militantem & triumphantē circūcuriat, ita vt presentem Ecclesiam in vicis intelligamus: triumphantem, per plateas. In triumphate occurrunt illi tot sanctorū angelorū millia: in militate vero multi viri iusti, qui inter aduersa Deo maxima promptitudine & alacritate inseruiunt, cōtra tribulationes semper erecti & cōstantes, quorum

Hebr. 12.

Jacobi. 4.

Sapient. 1

1. Cor. 4.

exemplis

COMMENTARII. CAP. III.

158

exemplis ad inquirendū spōsum magis ac magis incēditur. Atq; ita incidit in excubitores & vigiles huius ciuitatis, nēpe in sanctos angelos custodes, & etiam in diuos, quos habet quisq; suos patronos & tutelares: præsertim in Virgine illā Deiparam, dicentes illi, Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos cōuerte, & Iesum benedictum fructum vētris tui nobis ostende. In vita autē presenti custodes & vigiles sunt viri sanctitate, prudentia, & experientia insignes, quos percontari oportet de sponso, & qua ratione sit inueniendus, à quibus instructus vir iustus, & eorum secutus iudicium atq; sententiam, statim inueniet spōsum, quē desiderabat, corruet in amplexus & oscula: & cautior factus tenebit eum, nec dimittet: ita vt impleatur illud p̄sa. 93. Secundū multitudinem dolorum meorum cōsolationes tuę letificauerūt animā meā: & Tobię. 3. Post tēpestatem tranquillū facis, & post tribulationes cōsolationē infundis. Introducit vero sponsa sponsum suum iam non in tugurium æstiuum, quod æstate prætereunte diruitur, nō in umbraculū temporarium, quod ad solis ardorem & edentem vermem statim arescat, nō in diuersoriū, ad quod sponsum tanquā viator trāsiturus diuertat, nō in domū fundatā super arenā sine calce, quę cū irruunt vētus & flumina, corruat: sed introducit eū in domū maternā supra petram fundatā, hoc est, supra Christum, cuius fundamenta sunt in montibus sanctis, in fide, spe, & charitate, & in cubiculū, nimi

p̄sal. 93

Tobię. 3

Ionę. 4.

Matt. 7.

IT 2 rum

rum ad intima & penetralia cordis nostri, vbi tanquã in cubiculo sponsus cū iustis quiescat, de quo Efa. 26. Intrate in cubicula vestra, claudite ostia, & abscondimini parumper, donec tráseat indignatio: & psal. 26. Abscondit me in tabernaculo suo, in die malorū protexit me in abscondito tabernaculi sui. *Adiuuro vos filia Hierusalē per capreas cervosq; campo rū, ne suscitetis dilectā, nec vigilare eam faciat, donec ipsa velit.* Quod nos legimus, Ne suscitetis dilectā, Septuaginta legunt, Ne suscitetis dilectionē. Quapropter recentiores quidã interpretes hæc verba tribuunt nō sponso, sed spōsæ, quæ cū clemēter fuisset excepta ab sponso, eumq; brachijs firmiter cōplecteretur, vidit sponsum inter ipsius sponsæ brachia dormientē, atq; ita sollicita, ne quispiã sponsi quietē interrūperet, interposita adiuratione iubet puellis, quæ illā sequebātur, ne strepitu, aut aliqua alia ratione excitent spōsum, quē suā dilectionem & amorē illa appellat. Ita sentiunt Vatablus, Genebrardus, & Agatius, idq; suadere conantur, primū, quoniã solus sponsus cū Deus sit appellatur dilectio, & charitas per essentiã, sicut dicitur, sãctitas, iustitia, & sapientia: atq; etiam quoniã hac ratione sponsa parem gratiam rependit sponso, qui. c. 2. diligēter curauerat, eadem interposita adiuratione, ne quispiam somnum spōsæ dormientis interturbaret. Dicitur autem dormire spōsus, & quia iam nō quasi transiturus, sed longo tēpore permāsurus in lectulo cōmuni cū sponsa recumbebat, & etiã quia ipsi

Efa. c. 26

psal. 26

Vatablus.
Genebrardus.
Agatius.

ipsi sponsæ impartiebatur animi quietem, tranquillitatem, & pacem: qua phrasi Pau. ad Rom. 8. ait, quod Spiritus sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, quoniã & incitat nos ad orãdum & postulãdum, & eodem in spirante, desiderio eternæ felicitatis ingemiscimus. Verū cū vulgata editio legat, Ne suscitetis dilectā, cuius authoritas nobis debet esse sacrosancta: aptior expositio est, vt verba hæc ascribantur sponso loquenti & prohibenti, ne aliquis interrumpat somnum quietemq; spōsæ. Nam cū sponsa multas noctes infomes duxisset, vt cōstat ex antecedētibus, & per totã ciuitatē, vicos & plateas fuisset peruagata, & tandē instructa ab excubitoribus ciuitatis, in cāpum egressa statim sponsum inuenisset, simulq; cū illo in domū maternam rediens, & in cubiculū ingressa, in sinu ipsius sponsi caput reclinasset: præterito labore fatigata dulci sopore capta fuit, quod videns sponsus adiuurat chorū puellarum, ne strepentes, spōsæ quietē intercipient. Vbi animaduertendū est, primū, quod sub his symbolis & metaphoris significatur, quod Christus Christianam Ecclesiam ex gentibus vt plurimū collectā ad multo altiore gradum charitatis & perfectionis euexerit, quã antiquā Ecclesiã: deinde quod soleat Deus illos, qui propter ipsum longas vigilias, labores, & peregrinationes susceperūt, maximis beneficijs cumulare, id quod adumbrare videbatur Genes. 33. lōga illa colluctatio per totam noctem inter Iacob & angelum, vbi tangēte

Rom. 8

Genes 33

angelo neruū femoris Iacob, emarcuit neruus, ita
 ut in posterum Iacob claudicaret altero pede: no-
 luit vero angelum dimittere, antequā ab eo impe-
 traret benedictionē: qui angelus non solū illi bene-
 dixit, sed nomen quoq; eius in nomen Israel cōmu-
 tauit: ita euenire solet illis, qui diuturnos magnos-
 que labores propter Christū sustinent: nā & in illis
 marcescit caro, vilescunt & desipiunt omnia terre-
 na & sensibilia, impetrant à Deo super cœlestiū bo-
 norum cumulatiſsimā benedictionē, & copię cor-
 nu, ita ut in posterum iam animi propositum & in-
 tentionem in terrenis vix figant, & post victorias,
 atque triumphos iam iustus non tam colluctator
 quā Iſrael, hoc est, victor, præualens, & princeps
 nominetur. Hęc omnia in sponſę somno, atq; quie-
 te explicātur. Quid vero per capreas ceruos q; cā-
 porum sponſus significet, nos. c. 2. hęc eadē verba
 exponentes copiose declarauimus. Vnū tantum ad
 notandum est hanc adiurationē iuxta quorundam
 expositionem imprecatoriam esse, hoc est: caute,
 ne quietem sponſę interturbetis: alioquin illa vo-
 bis eueniant, quæ accidere solent capreis & ceruis
 qui à venatoribus & canibus circumsidētur, qui eos
 gladijs, lanceis, & iāculis feriunt, cōfodiunt, & occi-
 dunt, ac tandem in frustra secant: hoc idem, & olim
 contigit omnibus illis, qui Ecclesię vnitatē, trāquil-
 litatem, & quietem perturbarunt. Nā vt. 3. Reg. 14.
 legitur, decem tribus, quę à tribu Iuda & Leui disces-
 serunt, & ab antiqua illa Ecclesia Hierosolymitana

3. Reg. 14

desci-

desciuerunt, adorātes vitulos aureos, quos illis rex
 Ieroboā adorandos proposuerat: omnes illę tribus
 traditę sunt Assyrijs quasi venatoribus & prædatoribus,
 dilacerādę & in frustra diuidendę. Inter Chri-
 stianos vero Gręci, & omnes ad Orientalē Eccle-
 siam pertinentes, quia iniquo animo ferebant obe-
 dire Romanę Ecclesię, & subesse Romano Pontificali
 modo misera seruitute premuntur sub venatore &
 prædatore tyranno Turcarum rege crudelissimo.
 Germani præterea, Angli, Galli, & ceteri Catholi-
 cę fidei desertores in varias sectas & hereses diui-
 si dilacerantur. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto,*
quasi virgula fumi ex aromatibus myrrhę & turis, &
vniversi pulueris pigmentarū; Pagninus legit, *Quasi*
columna fumi, Cōplutensis ex Gręco respondens
editioni Septuaginta, Quasi trūcus fumi, Vatablus
& alij, Quali palmę subfumigantes: alij, Quali funi-
culus. Omnes tamen istę translationes eundē sen-
 sum reddunt, & ea solum ratione nobis amplecten-
 dę sunt, quæ deseruiunt editioni vulgatę. Cū spōsa
 in cōmuni cubiculo grata quiete perfrueretur: cho-
 rus iuencularū, quę inseruiebāt sponſę, cępit canere
 epithalamium, vt nuptiarum initia essent faustis-
 sima: auspicaturq; à laudib⁹ spōsę, dicens, *Quæ est*
ista. Quibus verbis describit sponſa ex agro in do-
 mū sponsi magna pōpa & apparatu procedēs, cui⁹
 stature proceritatē, venustatē, pulchritudinem, ele-
 gantiam, & suaueolentiā aptissimā similitudine de-
 pingit Salomon, dicens, *Quæ est ista, quæ ascendit*
 per

per desertum, sicut virgula fumi? Et quidem quod aliqui vertunt: instar palmę subfumigantis, indicat pulchritudinem & venustatem sponsę nō esse horariam aut momentaneam, sed perpetuam & stabilem: palmę nāq; folia perpetuo virent. Vnde princeps poetarum Homerus virginis cuiusdā gratiā & venustatem cōmendaturus, eam palmę cōparauit: & inferius, c. 7. sponsus postquā pulchritudinē spōsę exaggerauit, adiecit, Statura tua a similitate est palmę: dixit, Ascendā in palmā, & apprehendā fructus illius. Sed cū hoc loco Ecclesia describatur, aptissime vertit vulgatus interpres, Quę est ista quę ascēdit sicut virgula fumi? Verba hęc interrogatiōnē habēt, quę nō ex ignoratiōne pcedit, vt illa verba Esa. 63. Quis est iste, qui venit de Edō? vbi angelī ignorātes interrogāt, vt edocēantur a Chřo de mysterio redemptionis generis humani: neq; etiā interrogant, vt tentent & experiantur alterius sciētiam, vt Christus Ioan. 6. quādo dixit, Vnde emem⁹ panes, vt māducent hi? sed procedit hęc interrogatiō ex admiratione. Nā chorus iuencularū cū vidisset paulō antea sponsam in lectulo, per vicos & plateas, & in agro quarentē sponsum: nunc autem eam cerneret singulari pulchritudine præditā, spōso innixam, magna cū authoritate & maiestate ad domū sponsi procedere, admirantur dicētes, Quę est ista? Et sane agit chorus iste personam eorū, qui cū vidissent olim veterē Ecclesiā in Aegypto dura seruitute afflictā, posteaq; eam intuerentur, non

Esa. 63

Ioan. 6

solum in veram libertatem assertam, sed etiam hostium thesauris & exuijs locupletē, victricē, & de hostium morte triumphantē, ac tandem Deū sacrificijs & hostijs oblati sibi promerentē, dicūt, Quę est ista. Quod vero cōparat illam virgulę fumi ex aromatis myrrhę, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij, meo iudicio cōparat ipsam virgulę aromaticę ex vniuerso puluere pigmentario confectę, quā vulgo appellāt (Pebete) Nā vt legitur Exo. 30. Exo. 30. Iussit Deus huiusmodi odoremēta sibi preparari, Sume, inquit, myrrhę primę & electę quingentos siclos, & stacten, & galbanum, & thus lucidissimū: Quę omnia in puluerē contusa offeres mihi in tabernaculo testimonij. Verū si ad Ecclesiam ex gentibus collectam oculos cōuertamus, chorus iuencularum representat personam eorū, qui ex Iudaismo Christo crediderūt, de quib⁹ Acto. 10. dicitur, Acto. 10. quod stupebant & admirabantur, quia ad Gētiles gratia Spiritus sancti esset diffusa. Cū ergo viderēt populum Gentilem olim sine Deo, sine lege, sine religione vera, peccatorum sordibus coopertum, & in tenebris errorum agentem, modo iam sponso Christo copulatū per fidem, spem, & charitatem, admirātur dicentes, Quę est ista. Rectitudinem vero significant per virgulam. Quod autem diminutiuum virgula ponitur, explicat modestiam spōsę, & humilitatem. Dici etiam hęc possunt & ac cōmodari singulis iustis, illis præsertim, qui ex statu peccati ad altissimi virtutum & charitatis fastigiū con-

-noq; q;

ff scen-

scenderunt. Nam quanuis vera virtus videri & celebrari nō velit ab hominibus, imo maxime latere cupiat: tñ splendore suo & pulchritudine eximia in aliorum hominum oculos incurrit, eosq; tenet, & rapit in admirationē sui, ita vt consistant primo, & virum iustum noscitate, veterisq; vitę illius recordantes admirentur, quod in nouum virū sit demutatus: atq; ita dicunt, Quis est iste qui ascendit per desertum? Sed iam singula verba attentius discutiamus: latent enim in singulis dictionib⁹ & apicibus maxima sacramenta. Quæ est ista? Merito admirantur nō solū homines, sed etiā angeli, quod Ecclesia, hoc est, cętus fidelium in huius mūdi deserto habitantium ascendat quasi virgula. Nam primi illi humani generis parentes nō in hac lacrymarū valle, sed in altissimo & amenissimo paradisi loco constituti ex alto illo virtutū omnium gradu in miserimū quendā statum ceciderunt, & totā suam posteritatem secū pertraxerunt. Lucifer quoq; & illius assertores angeli ex supremo illo cœlo empyreo, in quo cōditi fuerunt, in inferos, sempiternasq; flamas sunt præcipitati. Mirantur ergo adolecētule, & iure optimo mirantur, quod societas fidelium in natura lāguente, iacente, & corrupta per desertum vitæ præsentis, hoc est, per inuia loca & fragosa ascendat, & aspiret ad æternā illā felicitatem, & Hierusalem supernam. Auget vero admirationis causam, quod cū mortales omnes corporis & cānis grauitate depressi, ad terrena & sensibilia maxime propen-

Nota.

propendeant: spōsa nō propria virtute, sed diuino præsidio fulcita, & sponsi sui humeris subnixa magna pōpa & apparatu singulari venustate & fragrantia in maternam domū procedat. Quod vero aiūt, Quasi virgula fumi: declarant rationem, modū, & gradus, ipsaq; incrementa virtutum, per quę ad culmē æternę felicitatis Ecclesia cōscendit quasi virgula fumi. Virga in sacra scriptura, rectitudinis, iustitię, & equitatis est hieroglyphicū: vnde psal. 44. de sponso canit Dauid, Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis, virga regni tui. Sumitur etiam virga, pro ipsa regia & pōtificia potestate, in quo sensu intelligitur illud psal. 109. Virgā virtutis tuę emittet dñs ex Sion: & Micheę. 7. Pasce eos in virga tua. Sumitur etiā pro flagello & castigatione ipsa, quæ fit virga, vt Esa. 9. Iugum oneris ei⁹, & virgā humeri eius & sceptrū exactoris eius superasti. Imo apud prophetas sapius virga Dei furorē Dei & iram significat. Quod igitur Ecclesia ascendens virgulæ cōparatur, primum significat in illa mirā esse rectitudinem, iustitiā, & equitatem, nō solū quia ipsa Deo regenti subditur, sed etiā quia illi⁹ intentio in summum illud bonū semper dirigitur, & equitatem atq; iustitiam in rebus omnib⁹ seruat: & quia ad hoc fuit in Ecclesia necessaria potestas spiritalis, tam pōtificia, quā regia, præstitit De⁹ Apostolis, præsertim Romano Pōtifici, amplissimā potestatem, vt totam Ecclesiā in fidei, religionis, & morū rectitudine cōtineant. Cōsulto vero dixit virgulā:

psal. 44

psal. 109.
Micheę.
7.

Esa. 9

primum, quoniam Ecclesiæ iugum, sicut & Christi
 suauissimum est, & potestas Ecclesiæ magis amo-
 re & charitate vritur, quã seuera vindieta. Virgula
 etiam animi modestiam, despicientiam sui, quã sa-
 cræ literæ humilitatem appellant, representat, quæ
 fundamentum est & custos omnium virtutum: vel
 virgula, quæ corpulentior nõ est neq; crassior, vir-
 tatem temperantiæ, abstinentiæ, & cõninentiæ signi-
 ficat, qua carnis lasciuientis petulantia coercetur.
 Quinquã legimus apud Cicẽ. in fine. i. lib. de offi-
 cijs, Virgulam deorũ fatalem, quæ bona omnia for-
 tuna, opes, honores, atq; salutem & pulchritudinẽ
 cõferbat: imò Mercurio eloquentiæ Deo virgã tri-
 buebãt. antiqui soporiferam, qua mortaliũ animos
 regebat, & in quã vellẽt partem flectebat. Homerũ
 etiam poetarũ phœnix Paladi sapientiæ præfidi tri-
 buebat auream virgulam, qua Vlyssẽm ex sene de-
 formi pãnoso, & squalido in pulcherrimũ & viren-
 tem iuuenem conuertebat: Imò Circes quoq; vir-
 gula sua tangens socios Vlyssis eos in porcos, gryl-
 los, & alia bruta transformabat. Sed hæc fabulosa
 sunt. Habet Christus redemptor noster in Ecclesia
 sua nõ fictios & fabulosos, sed veros Mercurios,
 qui diuinæ & cælestis eloquentiæ virgula vere au-
 rea hominum animos regunt, & à peccato ad virtu-
 tem flectunt atq; transmutant. Vnde Acto. 14. Lycao-
 nij Paulum Mercurium esse putabant, hoc est, ver-
 bi ducẽm, sacerdotes etiam in sacro illo & arcano
 poenitentia iudicio virgula illa sua potesticia vten-
 tes

Tullius

Acto. 14

tes, homines squalidos, deformes pannosos & ve-
 ternosos, peccatis, in iuuentute transformant, ita
 vt exuentes veterem hominem cũ actibus suis no-
 uum induant dñm Iesum Christum. Virgula etiam
 utebatur Moses Exo. 4. & Exo. 7. Virga Aarõ in ter-
 ram proiecta in draconem conuersa est ferocissi-
 mum, qui dracones à magis Aegyptiorũ confictos
 deuorauit. Ecclesia nanq;, quam Salomõ hoc loco
 virgulam appellat, omnes hæreticorũ errores, so-
 phistarum fallacias, dæmonũ & mudi prestigias de-
 uorauit & dissipauit. Virga etiam aquam fluminis
 tangens, Moses eam in putridum sanguinem cõuer-
 tit, quem Aegyptij bibere horrebant: sic etiam verũ
 Moses Christus Euangelica vtens virga, eaq; falla-
 ciam rerum visibilium & terrenorum bonorum de-
 monstrans, quasi virga tangens aquam fluminis, hoc
 est, opes, honores, sanitatem, quæ instar aquæ labũ
 tur, & præterfluunt, ostẽdit nihil aliud esse, nisi foeti-
 dissimum sanguinem, quem viri iusti maxime fasti-
 diunt, postquam cœlestiũ bonorum sitim viscerib; cõ-
 ceperunt. Virga quoq; ille ex puluere cyniphes
 excitauit innumeros, qui totam Aegyptũ rei leue-
 runt hominibus molestissimi bombissantes, & spi-
 culo illo suo acutissimo pungentes. Euangelica ve-
 ro doctrina ostendit nobis vitæ præsentis fortunas
 & diuitias, cyniphes esse & culices molestissimos
 quæ aculeo suo pũgunt, & quietẽ interturbant. Vir-
 ga, præterea numerosam ranarum multitudinem in
 Aegyptiorum domos introduxit, quæ eos magno-

Exo. 4.

Exo. 7

Exo. 8.

pere affligerūt. Quę omnia significant virgam Euāgelicę doctrinę nobis demōstrasse, sophistas hereticos atq; philosophos, qui fidei Christianę aduersantur, ranas esse loquaces & clamosas. Virga etiā

Exo. 14. Moses mare rubrum in duas partes diuisit, vt Dei populo viam præberet: doctrina nanq; Euangelica in vitę pelago profundissimo efficit, vt sicco vestigio transeamus. Virga etiam durissimam rupē percutiens, aquę limpidissimę fontē inde elicuit: ita & prædicatores Euangelici diuini verbi virtute corda lapidea, duriora ferro & adamante tangētes, lacrymarū fontē ex illo eliciunt, iuxta illud *psa. 132.*

psa. 132. Percussit petrā, & fluxerunt aquę, & torrentes in undauerūt. Hęc est virga Aarō cui⁹ fit mētio *Num. 17.*, quę inter alias duodecim virgas in tabernaculo testimonij sola subito germinauit, & in gēmas cōpit turgescere, ē quibus subito frondes erupere & flores, de quorū sinu statim dulcissimi fruct⁹ sunt producti: quoniam sola doctrina Christiana inter cęteras disciplinas hanc vim habet, vt subito in animis fidelium recepta, primo in gēmas sanctorum desideriorū turgescat, de quarū sinu in frōdes & flores sanctarum operationū erumpat, ac tandē vel vitę exemplo, vel etiā doctrina & prædicatione fructus suauissimos in Ecclesia proferat. Vel quod Origenes hic docet, Ecclesia, quę virga est summi sacerdotis Christi in catechismo germinat, in baptismo frondescit, floret in morib⁹ & bona cōuersatione: fructificat vero exemplo & doctrina. In sūma hęc

virgula

virgula in baptismo spōso Ch̄ro filios generat charissimos, in chrismate eosdē roborat & cōfirmat, in poenitentia multis morbis obnoxios et laborantes curat, & ad perfectā sanitatē restituit, in Eucharistia eosdem nutrit, vegetat, & saginat, in sacerdotio vero miraculū illud perficit, vt panis in Christi corpus, & vinū in sanguinem Christi cōuertantur. Sed nō cōtentus Salomō supradictis de causis Ecclesiam virgulę cōparasse, addidit: fumi ex aromatib⁹ myrrhę & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij. Virgulā subfumigātem appellat sponfam (Que dezimos pebete) quę ex aromatibus & puluerib⁹ odoriferis solet cōponi. Hęc virgula non exhalat fumū odoriferum, nisi sit incensa, quod significat amorē omnium actionū humanarum radicem esse & principium, ita vt opera ipsa amorī respondeāt: amor enim mūdanus & obscenus producit fumum quemdam teterrimum & foetidissimū, qui sponsi oculis pulchris molestissimus est: vnde *Genes. 4.* dicitur, quod respexit dñs ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autē & ad munera illius nō respexit: *Abacuch. 1.* Mundi sunt oculi tui dñe, ad iniquitatē respicere nō possunt. Vnde *Pau. ad Galat. 5.* qualis fumus exiliat, & ascendat ex terreno amore declarat, dicens, Manifesta sunt opera carnis, quę sūt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, & idolorū seruitus: ex diuino tñ amore ascēdit fumus quidā Ch̄ri oculis gratissimus, & naribus suauissimus: *Genes. 8.* egressus Noe iustus ex arca cum vxore & liberis &

cunctis

*Genes. 4.**Galat. 5.**Genes. 8.*

IN CANTICVM CANTICORVM

cunctis animantibus, obtulit Deo ex mūdis anima-
libus sacrificium in odorem suauissimū dño. Hæc
vero odoratoria virgula quib⁹ aromatibus cōstet,
ostendit Salomō dicens: ex aromatibus myrrhæ &
thuris & vniuersi pulueris pigmētarij: vbi primo lo-
co meminit myrrhæ, deinde thuris. Quibusdā vide-
tur myrrhā non bene positam fuisse primo loco in-
ter odoramenta, ex quibus constat odoratoria hæc
virgula, quoniam nō est admodū grati odoris: vnde
loco myrrhæ putant aliud odoramentum ponē-
dum esse. Sed vt interim taceam, quod Plinius lib.
12. c. 16. odorē myrrhæ maxime cōmēdat, illius cer-
te suaueolētia in sacra scriptura sæpius celebratur,
vt Eccles. 23. Quasi myrrha electa dedi suauitatem
odoris: & Exo. 30. ad cōponendū thymiana suauis-
simum, primo loco numeratur myrrha. Et quidem
odorem myrrhæ salutiferum esse nullus potest infi-
ciari. Primo ergo loco reponitur myrrha, quoniam
tendentibus ad æternā felicitatē, & ad virtutes exē-
plares aspirātibus, principio illæ virtutes amplectē-
dæ sunt, quæ carnis maceratiōni, castigationi, & at-
tenuationi deseruiūt: quæ per myrrhā significātur.
Est enim myrrha gustui amarissima, corporibus tū
mortuorum cōdiendis, vt à corruptione, fctore, &
putredine preferuentur, accōmodatissima: ita quā-
diu in vita presenti spiritum ducimus, aduersus car-
nis illecebras & peccati corruptionē vitiorūq; fœ-
torem necessaria est pœnitentiæ myrrha, ieiunia,
vigiliæ, preces frequentissimæ, cilicium, durum le-
ctulum,

Plinius.

Eccles. 23

Exo. 30

COMMENTARII. CAP. III. 165

ctulum, & alia, quæ carnem rebellem & effrēnē spi-
ritui subiiciunt, ne illa menti, quæ in altum per ora-
tionem attollitur, negotium facessant: corp⁹ enim
quod corrūpitur, vt Sapien. 9. dicitur, aggratant
mā, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa
cogitantē: id quod Pau. 1. ad Cor. 10. de seipso aie-
bat, Castigo corpus meum, & in seruitutē redigo,
ne cū alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar: Se-
quitur vero mētio thuris statim, in quo oratio & ele-
uatio mentis in Deum significatur, iuxta illud psal.
140. Dirigatur dñe oratio mea, sicut incēsum in cō-
spectu tuo: quoniam pœnitentiā, maceratiō carnis,
& oratio sacratissimo quodam & indissolubili nō-
do sunt copulata, dicente Ecclesia, Qui corporali
ieiunio vitia cōprimis, mentem eleuas: vnde Pau.
ad Ephe. vlt. ait, Succincti lumbos vros in veritate,
in omni oratione, & obsecratione, quod Deus ad-
mirabili quadā ratione Exo. 30. & 38. nobis præfigu-
rabat, cū iussit, in tabernaculo testimonij, & postea
in templo duo erigi altaria: prius in atrio, vbi ani-
malia occidebantur, abluabantur, mactabantur, &
cremabantur: aliud vero in aula sancta, vbi iam nō
cruenta animalia, sed suauissimi odoris thymiana
Deo offerebatur, vt vel hac ratione nobis mōstra-
ret prius beluinos carnis affectus & animales occi-
dendos esse, abluendos, mactandos, & cremandos
igne diuini amoris, ita vt dicere cum Dauid possi-
mus, Concaluit cor meū intra me, & in meditatio-
ne meā exardescet ignis. In sancto vero, hoc est, in

Sapien. 9.

1. Cor. 10

psal. 140

Ephe. 6.

Exo. 30.
Exo. 38.

psal. 38

IN CANTICVM CANTICORVM

parte hominis superiori, intellectu inquam, & voluntate erigatur altare diuini amoris, quod est verum autem, in quo suffitus quidam suauissim^o sanctorum orationum sursum ascendat, & vt ad Euangelicam lucem perueniamus: Apoc. 5. viginti illi quatuor seniores tenebant sinistra manu citharam, dextra vero phialam auream plenam odoramentorum, quae sunt orationes sanctorum. Per citharam, quae lignea est, & cordas habet aut ex pellibus animantium, aut colubri, significat partem sensitiuam & corpoream, quae rationi pareat, & diuinis legibus subiecta sit, dulcissimum reddit concentum: consonat enim spiritui & Euangelicae doctrinae. Tenent vero citharas has in sinistra manu, quoniam virtutes istae resident in appetitu sensitiuo: vel etiam per hanc citharam intelliguntur illi, qui mortificantes membra sua, quae sunt super terram, Christum crucifixum imitantur, iuxta illud Paul. 2. ad Corin. 4. Semper mortificationem domini nostri Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt vita Iesu manifestetur in corporibus nostris: Et alibi, Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Dextra vero hoc est in suprema & spirituali parte teneatur phiala aurea, hoc est, voluntates & desideria vere aurea a charitate provenientia, plena odoramentorum, quae sunt orationes sanctorum: tunc enim preces nostrae a Deo exaudiuntur, & illius oculis atque naribus sunt gratissimae, quam de mortuata carne, & affectibus omnibus sub imperio rationis constitutis, corda nostra sunt veluti aurea

COMMENTARII. CAP. III. 166

rea quaedam vasa & capacissima, odoramentis plena, quae in Dei conspectum semper ascendunt. *Et vniuersi si pulueris, etc.* Quod vero subiicitur: et vniuersi si pulueris pigmentarij, explicat in sponsa, quae virgula quaedam odoratissima est, non solum esse poenitentiam & religionem, sed etiam chorum, complexum & summam omnium virtutum, tam diuinarum, quam humanarum: hoc enim sonat illud: et vniuersi pulueris pigmentarij. Vbi obseruandum est, quod odoratoria illa virgula, seu pasta odorifera, conficitur ex musco, ambra, spica nardi, cinnamomo, balsamo, gariofilis, & alijs rebus odoriferis. Nostra vero virgula ex omnibus virtutibus componitur, tam infusis, quam acquisitis, quas omnes Christus redemptor, non solum verus pigmentarius virtute & passione sua ita perfecit & euexit, vt Deo patri gratissimae sint, meritoriae aeternae felicitatis, & ipsi gratissimum odorem effundant. Nam quod Genes. 27. Iacob ornatus vesibus Esau valde bonis, suauissimum spirabat odorem, ita vt Isaac fragrantia vestimentorum excitatus, dixerit, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus, significat omnes virtutes in vero Iacob Christo, & quocumque iusto virtutum omnium cum mulum redolere. Et Pau. ad Ephes. 1. omnium virtutum & donorum coelestium summam explicans, inquit, Benedixit nos Deus omni benedictione in caelestibus in Christo: & Ioan. 1. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, de cuius plenitudine omnes accepimus: & Matth. 3. Hic

Gene. 27

Ephes. 1

Ioan. 1

Matth. 3

est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. **H**ac igitur de causa Christus redemptor noster dicitur pigmentarius. Nam habet mundus, caro, & de mundo sua pigmenta, & odoramenta, quibus maxime delectatur. Vnde 4. Reg. 16. de Assa rege principio iusto & pio, sed postea improbo, tyranno, & perfano dicitur, quod mortuus est & sepultus in sepulchro patrum suorum, & conditus pigmentis meretricijs. Pigmenta meretricia sunt carnis blandimenta, ambitiosi honores, & cætera vitæ præsentis bona, quæ miseri mortales maximi faciunt: Esa. 57. Multiplicasti tibi ornamenta regia, & pigmenta meretricia. At Christi veri pigmentarij odoramenta longe diuersa sunt: de quibus Pau. ad Ephes. 5. ait, Christus tradidit seipsum oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis: & alibi, Christi bonus odor sumus in omnino loco. *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladium, & ad bella doctissimi: vnus cuiusq; ensis super femur suum propter timores nocturnos.* Varia sunt interpretum iudicia de præsentis carminis sensu. Nam quidam verba hæc tribuunt sponsæ respondenti choro iuencularum admirando, & interrogati, Quæ est ista. Respondet sponsa nihil mirandum esse, quod ipsa magna cum auctoritate, & apparatu ex deserto in domum maternam & sponsi cubiculum deducatur, quæ coniuncta est regi Salomoni sapientissimo & opulentissimo, cuius lectulum sexaginta viri fortes circumcingunt, accincti gladijs ad nocturna discrimina arcenda, ut sponsus & sponsa securi

securi & tranquilli conualescant. Verum hæc expositio Athanasio, Niseno, & antiquis patribus non probatur. Hoc enim epithalamium non de filio David Salomone canitur, sed de Christo, sicut psal. 71. qui Salomoni inscribitur, non de illo filio David antiquo, sed de Christo est intelligendus. Quamquam si forte (ut verosimiliter creditur) habuit Salomone lectulum preciosissimum, excubitores quoque, qui propter nocturna pericula more regio lectulum custodirent: tamen quod in presenti dicitur non de illo lectulo aut custodibus illis; sed de Ecclesia, ipsiusque ministris est intelligendum, cuius ministri robustissimi sunt gladijs verbi Dei accincti ad nocturnas infidias tam hæreticorum, quam aliorum perfidorum hominum retundendas. Alij vero putant in his verbis contineri tacitam quandam reprehensionem sponsæ, quod intempestive noctis tempore relicto lectulo per vicos & plateas ciuitatis discurrerit, in agrum quoque fuerit egressa non sine graui pudoris & dignitatis discrimine: cum tamen Salomon illius vir tanta sollicitudine lectulum sponsæ stipari iubeat, ne nocturnis infidijs pateat. Verum epithalamium non vituperationem sponsæ continet, sed illius potius laudes atque virtutes. Quid quod diligentia illa sponsæ inquirentis sponsum charissimum summo studio a sanctis patribus laudari solet, non reprehendi? Sensus igitur tertius est, ut verba hæc exponantur de antiqua Ecclesia, cuius encomium canit Salomone, præsertim de arca foederis, quam non sexaginta fortes, sed tamen sexcenta

millia pugnatorum circūfidebant, omnes armis instructi, gladijs accincti, ne hostes arcā illā sacrosanctam temerare & profanare tēarent. Sed vt sepius diximus, ita Salomon veterem Ecclesiā nobis depingit in hoc libro, vt in nouā & Euangelicā mētis ipsius acies semper dirigatur. Lectul⁹ ergo, in quo non antiquus ille Salomō, sed nouus verē pacis author, & princeps magna voluptate quiescit, & castissime spōse potitur amplexu, est ipsa Ecclesia Catholica: lectulus, inquā, non aureis & argēteis cortinis circūseptus, nō stragulis preciosis & margaritis distinctis excultus, non calcitris plumeis mollis, non byssinis puluinaribus & delicatis puluillis acupictis splēdidus: sed virtutum omnium varietate ornatisim⁹, de quo sponsa. c. 1. ait: lectulus noster floridus. Iaceat antiquus ille & umbratilis Salomō cū vxoribus concubinis, & adolescētulis suis in molli lectulo, qui a verē sapientiæ luce degenerās illecebris & voluptatib⁹ irretitus, totū se mācipauit operibus tenebrarum: noster vero pacificus, sapiētissimus, & opulentissim⁹ Rex Christ⁹ recens natus iaceat in pręsepio: maior vero effect⁹ in deserto per quadraginta dies & quadraginta noctes, nuda humo pro lectulo, & lapide pro puluinari vtatur, iam autē mortu⁹ omnia illius mēbra durissimo ligno sint affixa, qui tādem de se inquit, Vulpes foucasha bent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Sed iam more nostro singula hui⁹ carminis verba attentius exponamus.

mus. *En lectulum*: dictiones istæ: Ecce, & En, frequentissimæ sunt in sacris literis, & plerūq; excitāt attentionem auditorum & lectorum, vt intelligant quæ sequūtur magna attentione digna esse: vt Genes. 6. Ecce ego mittā aquas diluuij super terram: Genes. 9. Ecce ego statuā pactū meum vobiscū. c. 27. Ecce odor filij mei. Esa. 7. Ecce virgo cōcipiet. En, etiā eandem vim significādi habet, vt Gene. 39. En sanguis eius exquiritur, Deut. 4. En populus sapiens & intelligens: & in hoc lib. c. 2. En ipse stat post parietem nostrū. Sed dubitare merito potest sacræ scripturæ candidatus, cur Ecclesiā Catholicā toto terrarum orbe diffusam lectulū appelleret Salomon, qui eam exiguā esse & angustā videtur significare, cū tñ Baruch. c. 3. de Ecclesia nostra dicat: O Israel quā magna est domus Dei, ingens locus possessionis ei⁹, magn⁹ est, & nō habet finē, excellus, & immensus: & Esa. 54. Lauda sterilis quæ non parit: decanta laudem, & hinni quæ non paribas, quoniam multi filij desertæ magis quā illius quæ habebat virum: dilata locū tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas stōgos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. Ad dexteram & ad leuā penetrabis, & semē tuū gētes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. Ecclesia ergo Christiana Christi spōsa, fuit cōcepto semine, & diuino spiritu gaudente, toto terrarū orbe propagata prolem humeris ossissimā & inextinguibilem spōso suo Christo erat paritura. Quare non videtur

Gene. 6
Genes. 9
Genes. 27
Esa. 7.

Gene. 39
Deut. 4

Baruch. 3.

Esa. 54

detur

detur bene lectulo cōparari. Sed dicitur primo, & Salomō de sui tēporis Ecclesia loquebatur, quæ cæteris populis, nationibus & regnis cōposita bene lectulus nuncupatur. Vnde David p̄sa. 75. Not^o, ait, in Iudea Deus, in Israel magnum nomen eius. Et factus est in Salē, id est, pace, locus eius, & habitatio eius in Sion. Felix transtulit, Factus est in Salē tugurium eius: Hierony. Factum est in Salem tabernaculum eius (ex Hebr̄o.) Tugurium non durat nisi tempore fructus, tabernaculum solū tempore necessario: ita Ecclesia illa antiqua, quā Salomō lectulum, David tugurium, aut tabernaculū appellat, permāsit pro eo tempore, quo fructus dignos Deo ferebat: sed postquā Christum salutis authorē populus Hebr̄us cruci affixit, & pro vuis labrufcas protulit: tugurium illud & tabernaculum tēporarium funditus est sublatum. Hunc lectulū ab ipso statim mundi principio vsque ad aduentū Christi, viri fortissimi & bellicæ artis periti custodierūt & cōseruarunt, quos recenset Pau. ad Heb. 11. Hi fuerunt, Abel, Enoch, Noe, Abrahā, Isaac, Iacob, Ioseph, Moyses, Iosue, Gedeon, Iepthe, Samson, Samuel, David, & cuneus prophetarum sanctorū inuictissimus, de quib⁹ Pau. ait, quod per fidem vicerunt regna, obrurauerunt ora leonū, extinxerunt impetum ignis, castra verterunt exterorum, secuti sunt, tētati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Si tamē de Ecclesia Euangelica (quod magis literē consonat) sit sermo: si spectemus ad initia nascentis Ecclesie,

clesie, numero parua est, & bene lectulo cōparatur: totus enim cētus fidelium intra coenaculū nō admodum magnum cōtinebatur simul cum sanctissimi Deipara in aduentu Spiritus sancti sed. c. 2. statim dicitur, quod Ecclesia crescebat, & augebatur qui salui fiebant in idipsum. Vel quod mihi magis arridet, lectulus hoc loco indicat Ecclesie modestiam, animi submissionē & humilitatē, quæ ipsam vehementer euexit, dilatauit, & spōso suo gratissimā effecit. Nam particule istę, Ecce, & En, aliquando denotant eum, quem demonstrant, diuino imperio esse obsequētissimū, nihilq; in ipso reperiri, quod diuinę voluntati & arti resistat, vt Esa. 42. Ecce seruus meus suscipiam eum: electus meus, posui super eum spiritum meum: & Lucæ. 1. Ecce ancilla dñi. Hoc ergo loco, En lectulum, significat Ecclesiam Christianam diuino Spiritui eam regēti esse obsequētissimā, nihil in illa turgidū & tumidum per superbiam, nihil inane per iactantiam, nihil durum per obstinationē, sed omnia plana esse & mollia: sponsoq; gratissima: quod aperte testatur Deus Esa. 66. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & cōtritum spiritu, & tementē sermones meos? Vbi videre mihi videor idem omnino significari hoc loco per lectulum, quod p̄cedenti carmine fuit per virgulam significatum. Vnde maximū latet mysterium in factō Iacob Genes. 49. qui morti proxim⁹, posteaquā duos filios Ioseph benedixit, ipsūq; Ioseph astringit iure iurando, quod illius corp⁹ in

Acto. 1.

Acto. 2.

Esa. 42.

Esa. 66.

Genes. 49.

p̄sa. 75

Hebr. 11

sup terra

IN CANTICVM CANTICORVM

terra promissionis in sepulchro patrum suorum esset conditurus: Iacob gratias Deo redditurus conuersus ad lectuli sui caput, benedixit Deo. Septuaginta legunt, Iacob adorauit super summitatē virgæ Ioseph, quem locum interpretatus Apostolus ad Heb. 11. inquit, Fide Iacob moriturus singulos filios Ioseph benedixit, & adorauit summitatem virgæ eius: quæ omnia aperte declarant Iacob fidei lumine illustratum in hunc lectulum mentis oculos intendisse, cuius caput & princeps Christus est. Adorauit etiam summitatē virgæ Ioseph, hoc est, Christum qui est caput Ecclesiæ, quæ per virgulam representatur. Inde etiam. 3. Reg. 1. David, postquam vidit Salomonem in regio throno constitutum, conuersus ad caput lectuli gratias egit Deo, qui filium Salomonem ipso intente in regni solio constituit: & tunc psal. illum. 71. composuit, quem inscripsit Salomoni: qui tñ ipsis magistris Hebræorū testantibus non potest de illo antiquo, sed de nostro Salomone Christo declarari, vt illud, Permanebit cū sole & ante lunā: ante solem permanet nomen eius. Illud etiam, Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram, Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum, Reges Tharsis, & insulæ munera offerent. Lectulus præterea dicitur Ecclesia Christiana, non propter angustiam loci, nam in omnem terram exiuit sonus eorum, non propter paruitatem gētis ad Ecclesiam cōfluentis, dicente Petro Act. 10. quod

COMMENTARII. CAP. III. 170
quod circūcis, & incircūcis, Iudæis, Græcis, & Barbaris patet ad Christum aditus, sed quoniam Ecclesia vera Christi sponsa non reperitur nisi vbi Christus est, neque Christus quiescit alio loco quā in vera Ecclesia, quod gratissima metaphora demonstrat Isa. 28. dicēs, Coangustatum est stratū, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrunq; operire non potest. Nam non quiescit Christus, nisi in illis, qui vnā fidem, vnum Deum, & vnū baptisma profitentur, neq; vera Ecclesia reperitur vbi multitudo deorum colitur. Vnde Deuter. 6. dicitur, Audi Israel Deus Deus tuus, Deus vnus est: atq; Iob ult. Amici ipsius cognati, & fratres illius foelicitati iam instauratæ & cumulatæ gratulantes, obtulerūt ouē vnā, & in aurem auream vnā: significātes illius innocentiam, cultu, obsequio, & amore vnus Dei fuisse cōseruatam. 2. Reg. 12. Pauperculus ille, cuius virtutem & innocentiam Nathā cōmendat, non habebat nisi ouiculam vnā, quā omni studio in sinu suo nutrierat & educauerat: Ezech. 37. pollicetur Deus Ecclesiæ suæ se præfecturū pastore vnū: & Cant. 6, Sexaginta sunt reginæ, octoginta concubinæ, adolescentularum non est numerus: vna est columba mea, vna dilecta mea, vna electa genitrici suæ. Quidā interpretes antiquitate & sapiētia insignes lectuli nomine exponunt humanā Christi naturam, quā fili⁹ Dei ineffabili ratione sibi in hypostasin copulauit. Iure autem optimo humanitas lectulo cōparatur, quoniā postquā eam suscepit verbum

Esa. 28

Deut. 6
Iob ult.

2. Reg. 12

Ezech. 37

Cant. 6

būm, in ea iugiter conuiescit. Verbum autem merito Saloniō nuncupatur, quia cū sit sapientia patris omnia in numero pondere & mensura constituens, pacem in tota hac mundi fabrica mirabilem efficit, præsertim inter Deum & creaturam intellectualem, hominem imprimis, quem filius in suscepta natura humana irato patri reconciliauit, dicente Pau. 1. ad Corin. 5. Erat Deus in Christo mundū reconcilians sibi: & Ecclesia, Pacem Deus reddidit in se recōcilians ima summis: & ad Ephes. 2. ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum. De huius vero lectulī decore, præstantia, gēmis, diuitijs, & thesauris si dicere vellem, tēpus me deficeret, & omnis facundia dicendi sisteret. Fūere vero huius sacrosancti lectuli excubitores olim prophetæ & patriarche: postea quatuor Euangelistæ, Apostoli, & Apostolici doctores, qui pro veritate mysterij incarnationis fortiter pugnauerunt aduersus hæreticos, nocturnos hostes, & infidiatores, qui Christū non esse verum Deum & hominem asserbant. Lectulus etiam dicitur Virgo sanctissima Christi mater, in cuius utero castissimo verus Salomon Christus per nouē menses iacuit, de quo David psal. 18. inquit, Ipse tanquā sponsus procedens de thalamo suo: Quē lectulū circūcingūt omnes sancti patres, qui pro perpetua virginitate Deiparæ aduersus hæreticos strenue dimicauerunt. Postremo, lectulum etiam hunc interpretantur sancti patres quęcunq; virum iustum, præsertim eum, qui iam ad arcem &

culmen virtutum omnium conscendit: nam iusti diuersis de causis, nunc sedes Dei & thronus, nūc domus & templum, nunc etiam currus Dei nominantur: sed lectulū dicitur iustus & perfectus, ppter ea quod sponsus Chrs in eo molliter dormit, & quiescit. Qui vero iacet in lectulo, totum corpus & membra per lectum ipsum diffundit atq; distēdit. Dicitur ergo Chrs in iustis tanquam in lectulo existerē, non solū quia in illis permanet & quiescit, sed quia dona sua & charismata in illis large diffundit atque distendit: & Hebræa vox, amita, ab extensione deriuatur: cū contra, in peccatoribus Deus neq; quiescat ipse, neq; etiam seipsum diffundat: Esa. 1. Laboraui sustinens: et c. 43. Seruire me fecisti, & laborare in iniquitatibus tuis. Qualem vero oporteat adhiberi custodiā & satellitium, ne quispiam nocturnus hostis quietem sponsi perturbet, statim sumus dicturi. Appellatur tamen hic lectulus, siue pro Ecclesia, siue pro humanitate Christi, siue pro Virgine Christifera, siue pro iusti anima accipiatur, Salomonis, quoniam Christo vero Salomoni est dedicatus. *Sexaginta fortes ambiunt.* Videbitur forte diuine scripturę studioso hęc coronam fortissimorum virorum ambiētium Salomonis lectulū necessariā non esse. Quid enim Christo agnomitissimo cum Bellona ferocissima? quid Salomoni clementi & pacis amanti cū acie armatorum hominum? Et qui dem iuxta Euangelicam historiam cū nocte passionis cohors militum in Christum irruisset, vt eum cō-

Esa. 1.
Esa. 41.

IN CANTICVM CANTICORVM

Matth. 26 prehenderet, Petrus Ecclesiae princeps designat^o,
Matth. 5 districto gladio cū hominis cuiusdam Malci nomi-
Rom. 12. ne aurem præcidisset: Christus iussit, vt gladium in
Esa. 2 vaginam recōderet se uero mortis supplicio inter-
Esa. 11 posito: & *Matth. 5.* præcipit, vt cędenti vnā maxillam
alteram præbeamus, pro inimicis oremus, & illos
diligamus: & *Pau. ad Rom. 12.* ait, Noli vinci à ma-
lo, sed vince in bono malum: & *Esa. 2.* Regnū Chri-
sti pacatissimū fore vaticinatur, ita vt neq; gladijs;
neq; ensibus opus sit, Conflabunt, ait, gladios suos
in vomeres, & lanceas suas in falces: nullus exerce-
bitur vltra ad prælium: & *clarius. c. 11.* postquā Chri-
sti ortum nobis prædixerat, futuram pacem & con-
cordiam suis coloribus depingens ait, Habitabit
lupus cū agno, vrsus & hędus habitabūt simul, leo
cū oue accubabit: & leo sicut bos comedet paleas,
& puer paruulus minabit eos, Delectabitur infans
ab vbere super foramina aspidis: & in cauernā re-
guli immittet manū suam: non occident, neq; nocē-
bunt in vniuerso mōte sancto meo, quia repleta est
terra scientia dñi. Quid ergo inter nuptiarum gau-
dia, & in tanta rerum tranquillitate Salomō vult le-
ctulum suum à militibus fortissimis circuncingi?
Verū si diuinę scripturę oracula, & sanctorum pā-
trum monumenta recte perpendamus, clarissime
intelligemus hanc fortissimorum militum custo-
diam in Ecclesia Catholica maxime esse necessa-
riam. Hoc enim primum docet nomen ipsum Ec-
clesiæ militantis, quę semper in acie est & in pro-
cinctu

COMMENTARIIL. CAP. III.

172

cinctu, armis instructa, ad propulsandos hostiū in-
sultus: habet enim Ecclesia innumerabiles hostiū
cuneos, qui illi semper malum & perniciem inten-
dunt, iuxta illud *Pau. ad Ephes. 6.* Nō est nobis col-
luctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduer-
sus principes & potestates, aduersus mundi recto-
res tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie
in celestibus: & *Iob. 40. & 41.* sub imagine Behem-
moth, artes, vires, tela, insidias aduersariorum no-
strorum nobis describit: actandem ait, Non est po-
testas super terram, quę ei valeat comparari. Extat
præterea facūdissimi *Chrysol. lib. 6.* de sacerdotio
elegantissima descriptio, in qua postquā Ecclesię
pulchritudinem & præstantiam Christi q; sponsi er-
ga illam charitatem eximiam nobis descripsit: sub-
ijcit oculis inspicendas aduersariorū hostiū acies
instructissimas & formidabiles: imprimis dæmo-
num innumerabiles cuneos, & potētissimos, nihil
aliud, quā exitium hominū sitientes & procurātes,
mundi quoq; phalanges non minus formidandas,
quę mortem nobis & interitum æternum machinā-
tur: & postremo loco exercitus vitiorum & sensibi-
lium voluptatum, qui nobis semper insidiantur.
Aduersus ergo ferocissimos & truculētos hostes,
excubitorum custodia maxime est necessaria. Qua
propter contulit Deus Ecclesię suę angelorū præ-
sidium, qui deputati sunt Ecclesię custodię: com-
prehenduntur vero numero sexagenario, vbi nū-
merus determinatus pro indeterminato vsurpatur:
sicut

Ephes. 6.

Iob. 41

Chrysol.

sicut Matth. 18. cū dixit Christus, Non dico tibi septies, sed septuagies septies. Fortes autē dicuntur iuxta illud psal. 102. Laudate eum omnes angeli ei⁹, potentes virtute: & psal. 103. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flāmam ignis. Sunt præterea fortissimi & inuicti vincere affucti, quoniam in primo illo prelio, quod in cœlo gestū est aduersus Luciferum victoriam reportarūt. Hos vero custodire Ecclesiam, testatur Dauid psal. 90. Flagellū (ait) nō appropinquabit tabernaculo tuo, qm̄ angelis suis Deus mādauit de te, vt custodiāt te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Vnde Genes. 28. Jacob vidit inter dormiendum angelos ascendentes & descendentes per scalam, quæ Ecclesiam representabat: & c. 31. cū intueretur Jacob angelorū globos admodum exercitus in auxilium illius paratos, dixit: castra Dei sunt hæc: & Esa. 62. postquā multa dixerat de Ecclesia Euangelica, tandem ait, Et habitabit iuuenis cum virgine, & spōsus gaudebit cū sponsa: super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die & nocte non tacebunt laudantes nomen dñi. D. Hierony. hunc locū de angelis custodibus interpretatur: quāquā maior pars antiquorum interpretum hunc locum de episcopis & prelatis intelligat. Hos præterea non paucos, sed multos esse: imō omnes spiritus cœlestes nostræ custodiē, atque saluti esse deputatos, testatur Paul. ad Heb. 1. dicens, Omnes sunt administratorij spiritus missi

missi propter eos, qui hereditatem capiūt salutis! Vnde 4. Reg. 6. cū obsideretur Eliseus in quadā ciuitate: ostendit Deus illius puero multitudinem equorum & curuum igneorū, qui erant veluti tutelares, & auxiliares ipsius Elisei: psal. 67. Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantū: vnde Apocal. 4. & 5. in circuitu throni præter viginti quatuor seniores, & quatuor animalia oculatissima erant millia millium angelorū iugi, cātū diuinas laudes prosequentiū. Quod vero dicuntur tenere gladios manibus, & accincti ensibus esse, significatur cœlestium spirituum alacritas & promptitudo, quæ semper paratissimi sunt opem ferre Ecclesie laboranti, in bellum incumbētes semper more eorum, qui curam & vigilatiā in prelio nunquā intermittunt. Sed planior expositio, in quā pene omnes patres antiqui cōsentiant, est, vt per excubitores ambientes lectulum Salomonis, viros sapientia & fortitudine insignes accipiamus, qui Ecclesiam ab hostium incursum omnī studio conantur defendere. Et quidē Rupertus Abbas Tuiensis lib. 3. in Cāt. exponens hunc locum diligenter recenset ex antiquis patriarchis, viris sanctis, & prophetis iustis veteris testamenti sexaginta fortissimos, & bellorum dñi peritissimos, qui pro Ecclesia illius temporis fortiter pugnauerunt: & addit etiam quod tempore Dauid fueret triginta septem milia fortissimi & inuicti, quorum fit mentio 2. Reg. 24. quibus adiungitō vndecim principes præfectos prouincijs, quæ Salomoni

4. Reg. 6

psal. 67

Apoc. 5.

Rupertus
Abbas.

2. Reg. 24.

Iomoni tributū pēdebant, & duodecim p̄fectos,
 quibus imposita erat cura colligēdi annonā regiā,
 & illius familiæ: qui omnes complēt numerū sexa-
 genarium. Si ergo, ait, regnum illud tēporarium &
 periturū Salomonis ab illis sexaginta viris tāto stu-
 dio munitur: quāto æquius est Christi regnum
 à fortissimis excubitoribus defendi & cōseruari?
 Sed quia fortissimos eos appellat Salomon, vide-
 tur prima frōte aduersari doctrinē Pauli ad Cor. 1.
 dicentis, Videte vocationem vestram fratres, quia
 non multi sapientes, non multi nobiles, non multi
 potentes, sed infirma mundi elegit Deus, vt cōfun-
 deret fortia: & Iudic. 5. Debora vaticina foemina,
 & animo ac fortitudine insignis in epinicio illo,
 quod cecinit propter victoriam, quā de Sisara cō-
 parauerat, ita inquit: cessauerūt fortes in Israel,
 nec surrexit Debora: Debora mater in Israel, si est
 gladius aut clypeus in quadraginta millibus Israel
 (hoc est nō est gladius) cor meū ad vos principes
 Israel, qui voluntarie tradidistis vos discrimini, qui
 ascendistis super nitentes asinos: ibi collisi sunt cur-
 rus, suffocatus est exercitus hostium, noua bella ele-
 git dñs, & portas hostium ipse subuertit. Vnde Pro-
 uerb. 9. vbi Ecclesia depingitur, dicitur. Misit an-
 scillas suas ad arcem, & ad menia ciuitatis: vt signifi-
 care ministros Euangelicos imbelles & infirmos
 futuros: & Christus Matth. 10. Ecce ego mitto vos
 sicut oves in medio lūporum. Verū si diuinæ scri-
 pturæ oracula recte intelligamus, facile intellige-
 rimus

mus oportere Euangelicos ministros esse robustis-
 simos: nā quæ de infirmitate & imbecillitate mini-
 strorū Ecclesię dixit Pau. & quæ habētur etiā Iudi.
 5. intelligenda sunt de viribus & fortitudine & ar-
 mis corporeis: arma vero, vt ait Paul. militiæ nræ,
 nō sunt carnalia, sed spiritalia. Quod ergo ait lectu-
 lum Salomonis sexaginta fortes ambiunt, in nume-
 ro sexagenario mysterium latet: nam senarius nu-
 merus decies ductus cōstituit sexaginta. Cōstat er-
 go sexagenarius numerus ex senario, & denario, in
 quo iuxta Græcorum patrum cōmunem sensum si-
 gnificatur vitæ probitas cū maxima sapientia con-
 iuncta. Nam sex diebus Deus omnia opera mundi
 perfecit: lex & decalogus numero denario cōtine-
 tur, præmium quoq; iustis propositum denariū ap-
 pellatur. Illi ergo idonei sunt Ecclesiæ ministri, &
 huius sacrosancti seculi custodes, qui & virtute &
 sapientia sunt præditi. Quod vero fortes dicuntur,
 & ex fortissimis Israel selecti, indicat oportere præ-
 latorum, episcopos, & doctores, atq; Euāgelicos con-
 cionatores fortissimos esse, qui nec aduersis fran-
 gantur, nec extollantur prosperis, qui mortis discri-
 mina nō reformidēt, sed inter acerbissimos crucia-
 tus animi cōstantiā retineāt, ita vt cū Pau. dicere pos-
 sint, Quis nos separabit à charitate Chrī, angustia
 an persecutio, an gladiū? Et vt etiā Græci patres do-
 cēt: habeāt illi geminū gladiū: alterū nudū, quē ma-
 nu teneāt, & aduersus vitia atq; errores illo frequē-
 ter utantur: id eo enim ait oportere eos ad bella esse
 doctissimos,

1 Cor. 1

Iudic. 5.

Mat. 10

Rom. 8

deuotissimos, quoniã oportet episcopũ & ministrũ ecclesiasticum semper bellum gerere, aut aduersus Paganos, aut aduersus Iudæos, aut aduersus hereticos, aut aduersus errores, qui intra Catholicã Ecclesiam insurgunt aduersus quos non vna & eadẽ, sed diuersa & multiplici ratione est præliandũ. Paganus ex principijs naturalis luminis sunt reuincendi, quod Paulus strenue præstitit Acto. 17. cũ Epicureis, Stoicis, & Arcopagitis disputans. Quẽ imitari sunt Aristides, Quadratus, Iustinus philosophus, Clemens Alexandrinus, Origenes contra Celsum, Tertulianus aduersus Gentes, Lactantius Firmianus. Aduersus Iudæos agendum est testimonijs veteris testamenti, ex quinque libris legis, psalms, & vaticinijs prophetarum. Heretici vero refutandi & reuincendi sunt ex vtroque testamento traditionib; Apostolicis, consensione antiquorum patrum, & recepta antiquaq; totius Ecclesie Catholice consuetudine. Errores vero, qui intra Ecclesie domesticos parietes oriuntur, ex communi & concordia theologorum, & sapientia hominum iudicio facile impugnabimus. Vitia præterea atque peccata nudo hoc, & districto verbi Dei gladio resecanda sunt & funditus extirpanda: ideo enim Paulus dixit ad Ephes. ult. Deum verbum esse gladium Spiritus sancti: de quo etiam ad Heb. 4. ait, Virtus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilis per omni gladio ancipiti: & perstringens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagũ quoq; & medullarũ: &

Acto. 17

Ephes. 6.

Heb. 4

com. m. l. 300

xx

discre

discretor cogitationum & intentionum cordis. Hoc igitur gladio nr̄i seculi custodes, superbiam, inanẽ gloriã, iram, luxũ, turpem libidinẽ, cunctaq; peccata iugulabunt & trucidabũt. Alterũ præterea ensẽ habeant femori hærentẽ, & intra vaginã reconditum, quem suo tẽpore exerãt atq; distingãt, maiora quẽdã fidei nostrẽ sacramenta non nisi per factis & sapientioribus referantes. Quod autem inquit: hũc ensẽ femori herere: & q̄ Hebrẽi legũt, custodes huius seculi hoc ense accinctos esse & captos: demonstrat oportere ministros Ecclesie prius diuino verbo obsequi, illoq; esse deuinctos, quã ad docendũ ceteros profiliant. Vbi obseruandum est, quod gladium verbi Dei prius oportet intra mentem reconditum tenere, iuxta illud Eccles. ult. Sapientum verba quasi stimuli & quasi clauis in altum defixi: deinde gladius ex ore progrediatur, quemadmodum Apoc. 1. Christus describitur, ex cuius ore egrediebatur gladius ex vtraq; parte acutus. Tũc vero gladius efficacissimus est ad propulsanda vitia, & victoriam de hostibus Christi reportandam, quãdo quod corde tenes ore prædicas, & lingua doces quod re ipsa & opere præstas: hoc est enim dextra manu tenere gladium. Sed quod etiã dicitur, hos excubitores Ecclesie selectos fuisse ex fortissimis Israel, apertissime significat, nõ quãlibet fortitudinem sufficere ad ecclesiasticũ munus exercendum, sed eam necessariam esse, quẽ duxit in Iacob, cui Israelis nomẽ est inditũ. Ille enim

Apoc. 1.

xx 3

cũ

cū socer sui Labā gregem dūctaret & pasceret, noctes agebat infomes, æstū & frigora æquo animo tolerabat, lupos à gregibus fortiter arcebat, & Rachelis, Lia, suęq; familię cōmodis atq; salutū diligētissime cōsulebat. Quā fortitudinē egregie præstitit Dauid, de quo Eccles. 45. dicitur, quod cū leoni b^o sicut cū agnis ludebat, & cū vrsis similiter fecit: & in etate iuuenili gigantē interfecit, proprioq; gladio iugulauit. Illi sane, qui suis humeris Ecclesię custodiendę munus suscipiunt, prius debent de superbia, quę per leonem significatur, de luxu & libidine representata per vrsū, de cæteris omnibus peccatis per gigantē expressis, victoriā retulisse, vt ad regni thronum prouehantur, de quo. 2. Regi. 24. dicitur, quod erat fortissimus inter tres: & ipse quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingētos impetu vno interfecit. Vt ostendat Spiritus sanctus præfectos ecclesiasticos potissimū, modestia, mansuetudine, humilitate, & patientia, quę per vermiculum tenerrimum representantur, Ecclesiā administraturos. Vt enim teredo vermicul^o sensim paulatimq; durissima ligna absūmit, & in puluerē redigit: ita etiā ecclesiastici ministri tolerantia & morū suauitate durissimos animos flectunt & vincunt. Quod vero vltimo loco ait: ppter timores nocturnos, explicat quę sit causa propter quā tam sollicita custodia Ecclesię Christianę adhibenda sit, nimirū propter timores nocturnos: timores nocturnos intelligit dæmonum insidias, & machinamēta, præ-

fertim hæreticorum fraudes, quę iure optimo nocturnę appellantur. Hæretici enim (quod iam diximus) non aperto Marte, neq; in diei luce suos errores disseminant, sed occulte & per noctis insidias semper agunt, & malum Ecclesię machinantur, dicente Christo Ioann. 3. Qui male agit, odit lucē, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Nocturni etiā timores dici in vniuersum possunt omnia mala & discrimina, quę nobis à peccatis possunt prouenire: peccata nāq; sacrarum literarū consuetudine tenebrarum opera appellantur: ad Rom. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarum, &c. Excubitores ergo Ecclesię in procinctu sunt aduersus omnia peccata pugnaturi. Vel vltimo nocturni timores dicantur incommoda & detrimenta, quę Ecclesię Catholicę ex dæmonū insidijs & artib^o solēt cōtingere, Dæmones siquidē teste Pau. ad Eph. vlt. vocantur rectores tenebrarū harum. Vnde & Chrs Lucę. 22. cū iam caperetur à cohorte, dixit, Hęc est hora vestra, & potestas tenebrarū. Solēt nanq; dæmones in tētationibus & insidijs noctu magis vrgerē, atq; ita Ecclesia sub nocte peculiaribus precib^o seipsam in cōpletorio præmunit aduersus dæmonū machinamēta, dicēs, Procul recedāt somnia, & nocturni phantasmata: hostēq; nostrū cōprime, ne polluantur corpora. Quāobrem quidā, illud Gene. 32. vbi angelus dixit Iacob, Dimitte me aurora est, tribuunt malo angelo, qui aduersabatur & resistebat Iacob,

Eccle. 45

2. Reg. 24

Nota.

Ioann. 3

Rom. 13

Ephes. 6

Lucę. 22

Gene. 32

Iacob,

Jacob, inuidebat illius felicitati, cui molis ta erat lux diei. Verū nō est cur hic nali angeli mentionē factam fuisse dicamus: cū aperte ille angelus personam Dei reprēsentaret, quo tangente neruam fœmoris iacob emarcuit, ita vt ipse claudicaret, & mutato nomine in Israelē benedictionē fuerit ab ipso angelo cumulatus: & Oseas. c. 12. de hac collatione iacob cū angelo loquēs, inquit, iacob dicitur est cū angelo, præualuit & cōfortatus est, orauit & fleuit. Hęc vero omnia nobis præstanda sunt contra timores nocturnos. *Ferculū fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media charitate cōstrauit propter filias Hierusalē.* Genebrardus, quod nos dicim⁹, ferculū, vertit, lecticā: & quod nos legimus, media, transfert: pauimentum lapidibus strauit dilectione à filiabus Hierusalē. Prosequitur chorus puellarum suam epithalamiam, & præsentem carmine elegātissime depingit curr⁹ nuptialis structurā & apparatus. Nā authore Pausania cōsueuere prisca homines in nuptijs currum adhibere nuptiale diligenter ornatum, in quo tres in publicū prodibant: media noua nupta, à lateribus spōsus & parochus, qui aut propter necessitudinem, aut propter amicitia era spōlo & spōse cōiunctissimus. Salomō igitur more maiorū, vt antiquę cōsuetudini inserueret, in publicū proditurus postquā nuptias cū charissimā spōsa celebrauit, vehiculū regium sibi cōstruxit, cuius materies, columnę, reclinatoriū, ascēsus

sus & cæterę partes hoc carmine describūtur. Sunt vero ex Hebræis quidā, quibus nōnulli ex Catholicis subscribunt, qui totum hoc carmen exponant de antiquo tabernaculo. Sed quāquam ingenue fateor quædam hic dici de Salomonis ferculo, quæ antiquo tabernaculo possunt accōmodari: sunt tñ alia, quæ meo iudicio ipsi nō possunt adaptari: vt quod dicitur hoc loco, cōstructum esse ferculū Salomonis de lignis Libani: cū arca (vt constat Exo. 25.) fuerit fabricata ex lignis setinis, ex quibus etiā erāt vectes, & tabulæ tabernaculi: colūne & mense & vectes, quibus mensa trāsferabatur, nō ex cedri materia, sed ex setina materia cōstructa fuere, ex qua etiā materia fuere columnæ & tota tabernaculi cōtignatio. Neq; vero potuit Moses in remotissimo eremo circa mōtem Sina cōstitutus ex mōte Libano ligna conuehere, cū Salomon rex opulentissimus opera Hyrā regis adiutus, magno dispendio cedriligna ad tēpli structuram cōportaret: et tabernaculum illud vetus, Deo iubente, & exēplar illius in mōte mōstrante, per Mosē opera & arte Beseleelis optimi artificis fuit cōstructum: hoc vero ferculum iuxta huius carminis vocem à Salomone fuit fabricatum. Quāobrē alij quę hoc loco de ferculo referūtur, ad tēplum cōstructū à Salomone referenda esse putāt. Sed siue de tabernaculo, siue de tēplo in presentiarū sit sermo: cōpertissimū omnib⁹ esse debet in omnib⁹ his Ecclesiā Christianā, & antiquā illā adumbrari & significari. Erit igitur

Exo. 25
Arca ex
lignis setinis

IN CANTICVM CANTICORVM

operpretium causas & rationes inquirere, ppter
 quas Deus tam accurate voluerit, & antiqui illi⁹ ta-
 bernaculi structurā, & tēpli Salomonici fabricā, &
 huius ferculi materiē, columnas, reclinatoriū, cor-
 tinas, pauimentum, cæterasq; omnes partes nobis
 describere & sigillatim explicare. Nā cū omnia quę
 sub supremo celi ambitu cōtinētur, hominū cōmo-
 dis deseruiāt: voluit quoq; pene vniuersa vñibus ta-
 bernaculi, & templi, suęq; Ecclesię esse deputata.
 Et quidē coelum, elementa quatuor, cibus, & potus
 data sunt hominib⁹ à Deo, vt viuāt, vitāq; quotidie
 corruentē, & ad interitū properantē fulciāt, confer-
 uent, & tueantur: alia vero cōtulit Deus hominib⁹,
 nō tā vt viuāt, quā vt iocunde & suauiter vitā agāt,
 vt argentū, aurū, gēmas, muricē, sericū, odoramen-
 ta, vtrumque suauissimum cōcentum, quib⁹ oculi, au-
 res, gustus, odoratus, ceteriq; sensus mirū in mo-
 dum delectātur. Voluit ergo in tabernaculi & tem-
 pli vsus adhiberi panem, vinum, aquā, oleū, ligna,
 argentum, aurū, gēmas, & optima quęq; odoramē-
 ta, purpurā, byssum, pelles arietū rubricatas, & hya-
 cintinas, vt in tabernaculo & templo, quasi in quo-
 dā microcosmo vniuersa, quę in hoc mundo cōti-
 nentur, spōsa haberet sub epilogo quodā, in quib⁹
 sapientiā, opulentiā, & pulchritudinem sponsi ag-
 nosceret: simulq; intelligeret sponsum ipsum esse
 beneficiariū, spōsam beneficiū accipere, & cuncta
 creata fortiri rationem doni seu beneficij: omnia
 enim propter electos sunt cōdita: ac præterea vt in
 hac

COMMENTARII. CAP. III. 178

hac rerum omniū summa spōsa exploratū haberet,
 quidquid desiderari potest, vel ad vitam cōseruan-
 dam, vel ad eandem iocunde suauiterq; trāsfigendā
 in vno spōso reperiri, à quo bona omnia tanquā à
 purissimo quodam fonte deriuantur. Vnde David
 p̄sa. 38. canit, Et nunc quæ est expectatio mea, nōne
 dñs? & substantia mea apud te est. Sed vt ad nostrū
 ferculū descendam⁹: quod præsentī carmine propo-
 nitur nobis est ferculū, cuius materia ex cedro sit,
 arbore præstātissima & rarissima, quod columnæ
 argenteę sint, reclinatorium aureum, cortinæ muri-
 ce tinctæ, pauimentum gēmis cōstratum, ipsiusq;
 in ferculi meditullio amoris sit symbolum, in cui⁹
 intelligentia & explicatione incumbāt puellæ Hiero-
 solymitanę. Quæ omnia sunt, quasi quędā voces
 ipsius spōsi monentis & instruentis spōsam, vt cu-
 ret omni studio primum cōparare sibi animi & cor-
 poris puritatē, mores incorruptos, & integros, cu-
 ius signum præfert cedrus: doctriinā quoq; sibi cō-
 paret cęlestem, qua Christianum populum fulciat,
 atq; cōfirmet: hoc est enim argentearum columna-
 rum munere perfungi. Cōplectatur præterea diui-
 nā sapientiam, cuius aureum reclinatorium est sin-
 gulare hieroglyphicū. Exhibeat insuper animū pa-
 ratissimum ad effundendū sanguinē pro Chro spō-
 so: hoc nanq; representant cortinę murice tinctæ.
 Demum interni hominis totum pauimentū sit vir-
 tutibus quasi gēmis cōstratum: ipse vero amor in-
 sculpatur in præcordijs ipsius spōsæ, vt illius exem-

plo filiæ Hierusalem ad amorem spōsæ accēdātur. Sed libet more nostro huius carminis singulas di-
 ctiones explicare: Ferculū à ferendo dicitur, sicut
 à vehendo vehiculum. Ecclesia vero, quæ in vita
 præsentī spōsa dicitur, quia fide & sacramento ba-
 ptismi Christo est dicata & despōsata, quæ in futu-
 ra vita per uisionem & amorem beatum altiori mo-
 do copulabitur, propter diuersas causas variosque
 effectus, nunc templum, nunc tabernaculum, nūc ci-
 uitas Dei, nunc etiam lectum, nunc ferculum nūc
 patur, propterea quod Chrm̄ ipsum spōsum, totāq;
 illius familiam gestet, vehat, & ad eternā illā ciui-
 tatem Hierusalem transferat & transportet. Chrs̄
 enim similis mihi videtur viro nobilissimo, qui vir-
 ginis cuiusdā filiæ agricolæ amore captus, propter
 illius ingentem pulchritudinem & præclaras animi
 dotes cū ipsa in pago & villula paterna spōsalia cō-
 traxit: qui vt spōsam ex oppidulo illo agresti & rusti-
 cano ad regiam ciuitatē transferat, opulentissimū
 & pulcherrimum ferculū fabricauit, in quo ingres-
 sus ipse & spōsam ipsam, totamq; familiā illius exci-
 piat, & in ciuitatem transmigret, vbi magnis ludis
 solenniq; ritu nuptiæ celebrentur: quo fit, vt Apoc.
 19. cētus omnium fidelium iustorum, & sanctorum
 angelorum canat Alleluia, exultemus & gaudeam⁹
 & demus gloriam Deo, quia venerunt nuptiæ agni,
 & vxor illius præparauit se, & datum est illi, vt coo-
 periat se bysso splendenti, quæ sunt iustificationes
 sanctorum: & dixit mihi, Beati, qui ad cœnam agni

vocati

vocati sunt. Hæc ergo Ecclesia ferculū dicitur, quia
 ratione per ministros Ecclesiæ prouehimur & pro-
 mouemur ad fidem, spem, & charitatem obtinen-
 dam. Habemus etiam adminicula sacramentorum,
 & sacramentalium, sanctorum precum, & cætera o-
 mnia auxilia, quæ ex totius Ecclesiæ cōmunionē no-
 bis proueniunt: accedit potissimum Christi præsi-
 dium omnibus semper paratissimum. Quæ omnia
 efficiunt, vt Ecclesia merito ferculum nominetur.
 Diuina vero itinera, per quæ hoc ferculo cōuecti
 ad regiam illā ciuitatem festinam⁹, sunt illa, quæ de-
 pinguntur à Pau. ad Rom. 8. Quos præsciuit, inquit,
 hos & prædestinauit: quos prædestinauit, hos & vo-
 cavit: quos vocauit, hos & iustificauit: quos iustifi-
 cavit, hos & magnificauit: quos magnificauit, hos
 & glorificauit. Cū vero ad statum illum felicissi-
 mum, in quo nuptiæ sollemnissimæ celebrantur, per-
 uentum fuerit: tunc Ecclesia iam deponet nomen
 ferculi, quoniā neq; indiget sacramentis, neq; mini-
 strorum doctrina, dicente Ioan. Apoc. 21. Et tem-
 plum non vidi in ea: quia dñs Deus omnipotens tē-
 plum illius est, & agnus: & ciuitas illa non indiget
 sole neq; luna, quia claritas Dei illuminauit illā: &
 lucerna eius est agnus: & vt Pau. testatur, Deus ibi
 erit omnia in omnibus. *Fecit sibi rex Salomon.* Rex
 Salomon Christus est diuinæ pacis author & perfe-
 ctor, fecit sibi, hoc est, ferculum cōstruxit Christ⁹,
 vt sibi in illo placeret, & maximam ex illo volup-
 tem caperet: ita enim Eccles. 2. Aedificauit mihi do-

yy 3

mun,

Rom. 8

Apoc. 21

Eccles. 2

Simile

Apoc. 19

IN CANTICVM CANTICORVM

Prover. 8 mum, plantaui mihi vineas, feci mihi hortos & pomeria, & conserui ea cuncti generis arborib⁹. Feci mihi cantores, & cātatrices. Est vero Ecclesia vnicum sponsi suauium atq; voluptas, iuxta illud Prover. 8. Et deliciae meae esse cū filiis hominum. Vel fecit sibi, hoc est, vt in hoc ferculo suam opulentiam ostenderet, sapientiam, magnificentiam, celsitudinem, & gloriam, iuxta illud Prouerb. 9. Sapientia aedificauit sibi domum: & Pau. ad Rom. 1. ait de Ch^{ro}, Qui factus est ei, hoc est, patri ex semine Dauid secundum carnem: & p^{sa}. 97. Cantate ei canticum nouum, quia mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera ei⁹, & brachium sanctum eius: ad Ephes. 1. Quos praedestinauit per Christum in ipsum in gloriam gratiae Christi Iesu. Vnde Apoc. 5. omnes sancti, qui erant in caelo & in terra, dabant gloriam & honorem Deo sedenti super thronam, & agno: & in die Palmarū canit Ecclesia, Gloria & honor sit tibi Christe Rex gloriae, cui puerile decus concinit, Osanna pium. Sed sapientia, opulentia, & magnificentia nostri Salomonis maxime splendet in totius hui⁹ ferculi structura, si singulas eius partes perpendamus, Fecit sibi ferculum de lignis Libani. Tota igitur materies huius pulcherrimi ferculi nō ex quibusuis arboribus, sed ex cedris illius amenissimi & celeberrimi montis Libani desumpta fuit. Cedrus arbor est proceritate prestatissima, frondosa, & perpetuo vires, odorifera, & imputribilis, quae nō etiam quocunq; loco, sed in Libano monte in sacris literis clarissimum

COMMENTARII. CAP. III. 185
 mo nascebatur. Et quidem primi illi Christiani, ex quibus Ecclesia illa, cuius fit mentio Acto. 2. in aduentu Spiritus sancti cōstabat, erant quasi cedri altissimae, quae primum altissimas egere radices per modestiam, charitatem, fidem, &c. Eriguntur vero in altum hęc cedri per sapiētiam, quae iudicat de rebus per altissimas causas, virent & frondent ac florent per omnes virtutes, spirāt odorem suauissimū sanctorum operum, ac postremo per virtutem perseuerantiae & cōstantiae incorruptibiles & imputribiles sunt: ita vt voluptatib⁹ atq; vitijs, quae sunt veluti teredo ligna in pulueres redigens, null⁹ pateat aditus. Proueniūt tñ atq; oriuntur huiusmodi cedri in Libano monte fecundissimo & amenissimo, qui idem sonat, quod cādidatio. Est enim verus & germanus Libanus, baptismus, in quo regeneramur & cādidamur, quod indicat vestis ipsa cādida, qua insigniuntur recens baptizati: vnde in p^{sa}. 50. ait Dauid, Lauabis me, & super niuē dealbabor. *Columnas eius fecit argenteas.* Columnas D. Hiero. exponens 2. c. ad Galat. & vt interpretatur omnes fere Graeci & Latini patres, columnae sunt, Apostoli, & Apostoliciviri, iuxta illud p^{sa}. 91. Ego cōfirmauico-
Acto 2
p^{sa}. 50
Galat. 2
p^{sa}. 91.
Prouer. 9
 lumnas eius: & Prouer. 9. Sapientia aedificauit sibi domum, excidit columnas septē: appellat vero septem tum quia numerus septenarius totā cōplectitur multitudinem Apostolorum, & Apostolicorū ministrorum: tum etiam, quia Christus per septem dona Spirit⁹ sancti perfecit, celauit, atq; expoliuit
 Apo-

IN CANTICVM CANTICORVM

Ephe. 4. Apostolos, & viros Apostolicos. Quapropter Pau. ad Ephe. 4. docet culmē & fabricam totā Ecclesię super Apostolos, quasi super columnas quasdā incumbere, Superædificati, ait, super fundamentum Apostolorū, ipso summo angulari lapide Ch̄ro Iesu: & ad Galat. 2. Tres principes Apostolorum, ait, Iacobus, & Ioannes, & Cęphas (qui videbantur cōlumnæ esse) dextras dederunt mihi: & Apoc. 21. dicitur, quod murus ciuitatis sanctę Hierusalem habebat fundamēta duodecim, & in illis nomina duodecim Apostolorū scripta. Est vero præcipuum fundamentū huius feruli, & præcipua columna Ch̄s, & post Christū illius vicarius Roman⁹ episcopus, ad quē pertinet ex officio cęteros in fide cōfirmare, dicente Ch̄ro Lucę. 22. Ego rogavi pro te Petre, vt nō deficiat fides tua: & tu aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos. Quod vero hæ columnę argēteę dicūtur, significat doctrinā Euangelicā & Apostolicā à prima veritate reuelatā, quæ in arcanis literis argento purissimo solet cōparari, psal. 11. Eloquia dñi, eloquia casta: argentū igne examinatum, probatum terrę purgatū septuplūm. Hęc vero purgatio, examinatio & probatio ad lydium lapidē & ignem fieri solet in academijs: sed potissimum faciēda est per Romanū Pontificē. De Ch̄ro enim dicitur Malach. 3. Sedebit (hoc est fungetur officio iudicis) quasi cōflans & emundans argentū, & purgabit filios Leui: Esa. 1. Decoquā ad purum scoriā tuam, & auferā stannum tuum. Doctrina vero iure optimo

COMMENTARII. CAP. III. 181

optimo assimilatur argento, quod in abditissimis terrę venis est recōditum, & nō nisi magno labore in lucē & nostras utilitates producitur: ita Apostolica doctrina nō nisi magno cū labore vigilijsq; cōparatur. Habet præterea argentum præsertim si aurificum industria conflatū sit, malleo percussum, cęterisq; instrumentis politum, singularem candorē, atq; splendorem, simulq; tinnitum & sonum aurib⁹ gratissimum: ita Euangelici ministri doctrina atq; sapientia cādorem habet, atq; splendorem admirabile: iuxta illud Sap. 8. Candor est lucis eternę, speculum sine macula: cui accedit tunc vox ipsius concionatoris auribus populi Ch̄iani gratissima. Has doctrinæ, quasi argenti proprietates & dotes exhibebat Pau. 1. ad Tim. 4. à suo Timotheo, dicens, Attende lectioni, exhortationi, & doctrinę: in omnib⁹ præbe te ipsum exemplū bonorū operū, in cōuersatione, in fide, in charitate, in castitate hæc meditare, in his esto, vt profectus tuus manifestus sit omnibus: hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos, qui te audiunt: & ad Titū. 2. In omnibus esto exemplum bonorum operum in integritate, in grauitate, verbum sanum & irreprehensibile, vt qui ex aduerso est vereatur nō habens malū dicere de nobis. *Reclinatorium aureum.* Quidā ex Hebręo legūt, Stratū eius aureum, alludentes ad arcam foederis, cuius operculum, in quo Deus pedes collocabat respōsa & oracula daturus, aureū erat & ppitiatorium, siue oraculum appellabatur. Sed si spectem⁹

Sapient. 8.

1. Tim. 4.

Titim. 2.

ad structuram ipsius fercoli, reclinatorium: nō pau-
 mentum aut stratū est, sed sellę gestatorię pars, quę
 est à dorso sedentis, quę Hispane dicitur (Respal-
 dar) & etiam latera huius sellę, quibus cubiti inni-
 xi recūbunt. Hęc ergo partes illius sellę, reclinato-
 rium appellātur, quę pro maiestate regia aureę esse
 describūtur. Verū Catholici interpretes quidā per
 hoc reclinatorium exponunt (vt tres patres apud
 Theodoretum) pacem, tranquillitatem, & concor-
 diam Catholicę Ecclesię, in qua spōsus tanquā in
 gratissimo & aureo reclinatorio incūbit & quies-
 cit. Alij, inter quos est Titelmanus, per reclinato-
 rium aureum, intelligūt, fidem, charitate perfectā:
 Ephes. 2. dicente Pau. ad Ephes. 2. Christū per fidē habitare
 in cordibus nostris. Melius forte per aureum reclina-
 torium intelligitur voluntas ardētissima charita-
 te inflāmata, in quā spōsus, & totū corpus reclinat,
 & cubitis gratissimo recumbit, iuxta illud Ioā. 14.
 Qui diliget me, diligetur à patre meo: & ego diligā
 eum, & ad eum veniemus, & māsonem apud eum
 faciemus: & 1. Cano. Ioā. c. 2. Deus charitas est, &
 qui manet in charitate in Deo manet, & Deo in eo.
 Sed si illius reclinatorij naturam & proprietatē at-
 tentius cōsideremus, intelligemus facile in illo re-
 clinatorio spem Christianam ad viuum significari.
 Nā quemadmodū in reclinatorio & corpus & cubi-
 ti sedentis incūbunt & reclinantur: ita etiā per spē
 Chřianam illi, qui in Ecclesię fercolo ad cęlestem
 Hierusalē transeuntur, maxime subleuantur, eri-
 guntur,

guntur, & reficiuntur, vt itineris labores & difficul-
 tates possint facile sustinere: Esa. 40. Qui das lassō
 virtutem: & his, qui nō sunt, robur & fortitudinem
 multiplicas. Deficient pueri, & laborabunt, & iuue-
 nes in infirmitate cadent. Qui autē sperant in dño
 accipient fortitudinem, volabunt vt aquilę, currēt,
 & non laborabunt: ambulabunt, & nō deficient: &
 Pau. ad Rom. 5. Per loca ardua & cōfragosa, atq; de-
 cliuia iter faciēs, hoc reclinatorio innixus dicebat,
 Sed gaudem⁹ in tribulationibus, scientes, quod tri-
 bulatio patientiā operatur, patientia probationē,
 probatio vero spem: spes autē nō confunditur: &
 1. ad Cor. 15. posteaquā de corporum futura gloria
 & beatorum dispari p̄mio multa dixerat Apосто-
 lus, tandē ait, Itaq; fratres mei dilecti stabiles esto-
 te & immobiles, abundantes in omni opere dñi,
 scientes quod labor vester non est inanis. Dicitur
 vero reclinatorium hoc aureū esse duplici titulo:
 priori, quia hęc spes debet esse informata charita-
 te: posteriori vero, quoniā spes Christiana fertur
 in beatitudinē obtinendā per Christū nostrę beati-
 tudinis & iustitię vnicum authorē: beatitudo vero
 Apoc. 21. auro perspicuo & perlucido cōparatur,
 Plateę illi⁹ ciuitatis, ait, aurum purissimū & perspi-
 cuum. Vltimo aureum reclinatorium benedici po-
 test Romana Ecclesia, in qua Christ⁹ per vicarium
 suum Romanū Pontificē sedet, quod reclinatoriū
 cōparatur propitiatorio, aureo (inquā) arcę fœde-
 ris operculo, supra quod Deus existens respōsa da-

Esa. 40

Rom. 5

1. Cor. 15

Apoc. 21

has legesq; & præcepta de agēdis, cōstitutus inter duo cherubin: sic etiam ex sede Romana quasi ex propitiatorio & reclinatorio quodā inter duo cherubin, hoc est, inter duo testamenta dat nobis decreta fidei Catholicæ, leges reipub. Christianæ familiaritates, iuxta illud Exo. 26. supra propitiatoriū præcipiam tibi, & loquar ad te inter duo cherubin.

Exo. 26.

Ascensum purpureum. Hebræi interpretes, quod nos legimus, Ascensum purpureum, ipsi legūt, Cortinas appensas purpureas: alludētes ad tabernaculum, cuius cortinæ, vt cōstat Exo. 25. ex alto appensæ, partim erāt purpureæ. Sed per has cortinas purpureas ex alto appensas, quidā ex nostris intelligūt martyrum cuneos sanguine purpuratos & rubricatos, quos in altum appēsos esse docent sacrē literę, propterea quōd martyres post Apostolos altissimum locum tenent in Ecclesia. Sed ascensus, vt alij credunt, dicitur ea pars sellę gestatoriæ, quę a reclinatorio distinguitur, quoniam præter dorsum & latera illius sellę vectorię seu gestatorię, cæteræ partes dicuntur ascensus, quia qui sedet, quasi ascēdit & eminet cæteris. Cōsulito vero Salomō noster aureum reclinatorium purpureo ascensui copulauit, quoniam ea mors pro Christo suscepta sponso gratissima est, quæ pficiscitur ex charitate, teste Pau. 1. ad Corin. 13. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest: et Chrs Ioā. 15: Maiorem charitatē nemo habet, quā vt animam suam ponat quis pro amicis suis:

Exo. 25

1. Cor. 13.

Ioan. 15:

fuis. Ascēsus vero dici potest, & debet mors accepta pro Christo, quoniam per illam ascendimus subito ad æternā beatitudinē. Tñ mihi videtur per ascēsum ea pars vehiculi significari, per quā in vehiculū ascēdim⁹, Hispane (El estribo del coche.) Et cōcinit maxime, vt ascensus purpureus dicatur, quoniā sacrū baptisma, per quod in Ecclesiam ingredimur & ascendimus, dicitur murice tinctum, quia est viuum quoddā simulacrum passionis Christi cruentę, dicente Pau. ad Rom. 6. Quicūq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Quid quod initia ipsa & quasi primi grad⁹ Ecclesiæ nascentis purpurea fuere. Nā Innocentes infātes pro Chro occisi, fuere suo cruore tincti: postea sacer Baptista, & Christ⁹ ipse, & Iacobus frater Ioannis, ac deniq; Apostoli omnes, sanctiq; martyres, per quos Ecclesia in altissimū perfectionis fastigium euecta est, cruore suo purpurei fuere. Dicitur præterea ascensus Ecclesię purpureus, quoniā Ecclesiæ incrementa maxima ex martyrum multitudine prouenerūt. *Media charitate cōstrauit propter filias Hierusalē.* Septuaginta, & aliqui ex Hebręolegunt, Intima lapidibus cōstrauit, & dilectione a filiabus Hierusalē: sed vulgati interpretis lectio omnib⁹ præferenda est: neq; in sensu literali vllum est discrimen inter septuaginta & vulgatū interpretem. Media, ibi nō est adiectiuū, sed substantiuum, vt sensus sit: media, aut intima huius ferculi, amore & charitate copulauit, & coaugmētauit propter fi-

Rom. 6

lias Hierusalē. Prim^o ergo sensus est, eorū qui verba hęc referunt ad tabernaculū testimonij, in cuius quasi medio erat arca intra quā recondēbātur symbola quaedam, & indicia immēsaē charitatis Dei erga suam Ecclesiam: nimirū intra arcā erat vna continens manna, virga Aaronis, quę fronderat, & legis tabulę. Quę omnia testificabantur ardentissimi sponsi charitatem erga suam sponsam. Nam qui illi prouiderat cęlestē cibum, & tot miraculis per virgam confectis eam a seruitute Aegypti vendicauit: ac demum leges tulit sanctissimas, quibus Ecclesiam suam instrueret, & in vera religione cōtineret, ardentissimo amore prosequitur sponsam suam, quā tot tantisq; cumulat beneficijs: nec solū intima illius antiqui tabernaculi charitate cōpacta & coagmentata fuerunt, sed etiam intima & penetrata nostri ferculi, hoc est, Ecclesię Euangelicę. Nam humanitas Chři, quę post diuinā naturā optimum & intimum est in Christiana Ecclesia, charitate: cū ipsa Ecclesia copulata est & cōferruminata. Bene autem Christ^{us}, in quātum homo, medium dicitur est enim Christus mediator Dei & hominū, teste Paul. qui immensa charitate inflāmat^o se totū nostrę salutis dedicauit, quod testatur ipse Ioan. 10. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem: & animā meā pono pro ouib^{us} meis. Virgo quoq; sanctissima vnica Christiani populi aduocata, & mediatrix, hac charitate cōstrata & incensa est, vt nr̄is cōmodis semper incubat, ac pro nr̄a salute corā Deo

inter-

intercedat. Apostoli in super, de quib^{us} Pau. 2. ad Corin. 5. ait, Pro Chři legatione fūgimur, obsecram^{us} pro Chři, recōciliamini Deo, sunt pacis inter Deū & homines, authores & mediatores: quos eximia charitate perfecit, vt tanto munere digne perfūgerentur. Quid quod & ipsa sacramēta, quib^{us} fideles inter se colligantur & deuinciuntur, amoris diuini symbola sunt insignia, vt baptismus qui cū signum sit passionis Chři, illi^{us} incōparabilem testatur charitatem, quę Ioā. 13. exprimitur, Cū dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos: & omnia membra omnesq; partes huius diuini ferculi charitate deuincuntur, quā Pau. ad Colof. 3. vocat vinculum perfectionis: imo verò quęcūq; sunt in hoc ferculo cedrina materia, columnę argēteę, reclinatoriū, ascensus purpureus, & cętera omnia charitate, veluti forma & luce virtutū omnium cōdecorantur, & Dei oculis grata sūt, prēmioq; eterno digna. Quod si dicam^{us} in meditullio illius ferculi esse amoris symbolū inter spōsum & sponsam, nimirū duas colūbas cādidiſſimas mutuo se exosculātes: significatur in Ecclesia Catholica mutui amoris inter Christū & Ecclesiam spōsum pręstitisse symbolum, nēpe sacrosanctū Eucharistię sacramētū, & sacrificium sacrosanctum. Nā pręterquā quod in hoc sacramento & sacrificio passionis Chři memoria recollitur: hoc sacramētum peculiari ratione amoris diuini symbolum est, quem & efficit in nobis, & maxime representat: est enim vn̄itatis & cōcordię sacramētū

2. Cor. 5

Ioan. 10

Colof. 3.

Notas

mentum: imo vero ita ardet Ch̄s amore suę Eccle-
 się, vt excogitauerit hoc sacramentũ, veluti medi-
 camentum quoddã amatorium, quo in Deum non
 solum incēderemur, sed conuerteremur. Quod ve-
 ro ex Hebr̄is quidã legunt: medium ipsius ferculi
 sedisse Salomonem, qui est ipsa charitas: Ch̄o fer-
 uatori nostro optime accōmodatur, quẽ & Diony-
 sius & Polycarp⁹ ipsum amorẽ appellauerũt. Ch̄s
 ergo, qui qua ratione De⁹ est, est ipsa charitas, me-
 diã & intimã partem ferculi tenet, quẽ ardētissime
 diligunt filię Hierusalẽ, vel quia totus nobis datus
 est propter salutẽ generis humani, iuxta illud, Pro-
 pter nos homines, & propter nr̄am salutẽ descēdit
 de cęlis: ita vt fecerit ipse satis illi p̄cepto Gen. 2.
 Propter hęc, hoc est, propter vxorem & Ecclesiã,
 relinquet homo patrem & matrẽ, & adheret vxori
 suę. Aliqui nō cōtemnēdi intepretes, hęc verba
 exponunt de ipsa Iudæorum repub. quã De⁹ Opt.
 Max. Ecclesię sponsus ita instituit & administrauit,
 vt ciuitas princeps & regia Hierosolymitana in me-
 dio totius Palęstine cōstituta maxima charitate cū
 cęteris vrbibus & oppidis inferiorib⁹ esset cōiun-
 cta, nō aliter atq; mater filiorũ amantissima cū suis
 filijs & filiabus. Nã in ciuitate illa, quę metropolis
 erat, & quasi parens, à qua cęterę originẽ duxerāt,
 habebat templũ, sacerdotiũ, regiam curiã, & arcẽ
 Sion munitissimã, ad quã reliquę vrbes & oppida
 tanquã ad vnicũ perfugium cōfluebant: nō solũ vt
 inde leges salutares acciperent, Deũq; in tēplo ve-
 nerabundi

Dionys.
Polycarp⁹

Genes. 2.

nerabũdi colerent, sed instãte hostium periculo in-
 tra muros & arcem tuti cōsisterent. Hac igitur cha-
 ritate cōstrati, & copulati omnes populi Iudæorũ
 cū metropoli ipsa, in pace & trãquillitate magna vi-
 xerunt, quandiu hęc vnitatem cōseruarunt. Sed vbi
 desciuere ab obedientia & vnitare regię ciuitatis,
 in manus hostium sunt traditi, interitũq; sibi & exi-
 tiũ pepererunt. Idem quoq; accidit & superiori tē-
 pore & nostro omnibus, qui ab vnitare & obedien-
 tia Romanę Ecclesię (quę Ecclesiarũ omniũ ma-
 ter est & princeps) se ipsos separarũt, vt Gręcis cō-
 tigit nunc misera seruitute p̄ssis sub Turcarũ re-
 ge tyranno seuisimo, quod etiã periculum impen-
 det Lutheranis, Germanis, Gallis, Anglis, & Flan-
 dris. *Egredimini filia Sion, & vide regẽ Salomonẽ in
 diademate, quo coronauit eum mater sua in die desposi-
 tionis, & in die letitię cordis eius.* In fine hui⁹ capituli
 tertij chorus puellarũ totum epithalamium elegan-
 ti carmine claudēs, obijcit oculis omnium ciuium
 Hierosolymitanorum sp̄sum ipsum inspiciẽdum:
 quem depingit regia corona insignitum & splendi-
 dissimum cultu exornatũ. Quod autem inquit à ma-
 tre sua diademate coronatum, dicunt Hebræorum
 Rabbini additum esse, propterea quod Salomō in
 dustria & precibus matris suę Bersabeę, vt legitur
 3. Reg. 1. fuerit per David patrem suum posthabi-
 tis ceteris filijs natu maioribus Rex Israelitici po-
 puli declaratus, vnctus oleo à Sadoch sũmo sacer-
 dote, & populi applausu & acclamatione in thro-

Nota.

3. Reg. 1.

no regio confirmatus. Quod vero dies iste dicitur desponsationis & lætitiæ, fit, quoniam dies ille, quo Salomō ad regni solium euectus fuit, fuit illi lætissimus & faustissimus: desponsationis etiā dies appellatur, quia cū regni iura suscepit, rempublicāq; illā in suam tutelā & custodiā admisit: quasi quodā matrimonij vinculo ipsi copulatus fuit. Sed iam in huius libri principio statui-^m tanquā certū, & catholice fidei cōsentaneū, in hoc libro nō cani nuptias Salomonis cū sua repub. sed Chri cū Ecclesia. Unde facile retunditur secūda expositio quorundam Hebræorum asserentium hæc verba referēda esse ad diem nuptiarum Salomonis cū filia Pharaonis: qua die dicunt diadema quoddā gēmis ornatū matrem illi cōtulisse. Sed iam aperte ostendimus hic nō celebrari nuptias Salomonis cum filia Pharaonis, sed Chri cum Ecclesia. Tertia expositio, quæ placet etiā Catholicis viris, est, vt carnē hoc exponatur de die quo populus Hebræus coronā & sceptrum & imperium Deo dedit magnis interpositis cęremonijs. Dicitur vero popul^o ille Deū coronasse, quia in arca fęderis erat aurea corona symbolū regni, quod Deus spōsus illi^o Synagoge in populū illum exercebat: matrem vero suā appellat, quoniā astrinxit se illa obsequio Dei: & Mat. 12. dixit Chrs, Qui fecerit voluntatem patris mei, hic soror & mater est. Verum quāuis hæc ita explicari possint: prætermisis his sensib^o ex lutulentis Rabbīnorum lacunis ductis: nos ex purissimis sanctorū patrum

sen-

sensibus, tres huius loci expositiones dabimus: primā de mysterio incarnationis & natiuitatis Chri: secundam, de die passionis, qua mater impia Synagoga illius sacrosanctum caput seruo spineo coronauit: tertiā, de die illo fœlicissimo, quo perfectę nuptię cū Chro & Ecclesia celebrabuntur, ascensionis videlicet. *Egredimini filie Sion.* Filie Sion hebraism^o est, quo significatur omnes, qui ad militantem Ecclesiā pertinent, quę in sacra scriptura appellatur Hierusalē. Nā in sacris Biblijs nō solum qui in similitudine nature ex alio nascitur, filius vocatur, sed qui aliū de depēdet, vel originē trahit: vt Esa. 5. appellatur triticum filius areę, & sagittę filię pharetrę. Omnes ergo quotquot Ecclesiā, quasi matrē agnoscunt, filię Siō dicuntur. Siō vero per synecdochē pro tota Ecclesia vsurpatur, quoniā erat præsidium & propugnaculū totius ciuitatis Hierusalē: sicut modo totius Ecclesię præsidium agnoscim^o Romanā Ecclesiā. Cōsulto vero ad cōsiderāda hæc altissima mysteria nostrę fidei, excitatur & cōpellantur filię Siō: Siō nanq; speculā sonat. Illi igitur excitantur ad cōtemplationem huius mysterij, qui altissimarum rerum cōtemplationi incumbunt, & in Siō quasi in arce tutissima cōmorantur. *Egredimini,* hoc est, relinquitē vmbra & figuras antiquę legis, tabernaculum regni Salomonis & nuptiarum illi^o: sed in clarissimā lucē Euāgelij, id est, Chri oculos mentis intendite. *Egredimini* ex densissima nocte peccatorum, & rerum sensibilium cogitatione: &

Esa. 5.

IN CANTICVM CANTICORVM

E/4.33 oculos mentis collyrio pœnitentiæ & austerioris disciplinæ inûgite, vt Ch̄m in præsepio iacentē ex Virgine natū intueri possitis. Spectatores vero huius diuini mysterij præparat Esa. 33. dicens, Cõteriti sunt peccatores in Siõ, tremuerunt hypocritæ. Quis ex vobis poterit habitare cū igne deuorãte? aut quis habitabit ex vobis cū ardoribus sempiternis? qui ambulat in iustitijs, qui loquitur veritatē, qui obturat aures suas ne audiat sanguinē, qui claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsa habitabit: munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terrā de longe, ac si dicat vates, Nõ omnes qui intra Ecclesiã cõtinētur, mysterij huius diuini sunt inspectores digni, nõ peccatis cõoperti, quos Deus à cõsideratione huius sacramēti deterret, iuxta illud eiusdē pphetę c. 26. Tollatur impius ne videat gloriã Dei. Magis vero arcēdi sunt hypocritę personati homines, speciem virtutis fingentes: cū tñ animo sint corruptissimo. Quis enim horū hominum audeat cõsistere in cõspectu Dei, qui ignis est cõsumens, & omnia deuorans? quis frigidò pectore & gelido corde accedat ad Bethlehemiticum stabulū, vbi inhabitet cum ardoribus sempiternis? Illic enim supplex & venerabundus adorabit patrem, qui sempiternò amore & ardore inclinat° Virginem sibi spõsam elegit, vt filium ex ipsa susciperet, quem ipse genuerat ex æternitate: filius etiã immenso ardore inflamat°

Nota.

E/4.26

humanam

COMMENTARII. CAP. III. 187

humanam induit naturam: Spiritus sanctus qui ardor est Patris & Filij, suo opificio Christi corpus intra Virginis vterum configurauit, humana etiã in Christo natura diuinis ardoribus flagrans, frigoris & temporis inclementiam sustinet, & lacrymas fundit, quæ nos in Dei amorem vehementer incendunt. Illi ergo ad huius sacramenti contemplationem accedant, qui morum puritate & vitæ sanctimonia Virginem Deiparam & sanctum Ioseph imitantur, qui in excelsa contemplationis arce constituti sunt, qui habitant in saxorum munimentis, quibus Deus tribuit cibum suauissimum, aquas perennes & salutiferas, qui regem in decore suo videbunt, intuebunturq; Regem Salomonem in diadema. Sed quid Salomon humanam naturam, fragilem, mortalem, & innumeris calamitatibus expostam appellat coronam, cum illa sit in Ch̄o non suprema, sed infima? Sed si hoc mysterium recte cõsideremus, facile deprehendemus naturam humanam in Ch̄o iure optimo diadema nuncupari. Nã si sapientissim° ille vxorem honestã, & virtutum luminibus clarã coronam viri sui appellat: quanto æquius est, vt naturam humanam, quã filius Dei in explicabili ratione sibi vxorem copulauit, coronã & diadema esse censeamus? vnde nato Ch̄o angelorum chorus canebat, Gloria in excelsis Deo, quasi puellaram chor° diceret, Quid Ecclesię pulchritudinem, rectitudinem, ascensum, odoramentum & cæteras dotes canimus? quid lectuli Salomonis

Proverb. 12.

Lucc. 2

aaa 3 diuitias,

diuitias, excubitores & nocturnā custodiam recēsemus? quid ferculum ipsum, ligna cedrina, argenteas columnas prosequimur? omnia in hoc beneficio cōprehenduntur, quod Deus homo factus sit, & in stabulo natus, vt naturam nostram ad altissimum dignitatis gradum eueheret: nullū diadema, nulla purpura Christo gratior fuit, quā nostræ naturæ copulari, & pro illi⁹ salute labores sustinere, iuxta illud Prouer. 8. Delitiæ meę esse cum filiis hominum. Et sicut sol radijs suisterram illustrans, lucēq; suam spargens, illi tribuit herbarum viriditatē, varietatem & pulchritudinem, fructus vberes, foetus animantium, ipseq; sol immutatus omnia immutat, renouat, instaurat: ita Dei filius mentes illas angelorum, & hominum illustrat, inflāmat, perficit, transformat, vt varios & multiplices fruct⁹ ferant, totāq; Ecclesiam suam admirabili ratione locupletat & exornat: & ita fragilem sibi hominum naturā deuin ciuit, vt ipse nihil suę dignitatis amitteret, & nos in altissimo dignitatis fastigio collocaret. Ex hoc vero ad aliud mysteriū dñicę passionis recte progredimur, quę est secunda patrum expositio. Hortatur ergo chorus puellarum omnes ciues Hierusalem, vt Christum verum Salomonem, qui per sanguinē & crucē suam nos Patri reconciliauit, intueamur spinea corona à matre Synagoga coronatum: nec solum Hierosolymitas, sed omnes cultores Dei veros: imo ipsos cælicolas excitat, vt egrediantur, & qui summi illius pulchri visione fruuntur, ad considerationē

Prouer. 8

Secūda expositio.

derationem mysterij redemptionis nostræ egrediantur, inspiciantq; Christum ipsum, de quo Paul. ad Heb. 1. ait quod est splendor Patris, & c. sputis in quinquatum, colaphis cęsum, flagellis cruentum, cocinea clamyde per ludibrium vestitutū, arundinē pro sceptro habere, & sacrosanctum illud caput angelis tremendum spinea corona transfixum: ac tandem Christum ipsum inter duos latrones cruci affixum. Et quanuis inhonorifica hæc prima facie videantur: in his tñ recōdidit Deus suę glorię & dignitatis immēsos thesauros: ita vt Chrysostr. super illud Ioā. 1. Vidimus gloriā eius: censeat verba hæc non solum esse referenda ad diem Transfigurationis, in quo videntē Ioāne cū Petro & Iacobo, suę glorię & maiestatis specimē quoddā præstitit, sed etiam ad diem istum, quo per cōtumeliam & ludibrium fuit diademate à Synagoga iam non matre, sed sequissima nouerca spinea corona coronatus. Nam per hęc ignominiam Christ⁹ sibi sempiternā gloriam cōparauit, dicente Pau. Humiliauit semet ipsum vsq; ad mortem, mortem autem crucis: propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomē, quod est super omne nomen. Vnde prudentissime hunc diem despōsationis & lætitię appellat: nā per spineam coronam, per contumelias, crucem & mortem, Christus Ecclesię suę amplissimam dotē contulit, ita vt de latere Chři dormientis in cruce scaturierint sacramēta, in quibus cōtinetur gratia, charitas, peccatorum remissio, sanctitas Ecclesię, & innumera

Hebr. 1.

Philip. 2.

IN CANTICVM CANTICORVM

numera charismata. Et quanquã sol obscuratus terra tremens, saxa discissa, monumenta aperta, & tēpli velum in duas partes diuisum, Christi opificis mortem lugeant: ipse tñ Christus hanc horam sibi optatissimã atq; lætissimã, in qua pro salute generis humani satisfecit, suam horam pronũciauit fuisse. Hinc vero ad tertium mysterium intuendũ progrediamur: nam hæc verba cōmodissime exponuntur de die lætissimo resurrectionis, in quo rediuuus Chrs prodijt è sepulchro, gloria & honore sui corporis coronatus, cuius typum nobis depingit Zacha. 3. in Iesu sacerdote summo, quem describit sordidis vestibus indutum, ad cuius dexterã stabat Sathanas, vt illi aduersaretur, qui præfigurabat Christũ purpura indutum, contumelijs affectum, spũis prauorum hominum sordidatum, aduersus quẽ Sathanas Iudæorum turbas & animos instigabat: sed iussit Deus, vt depositis sordidis vestibus, circumstantium fidelium chorus vestes mutatorias, mūdās, splendidas, vereq; pōtificias Iesu sacerdoti daret cydarimq; hoc est, rotundũ pileum illius capiti imponeret, cui concinit Dauid psal. 20. qui inscribitur, effundenti sanguinem, decantatq; Christi victoriam & trophæum resurrectionis, dicēs, Posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. Quid quid enim ad maiestatem & gloriam Christi hominis pertinet, in sacra scriptura illius corona nuncupatur. Vnde Apoc. 19. in capite Christi diademata multa vidit Ioãnes, & in femore eius scriptũ, Rex regum,

Ioann. 13

Zach. 3

psal. 20.

Apoc. 19.

COMMENTARII. CAP. III. 189

regum, & dñs dominantium. Sed potissimũ verba hæc referenda sunt ad diem illum lætissimũ, cui nulla succedit nox, in quo peracto iudicio vniuersali, Christus circumcinctus corona beatorum hominũ & angelorum ad patris dexteram sedebit, iam Rex regũ & dñs cōstitutus. Dicitur vero diadema Christi, non solum gratia vnionis hypostaticæ, & immensa illa gratia, quã capitis appellamus, sed cetera omnia charismata, quæ ad Christi pertinent excellentiam, quæ illi non proprijs meritis, sed singulari benignitate contingere, quanquã honorem & reuerentiam filio Dei debitum quoq; ipsorum beatorũ cætus Christo libentissime defert: vnde dicitur à matre sua, id est, cœlesti Hierusalem, quæ mater est omnium beatorum, regio diademate coronatus: Apoc. 4. testatur Ioã. se vidisse seniores mittentes coronas suas coram throno Dei & agno. Quod autem cætus sanctorum hominũ corona Christi dicatur, testatur Esa. 62. dicens tam de Ecclesia militante, quã triumphante, Eris corona dñi in manu Dei tui. Nam interim Deus quasi manutenēs, & magnacũ voluptate inspiciens sanctorum dotes & virtutes, eos quasi coronam suam ac diadema prædicat & cōmendat. Accedit his, quod Apōstolorum senatus, martyrum cuneus, doctorum collegium, virginum chorus, regnum & imperium toto terrarum orbe propagatum, & postea in patria illius regnum & maiestatem maxime declarabunt. Dies dicitur despōsationis, quia vt author est Ioã. Apoc. 19. tũc

bbb venerūt

Apoc. 4

Esa. 62.

Apoc. 19.

venerunt nuptiæ agni, & vxor illius præparauit se, nimirum per gloriam & splendorem non solius anime, sed corporis: atque ita subditur, Beati qui ad cœnam agni vocati sunt: tunc enim anima per visionem beatam & diuinum amorem perpetuo sponsi sui osculo & complexu fruetur, & corpus instimabili voluptate & gloria circumfluet, ita vt dicat cū Esa. 61. Gaudens gaudebo in dño, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & indumēto iustitiæ circūdedit me, quasi spōsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.

Esa. 62.

Caput quartum.



*Q*uam pulchra es amica mea, quā pulchra es. Oculi tui columbarum absq; eo quod intrinsecus latet, capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascēderunt de monte Galaad. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascēderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas, sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Sicut fragmē mali punici, ita & genæ tuæ, absq; eo quod intrinsecus latet. Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortiū. Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijis, donec aspiret dies, & inclinētur vmbra. Vadā ad montē myrrhae & collem thuris. Tota pulchra

es.

es amica mea, & macula nō est in te. Veni de Libano spōsa mea, veni de Libano, veni coronaberis de capite Amanna, de vertice Sanir, & Ermon, de cubilibus leonū, de montibus pardorum. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Quam pulchrae sunt mammae tuae soror mea, sponsa: pulchriora sunt vbera tua viro, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Fauus distillans labia tua spōsa, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuæ paradysus malorum puniceorum cū pomorum fructibus, Cypri cū nardo, nardus & crocus, fistula & cynamomum cū vniuersis lignis Libani, myrrha & aloe cū omnibus primis vnguentis. Fons hortorum puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Surge Aquilo, & veni Auster per flumina hortum meum, & fluent aromata illius.



*Q*uam pulchra es amica mea, quā pulchra es. Oculi tui columbarum absq; eo quod intrinsecus latet. Inducitur in hoc 4. cap. à Salomone sponsus canens sponsæ suæ laudes, amatorū more, illiusq; pulchritudinem per partes omnes & mēbra discurrens, suis coloribus depingit adhibitis similitudinibus ex re rustica & pecuaria ductis, quæ quāuis ab humana cōsuetudine, & cōmuni sensu, prima facie abhorrere videantur: si tñ recte cōsiderētur, & ex sanctorum patrum cōmentarijs accu-

ratius examinētur, inueniemus nihil aptius aut elegantius potuisse excogitari ad Ecclesiæ pulchritudinem explicandam. Inquit ergo, Quā pulchra es amica mea, quā pulchra es. Generalis est propositio, in qua proponit nobis sponse eximiam pulchritudinem: habet autem admirationem & repetitionem adiunctam, quæ ad rem exaggerandam maximum pondus habet: deinde id, quod proposuerat, confirmat per singulas partes, & membra sponse discurrens. Exorditur autē ab oculorum pulchritudine, quos colubarum esse dicit, colorē in illis & nitore commendans similem oculis colubinis. Auspicatur vero sponse encomium ab oculis, quoniam amantes mutuo eorum, quos amant, conspectu summopere delectantur, & ex oculorum luminibus dulce ad se lumen transferunt, quo alliciuntur, capiuntur, & vruntur. Decor etiā oculorum plurimū facit ad pulchritudinem, ita vt foedis oculis nulla forma quātūvis honesta placeat: gratis autē & micatibus oculis & venustis cæterę faciei partes plurimū honestantur. Sed quoniā c. i. multa diximus de pulchritudine, tam externa, quā interna: nō pauca de oculis interni hominis, copiose de colubarū natura, moribus, fide, castitate, & synceritate: nunc pauca dicem⁹. Pulchritudo corporea, vt Platoni & Arist. placet in partium totiusq; corporis proportionem cū quadā coloris suauitate sita est: vnde vox hæc trāsferitur ad animi internam pulchritudinem significandam, quæ potissimum in dictorum, factorū, cogitationū

cum

cū recta ratione consonantia consistit. Est enim prudentia quā philosophi rerum agendarum rectā rationem definiunt, quasi lux & splendor virtutū omnium. Vnde Cicero. i. off. inquit, Formā Marce honesti tenes, quā si oculis cerneremus, vt ait Plato, mirabiles sui excitaret amores. Sed illa interni hominis pulchritudo, quæ nō ex virtutibus humana industria adquisitis, sed ex diuinis illis, quas theologi infusas appellant, proficiscitur: multo excellentior est, & mentis oculis gratior: vnde Sapiētiae. 7. dicitur de diuina Sapiētia atq; prudētia, quod est speciosior sole, & quod super omnem dispositionē stellarū luci cōparata inuenitur prior. Sed quāquā hæc & Dei oculis, & iustorum mentib⁹ vehementer placeant, illa tñ forma species & pulchritudo admirabilis est, quæ elucet in tota Ecclesia Chri spōsa, tam in illa triumphāte, quā in hac militante, & prouenit ex partium Ecclesię, & membrorū cōsensione & cōcordia cū quadam diuini luminis, & sacrorum charismatum, quasi colorum suauitate & nitore: de qua Num. 24. Balaā ex summo vertice huius nostræ Ecclesię umbrā cōspiciēs ait, Quā pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, quasi valles nemorosę, quasi cedri iuxta aquas, vt horti iuxta fluuios irrigui. Et hoc loco spōsus, quasi admirabūd⁹ ait, Quā pulchra es amica mea, quā pulchra es. Quapropter nō possum nō mirari Dei erga Ecclesiam clementiā, benignitatem, & munificentiam: imo humanitatem & morum suauitatem,

bbb 3 qua

Cicero.

Sapien. 7.

Num. 24.

Plato.
Aristot.

IN CANTICVM CANTICORVM

qua Ecclesiam ipsam ex peccati seruitute & interitu in veram libertatem & vitam asseruit, eamq; filiam suam effecit, & ad omnem equalitatem seipsum demittens sociam illam, sororem, & amicam appellat, ac tandem vt omnes diuini amoris numeros impleret (quoniam coniunctio illa animorum & corporum, quae est inter sponsum & sponsam, virum & uxorem, principem locum tenet, siue vehemenciam amoris, siue illius suauitatem spectes) voluit Christus sponsus dici & esse, & Ecclesiam charissimam sponsam & uxorem suam appellare: & quanto opere illi placeat sponsae pulchritudo, toto hoc cap. diligenter ostendit: vbi mirabiles quasdam diuini amoris flamas in singulis verbis licet percipere. Obseruandum praeterea verissime dictum fuisse ab Esa. 62. de Ecclesia, Eris corona gloriae in manu domini, & diadema regni in manu Dei tui. Nam cum sponsa sua ingenuo quodam pudore maxime latere cupit, & virtutum officia diligenter occultat: tunc Deus illius virtutes omnium oculis obijcit, & maximis laudibus prosequitur, cum Elisabeth singulari Dei beneficio noua prole grauida, per quinque menses praepudore lateret: tunc diuino spiritu afflata Virgo Deipara ad eam inuisendam festinat, & praecursorem in utero latentem sanctificat, & ipsum Baptistam inanem gloriam fugientem, dicentemq; Non sum ego Christus: sequi semper pro humilitate dei scientem apud Matth. c. II. Christo longa oratione commendat, dicens, Quem existis in desertum videre. Hinc Pau. I. ad Corin. 10. dicit, Non qui seipsum comen-

Esa. 62

Luc. 1

Mat. 11.

1. Cor. 11

COMMENTARII. CAP. III. 193

commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. & c. 3. Mihi pro minimo est, vt a vobis iudicer, sed neque me ipsum iudico: qui autem iudicat me dominus est, nihil mihi conscius sum, sed neque in hoc iustificatus sum: ita modo sponsus tacentem, & quasi latentem sponsam magnis praeconijs celebrat dicens, Quae pulchra es amica mea. *Oculi tui columbarum.* Ecclesiae oculi duo sunt, nimirum prophetae & Apostoli, qui columbini dicuntur: quoniam columba, vt diximus, in sacra scriptura, praesertim Matt. 3. symbolum est Spiritus sancti, quo illustrati prophetae & Apostoli oculorum munere fuerunt perfuncti, dicente Pau. quod Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines: & in symbolo Niceno dicitur de Spiritu sancto, Qui loquutus est per prophetas. Oculi vero dicuntur prophetae, quia in sacra scriptura videntes appellantur eo quod a longe futurum Christum prospiciebant, eumque caeteris ostendebant. Apostoli etiam aptissime oculis comparantur, quoniam caeteris fidelibus & beatitudinem ipsam, & viam qua ad ipsam tenditur, demonstrarunt. Vnde de ipsis dicitur Esa. 60. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi colubae ad fenestras suas? Dicit etiam possunt Ecclesiae Christianae oculi duo illa clarissima lumina Petrus & Paulus: nam Petrum appellat Christus Bariona, hoc est, filium colubae, & merito quoniam Spiritu sancto illustratus agnouit Christum esse filium Dei viui eiusdem cum patre substantiae, dicente Christo, Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus.

1. Cor. 3

Niceno

Esa. 60

Mat. 15

Est

IN CANTICVM CANTICORVM

Ioã. vlt. Est autē colūbæ vox amoris plena, solet enim pro cātu ingemiscere. Petrus Ioã. vlt. rogatus à Ch̄ro, an eum plus cæteris Apostolis diligeret, respōdit, Tu scis dñe. Gemebundas etiam voces edidit Pe-
Matt. 27. trus, cū post abnegationem Matt. 27. egressus fo- ras fleuit amare, & teste Clemente ipsius Petri dis-
Esa. 59 cipulo & successore tot lacrymas per totam vitam ex D. Petri oculis scaturiebant, vt illius genis sul-
psal. 54 cos impresserint. Vnde Esa. 59. de Apostolis dici- tur, quod sunt meditātes vt colūbæ. De Paulo vero
psal. 67 liquet illius mētis oculos colūbinos fuisse, iuxta il- lud psal. 54. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, vt videam quē diligit anima mea? nā raptus est vsq; ad tertium cēlū, vbi audiuit arcana verba. Hæ sunt pēnæ de quibus psal. 67. dicitur, Pennæ colūbæ de ar-
Rom. 7. gentate, & posteriora dorsi eius in palore auri. In- gemiscebat vero Paul⁹, vt ipse testatur Rom. 7. In-
Rom. 8. fēlix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: & Rom. 8. Nos ipsi primitias spiritus habe- mus, ingemiscimus, reuelationem filiorum Dei ex-
Galat. 4. pectantes. Amoris vero voces edidit, cū inquit, Fi- lioli mei quos iterū parturio, donec formetur Chri- stus in vobis. Sunt tertio oculi colūbarum in Eccle- sia, hoc est, in Romano Pōtifice Ecclesię capite vi- sibili. Nā est in illo duplex lumen, duplexq; oculus: alter dexter ad definienda fidei dogmata, quo oculo dirigitur Rom. Pont. à Spiritu sancto in cōcilijs cōuocandis, celebrandis, cōfirmandis, & fidei ora- culis cōstituendis: alter vero oculus etiā columbi-
 nus,

COMMENTARII. CAP. III 163

nus, quo dirigitur ab Spiritu sancto, quo leges cōdi- dit salutare ad publicā salutem, pacem, & trāquil- litatem reipub. Christianæ pertinētes: hi vero ocu- li tātam illi tribuunt pulchritudinē, vt propter eos cæteris omnibus Ecclesijs merito præferatur. De- niq; duo oculi Ecclesię sunt duo præcipua hominū genera, quæ Christianā Ecclesiā maxime exornāt: sinister oculus dicitur status illorum, quos actiuos appellamus: dexter vero cōtemplatiuorum status, quos expressos habemus apud Lucā. c. 10. in duab⁹
Luca. 10 illis fororibus, quarum prior, scilicet, Martha Chri- stum excepit, & circa illius obsequium satagebat: posterior vero ex Ch̄ri ore depēdens tota diuina- rum rerum cōtemplationi inhiabat. De primo oculo inquit Iob. 29. Oculus fui cæco, & pes claudo.
Iob. 29. Oculus vero dicitur ille, qui officijs misericordiæ vacat: qm̄ cōmiseratio potissimū elucet in oculis: vnde Christus Ioã. 6. cū numerosam turbā, quæ ad ipsum confluerat oculis cerneret: cōmotus est ad miserationem: & in psal. 118. Aspice in me, & misere-
Ioann. 6 re mei. 1. Ioan. 4. Qui viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua, quomodo charitas Dei manet in illo? Inde Ecclesia in Salue ait, Eia er- go aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos cōuerte. Alter oculus, dexter scilicet, est sta-
psal. 118. tus eorum, qui p̄frūtur diuinarum rerum cōtem- platione, de quo hoc capite ait, Vulnerasti me in vno oculorum tuorum. De hoc etiā oculo intelli-
1. Ioan. 4 tur illud Lucę. 10. Vnum est necessarium. Absq; eo
 quod
Luca. 10

IN CANTICVM CANTICORVM

Pagninus
Vatablus
quod intrinsecus latet. Magna est circa hæc verba diuersitas translationū: Pagninus transfert, Oculi tui columbarum sub cincinnis tuis: Vatablus & Genebrardus legunt, Sub coma capitis tui: alij legūt, Sub crine tuo. Hæc autem omnes translationes eundem retinent sensum, hoc est, oculos sponsæ, colore & nitore colūbinis esse persimiles: augeri vero ipsorū decorem cū micant & splendent sub capillis appendentibus fronti solutis & volitantibus, sub quibus oculi quasi ex insidijs & occulto in spectatores iaculātur: nā more patriæ Palestinæ foeminæ, præsertim adolescentulæ nō astringebāt capillos, sed solutos & volitantes pendere sinebant. Cæterum hæc expositio quāuis prima facie videatur acuta, nō tamen multi facienda est, maxime quia non videtur vulgari cōsonare, cui cōcinit septuaginta trāslatio, quæ legit, Absq; silentio: & Simacus, Præter taciturnitatē: in quibus verbis D. Hiero. lib. 13. cōm. in Esaiā, super illud Esa. 14. Denuda pulchritudinem tuam, denuda taciturnitatē tuam legit Simacus (ait Hieronym⁹) quod hic locus sicut ille Esa. 14. de mēbro, quod generationi deputatum est à natura, exponendus est: tacet vero nomen proprium, ne offendat pudicas aures. Sed facilis & planus sensus est, ut præter id quod intrinsecus latet, aut præter silētium significet multo plura esse & potiora, quæ de sponsa tacentur, & à sensibus remota sunt, quæ de oculorum illius pulchritudine explicātur. Vel quod ego magis credo hisce verbis significatur,

COMMENTARII. CAP. III. 194
tū, internam sponsæ pulchritudinem multo præstatiorem esse pulchritudine exteriori: neq; enim est sicut species corporea, quæ in externo tantū nitore sita est, iuxta illud Prouerb. vlt. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: & Iob, Quasi flos egreditur & conteritur: nā de interna sponsæ pulchritudine ait David psal. 44. Omnis gloria eius ab intus, siquidē in præcordijs, animiq; nostri recessu habitat Chrs dñs, illabiturq; Spiritus sanctus Ecclesiā ipsam intus multis donis exornans, & magna varietate omnium virtutum decorans: quemadmodū laudamus terram, primo vere herbis vestitam, pictā florib⁹, stirpium, fructicum, & arborum varietate fecundā, multorumq; animantium foetu cōdecoratā: sed magis miramur internam illam virtutē in terræ visceribus recōditam, herbis ipsis, arboribus, & animantibus insitam per quā perpetuo propagantur & cōseruantur. Quod si libet sensum D. Hierony. sequi (si tñ sensus ille D. Hiero. est & nō loquitur ex aliorum sententia) significatur his verbis inesse oculis sponsæ virtutem quandā occultam genitālē & prolificā. Nam Apostoli & doctores, quos iam supra oculos Ecclesiæ esse declarauimus per Euangelicā doctrinam, quæ & lumen est & semen, breuissimo tempore Apostoli Christianum populū toto orbe propagauerunt. Et quidem Euangelicā doctrinam lumē esse aperte testatur David psal. 118. Luccerna pedibus meis verbum tuum: & Esa. 60. Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum: Chrs

Prouerb.
vlt.
Iob. 14.

psal 44

psal. 118.
Esa. 60

Luc. 8. etiam Lucæ. 8. & Matt. 13. proposita parabola, Exiit
 qui seminat, ait, semē est verbū Dei. Vnde Gene.
 30. Iacob hanc diuinā populi Christiani generatio-
 nem & propagationem quasi præfigurans, decorti-
 catas virgas & variegatas superfoetandi tempore
 obiecit arietum & ouium oculis, vt fetus nō vnus
 coloris, sed diuersi nasceretur: & in baptismo Chri-
 sti, vbi sacramentum baptismi fuit institutum, quo
 Christiani nascuntur & propagantur, postquā aper-
 ti sunt coeli Spiritus sanctus super Christū descen-
 dit in columbæ specie: & vox Patris intonuit, vt de-
 clararetur tributam esse aquis virtutem, & verbis
 etiam sanctificandi, & nouam quandam creaturam
 producendi. Et quemadmodū in cōceptione Chri-
 sti pronubo angelo Spiritu sancto superueniente,
 qui in colūba significatur, & virtute altissimi obum-
 brante, Verbum caro factum est, & habitauit in no-
 bis: ita etiam ad Apostolorum prædicationē ope-
 re Spiritus sancti & diuini parentis virtute Christia-
 norum proles generatur & propagatur, quod cōfir-
 mat Chrs Lucæ. 11. vbi postquam quædā mulier di-
 xit, Beatus vter qui te portauit, & vbera quæ suxi-
 sti: respōdit Christus, Quinimo beati qui audiunt
 verbum Dei, & custodiunt illud. D. Gregori^o, Be-
 da, Anselmus, & D. Tho. hunc locum aliter intelli-
 gunt, videlicet, quod præter pulchritudinem colū-
 binam elucens in oculis sponsæ, in quibus tāquā
 in vitreis quibusdam fenestris splendet mutua be-
 neuolentia, mansuetudo, morum suauitas, sunt alię
 dotes

dotes rarissimæ, & quę paucissimis cōtingunt: sunt
 tñ singulari Dei beneficio Ecclesiæ cōcessæ, quas
 habet illa in ipso animi recessu latentes atq; recon-
 ditas, nimirum altissimā quandā cognitionē & per-
 spiciatiam rerum diuinarū: de qua ad Ephes. 1. Oro
 Deum, vt det vobis illuminatos oculos cordis ve-
 stri, vt sciatis quę sit spes vocationis vestrę, & quę
 diuitię glorię eius in sanctis: ad Colof. 3. Mortui su-
 mus, & vita nostra abscondita est cū Chro in gloria:
 1. Ioan. 3. Charissimi, nunc filij Dei sumus, nunc nō
 apparet quod erimus: scimus, quia cū apparuerit fi-
 miles ei erimus. *Capilli tui sicut greges caprarū, quę
 ascenderunt de monte Galaad.* Ab oculis spōsæ ad il-
 lius capillos cōmendandos accedit, qui foeminis
 magnum addunt decorem: id quod subindicare vi-
 detur Pau. 1. ad Corin. 11. dicens, Mulier si comā nu-
 triat, gloria est illi, quia capilli, illi p velamine dati
 sunt: & Esa. 3. petulantibus foeminis quasi insignē
 turpitudinem comminatur Deus capillorum de-
 cissionem, dicens, Eo quod filiæ Sion ambulaue-
 runt extento collo, & nutibus oculorum ibāt & ap-
 plaudabant: incedebant pedibus suis cōposito gra-
 du. Decaluabit dñs capillum filiarum Sion; & erit
 pro suauis odore, foetor: & pro crispante crine, calui-
 tium. Vnde D. Ambr. lib. 6. Examerō. c. 9. cū de hu-
 mani corporis pulchritudine eleganter differeret,
 postquā de oculis multa dixerat, de capillis loquēs
 ait, Quā reuerenda cęsaries in senibus, quā venerā-
 da in sacerdotib^o, quā dulcis in pueris, quā specio-

Nota.

Ephes. 1.

Colof. 3.

1. Ioan. 3.

1. Cor. 11.

Ea. 3.

Ambrosi^o

sa in adolescentibus, quã compta & necessaria in mulieribus: nã quẽadmodum tota arboris pulchritudo in coma est: sic capilli fœminam maxime honestant. Vnde quidam, Turpe pecus mutilũ, turpis sine gramine campus, & sine fronde frutex, & sine crine caput: neq; te faciem, neq; te pigeat laudare capillos. Apuleius sui asini aurei lib. 7. inquit, Neq; ipsa Venus omnium fœminarũ pulcherrima ipsi suo Vulcano placere posset, si calua esset. Sed esto fateamur capillos magni momenti esse ad fœmineũ decorem: tñ videtur hæc similitudo allata ab sponso rudis esse. Quid enim cõgruẽtiã habere possũt greges caprarum cũ pulchris capillis? sed dices cõparari capillos spõsæ pilis caprarum. Sed neq; hoc videtur satisfacere, sed potius cedere in magnã vituperationẽ capillorum spõsæ: nam capillos, vt decori censeantur, oportet esse aut flauos & aurea fila imitantes, aut nigerrimos, ita vt præ nigredine nitescant, prolixi etiam, decenter cõpositi, tenues, & molles: quæ omnia in pilis caprarum minime reperiuntur. Quibus de causis Athanasius, Gregori^o Nissen^o, & Theodoret^o nõ multum solliciti de conuenientia huius similitudinis cũ capillorũ pulchritudine, hanc metaphoram ad Ecclesiæ & iusti hominis virtutes referendam esse censuerunt. Recẽtiores quidã interpretes, quãuis cõcedant carmen hoc intelligendum esse de Ecclesiæ & hominis iusti virtutibus, conantur hanc & alias similitudines præsentis capite adductas ostendere cum corporea pulchri

pulchritudine maxime quadrare, quod vt exponãt, notant montem Galaaditicum aptum esse pascuis, vberimumq; atq; ita forte fuisse delectum à Gaditis & Rubenitis, qui pascendis ouibus & gregibus operam dabant. Erat autem totus mons arboribus plenus, quæ resinã distillabant, quarũ arborũ atritu & colisione caprę veteres pilos relinquebant, nouisq; enatis & resina ipsa expolitis: & quasi pexis miro modo nitebant, ita vt aptissime capilli spõsæ cõparentur gregibus harum caprarum. Sed cõpertissimum esse debet præsentī carmine Ecclesię Catholicę pulchritudinẽ à capillis cõmendari. Quãobrem operepretiũ erit exponere, quid sancti patres per Ecclesiæ capillos intellexerint. Caput Ecclesiæ, teste Paulo, Christus est, Christi vero capilli sacrorum est coetus, quibus quasi veneranda cęsarie Christus decoratur, vt testatur Hieron. super Dani. c. 7. & D. August. lib. de diuina natura tom. 4. *D.aniel. 7.* Ecclesia enim quando fidelium multitudine abundat, quasi capillitio quodam pulcherrimo cohonestatur. Capilli vero vt formam & pulchritudinẽ augeant in fœmina, debent esse aut flauescens & aurea fila imitantes, aut nigredine insignes, ita vt nitescant, prolixi, & lōgi, tenues, & molles, qui quantum capiti adherescant, si tōdeantur, nullo tanguntur dolore, nisi quando euelluntur: tũc enim dolẽt. Quæ omnes proprietates si reperiantur in cõuentu hominum iustorum Ecclesiam mirum in modũ exornant: nam si viri iusti charitate & misericordia flauescant,

flauescant, nigrescantq; poenitentia, augent pluri-
 mum Ecclesiæ pulchritudinē: crescit præterea de-
 cor, si tenues sint per carnis macerationē, per abdi-
 cationem diuitiarum, per cibi & potus abstinentiā:
 longi vero & prolixi fiunt hi spiritales capilli per
 longanimitatem & spem futurę felicitatis: densi &
 multi fiunt per propagationem & incrementū spiri-
 tuale. Vnde prudenter satis postquā spōsus cōmen-
 dauit in oculis sponsæ vim illā genitalem & proli-
 cam, per quā Christianam gentem toto terrarū or-
 be propagauit: mox de capillis loquitur, qui popu-
 lum Christianum significant tam numerosum: mol-
 les vero redduntur per māsuetudinem, morū suaui-
 tatem, & animi cōdolētiam erga miseras proximo-
 rum. Quod vero magnopere cōmendandum vide-
 tur in sponsæ capillitio illud est, quod multitudo
 sanctorum omnium quando tōdebatur per tyran-
 nos & carnifices, quasi sine sensu existerēt, nihil do-
 lebāt, sed potius exultabāt, dicēte Pau. ad Rom. 5.
 Exultamus in tribulationib⁹. Id tñ egre sustinebant
 iusti, vt à Ch̄ro capite, cui per fidem & spē & cha-
 ritem inherēt, diuellerentur. Quod si (vt anti-
 qua illa historia regū Israel 2. Reg. 24. enarrat) Ab-
 salon sui tēporis mortalium pulcherrim⁹ frequēter
 tondebat capitis sui cesariem, quę propter insignē
 capillorum decorē ducentorum siclorū pretio esti-
 mabatur: quanto magis hui⁹ sacrosancti capitis ce-
 saries, quę in principio nascētis Ecclesię, & postea
 temporum successu frequenter per tyrannos & Ec-
 clesię

2. R. 24

clesię hostes tondebatur: multo maioris pretij esti-
 manda est, vt cæteri Christiani his capillis exornē-
 tur, nec solum imitentur eorum exempla, vitā & mo-
 res: sed etiam horum capillorum pretium in Ecce-
 się ærario recōditum, Christicolis cōducit ad hoc,
 vt pro peccatis satisfaciant: & Rom. Pont. dispen-
 sante indulgentias, magnam sibi pulchritudinē cō-
 parent. Bene autem hi capilli cōparantur gregibus
 caprarum, quę in montibus Galaad pascūtur, & per
 verticum abrupta ascendūt. Nam sicut numero si il-
 li caprarum greges per mōtis fastigia incedentes,
 montis ipsius verticem exornabant, si mulq; herbo-
 sis locis & vberimis pascuis nutriebātur, pingues-
 cebant & nitabant: sic etiam Christianorum coro-
 na & numerosa multitudo Ecclesię caput exornat,
 in cuius montibus & opimis pascuis nutritur, sagi-
 natur, pinguescit, & nitet. Secūda expositio, quę fe-
 re est sanctorum omnium antiquorum interpretū,
 vt per capillos cogitationes intelligantur. Apte ve-
 ro cogitationes capillis cōparantur, quia quemad-
 modū capilli à capite oriuntur, ita cogitationes à
 ratione originem trahunt, quę totius interni homi-
 nis est quasi caput: vnde Ch̄s Matth. 15. de corde
 exeunt cogitationes, hoc est, ex ratione cōplectēte
 intellectum & voluntatem, has vero cogitationes
 tunc cōmendat sponsus, quādo capillorū instar, &
 optimo sunt colore, & recto ordine dispositę, nimi-
 rum si ea cogitemus, quę ad Dei & proximi amorē
 pertinent, vel ad satisfaciendū pro peccatis præte-
 ritis

Matth. 15.

IN CANTICVM CANTICORVM

ritis: et si cogitationes nō cōfusas, & quasi inter se se implicitas, sed ad rationis regulam dispositas esse studeamus. Nā de prioribus cogitationibus varijs & vagis, & quæ à rebus sensibilibus originem trahunt dicitur Sapiētię. i. Spiritus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quę sunt sine intellectu. Nā quęadmodū incultus ager aut debita cultura destitutus solū spinas, & tribulos germinat: cultus vero diligēter, fruges vberes p̄ducit, ita mēs nra si virtutū diligentē culturā adhibeas, optimis exuberat cogitationib⁹, sin vero negligas, non nisi superuacaneis, obscenis & turpib⁹, de quibus etiā Sap. 9. Cogitationes mortalium timide, & incertę prouidentię nostrę: corpus enim quod cor rūpitur aggrauat animā. Bene autē, postquam de oculorum pulchritudine dixit sp̄s⁹, de capillis loquitur, quoniā qui intentionē animi in Deum dirigit, oportet quod cogitationib⁹ suis p̄scribat modum, p̄sertim illis hoc est necessariū, qui iam in secundo gradu cōstituti aspirant ad fastigiū virtutis. Vnde cap. i. vbi de incipientibus erat sermo ita laudat oculos sponsę, vt de capillis nulla fiat mentio, quoniā quanquā incipiētibus intētio recta sit, & volūtas efficax feruandi mādata, & peccata vitā di: adhuc tñ in illis supersunt antiqua quędā peccatorum vestigia & simulacra, cogitationesq; tumultuantes: quia nondū illā animi tranquillitatē est cōsecuta. Cū vero purgatis affectib⁹ & abstersis illis antiquis peccatorū simulacris animus noster pacē

Sapien. 1.

Sapien. 9.

obtinēt

COMMENTARII. CAP. III 198

obtinēt & serenitatem: tunc anim⁹ noster optimis ornatur capillis, de quib⁹ Pau. i. ad Corin. 13. Cū essem paruulus, &c. Cū autem factus sum vir, &c. cernito virū in cogitādo descriptum ad Colos. 3. Si cōsurrexistis cum Christo quæ sursum sunt sapite, quæ sursum sunt quærite, non quæ super terrā. *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis foetibus, & sterilis nō est inter illas.* Dentes cōmendat sponsus sponsę suę. Vt vero dentes spectabiles sint & pulchri, primo, oportet sint candidi, nudi, mundi, equales, ne alter plus altero extet, aut promineat: crebri & minuti, & qua parte gingiuis inseruntur, nequid appareat vacuum. Has dotes & proprietates sponsus explicat elegāti similitudine, quæ quāuis à re pecuaria sit: est tñ appositissima: cōparat enim dentes sp̄sę suę gregibus ouiu, quæ sunt de nouo attonsa & lota, omnesq; aut foetæ sunt, aut foetus ipsos & agniculos secū ducūt: hi nāq; greges cādidarum ouium, quando coniunctim incedunt, vidētur à lōge prospecti, quasi corpus vnum album, in quibus elucet prima dentium p̄stātia, scilicet, quod sint cādidi: & secūda, quod sint mundi: & tertia, quod sint æquales: & quarta, quod nihil in illis appareat hiulcum & vacuū, quoniam aut foetę sunt, aut foetus suos secum deferūt. Sed antequā de Ecclesię Christianę dentibus differamus, oportet dicamus de dentium natura, ipso rūq; vsu & fine, ad quem sunt à natura destinati. Et quidem dentes, vt de cæteris animantium partib⁹

1. Cor. 13.

Colos. 3.

ddd 2 fileam

flem, homini contulit Deus, vt cibos mādat: mā
 dantur vero si prius diuidantur, deinde cōterātur,
 tertio lingua & saliuā madefacti in stomachū traji-
 ciuntur, vt tibi cocti in succum, sanguinem & substā
 tiam hominis cōuertantur. Inde q̄; Deus prouiden-
 tissimus quatuor dentes præstitit acutos ad cibos
 diuidendos & secandos: molares vero illis conte-
 rendis dicati planiores sunt & duriores. Dētes præ-
 terea, vt Galeno placet, habent vim sentiendi, per-
 cipiunt enim calidum & frigidū, residetq̄; hæc sen-
 sibilitas in neruo illo, qui dentium radicibus est ad-
 iunctus: quāuis Auicena putat intra ipsorum den-
 tium substantiam esse aliquid intimū, quod sit eis
 principium sentiendi. Postremo notatur ex Arist.
 quod dentes crebri & minuti, sunt indices vitæ lō-
 gioris: dētes vero lati & magni maxime si rari sūt,
 sunt breuioris vitæ signum. Candor præterea in
 dentibus indicat in stomacho esse vim & calorem
 potentioŕem ad digerendum. His suppositis expo-
 nam^o oportet, qui sunt qui in Ecclesia Christiana
 dentium munere perfunguntur. Sed prius non est
 silendum, quod dētes in arcanis literis nō semper
 in bonam partem accipiuntur, sed sæpe in sinistra,
 nempe accipiuntur pro tyrannis & hominibus sæ-
 uis, qui alienum sanguinem sitiunt, & pauperes, in-
 nocentes, & imbecilles omni studio deuorare con-
 tendunt: de quibus Iob. 29. Oculis, inquit, fui cę-
 co, pes claudus, conterebam molas iniqui, & de dē-
 tibus eorum aufereram prædā: nam c. 41. vbi de-
 pingitur

Iob. 29.

Iob. 41.

pingitur Behemoth dicitur, Quis intrabit in por-
 tas vultus eius? per gyrum dentium eius formido:
 & Prouer. 30. generatio, quę pro dentibus gladios
 habet, vt comedat inopem de terra, & pauperē ex
 hominibus: & Dani. 7. quarta bestia omnium for-
 tissima & ferocissima dicitur habere dentes fer-
 reos, quos infigebat & acuebat in sanctos Dei: &
 psal. 56. Dentes eorum arma & sagittę: & psal. 57.
 Deus cōteret dētes eorū in ore ipsorū. Sed sæpius
 in sacris literis dentes in bonā partem accipiūtur
 pro ministris sacrę doctrinę, quę ad bene viuendū
 est necessaria, dicente Ch̄o Matt. 4. Nō in solo pa-
 ne viuit homo: & Tren. 4. Paruuli petierunt panē,
 & nō erat qui frāgeret eis: vnde 2. ad Thim. 2. quod
 vulgatus interpret legit, Exhibe te ipsum operariū
 recte tractantē verbū Dei: Gręci legunt, Recte di-
 uidentem verbum Dei. Et quod cōterant cibū spi-
 ritualem cōstat ex illo Treno. 4. Et non erat qui frā-
 geret eis. Et quod ministerio doctorū cibus inŕa-
 tur in os incipientium, testatur Pau. ad Thesa. 2. Fa-
 cti sumus in medio vestri tanquā paruuli, & si cut si
 nutrix foueat filium suum. Sūt ergo Ecclesię Chri-
 stianę dentes, doctores & cōcionatores. Ad deco-
 rē autē horū dentiū, primū, necessarius est candor,
 hoc est, castitas, pudicitia, inuiolata carnis cādor:
 hunc cādorem à longe præŕentiens Iacob. 49. de
 Mesię oculis & dentibus ita loquitur, Pulchriores
 oculi eius vino, & dentes eius lacte cādidiore: &
 Tren. 4. de Nazareis, qui præfigurabant doctores

Prouerb.
30

Dani. 7

psal. 56.
psal. 57Matt. 4.
Tren. 4
2. Thi. 2

2. Thes. 2.

Cādor dē-
tibus Ec-
clesiæ ne-
cessarius.

Iacob. 49

Tren. 4.

Ecclesiæ, ait, Candidiores Nazarei eius niue, niti-
 diores lacte: quod clare dicitur Iacobi. 3. Quæ de-
 sursum est sapientia, primū quidē pudica, deinde
 pacifica. Vnde vt Deus hoc doceret Exo. 28. inter
 cætera ornamenta summi sacerdotis primū locum
 tribuit subuculæ lineæ cādidissimæ: imo nō solum
 sumo sacerdoti, sed illius filijs iubet Deus vt astrin-
 gant renes vsq; ad femora lineis feminalibus: siue
 cū altario ministrāt: siue cū ingrediūtur tabernacu-
 lū: quā legem tam inuiolabilem voluit esse De^o, vt
 capitalis pœna transgressorib⁹ esset imposita: huic
 adiungitur mūdities & puritas, sine qua cādor con-
 seruari nō potest: si enim sordibus obducti sint dē-
 tes, cādidi esse nō possunt, mundities quoq; neces-
 saria est, vt nō putrescāt, & ne fœtore ceteros offē-
 dant: quod vero in doctore & cōcionatore puritas
 maxime necessaria sit, testatur Deus Leuit. 20. San-
 cti estote, quoniā ego sanctus sum: sed clarius Esa.
 52. loquens de illo tempore, quo Chrs destinauit
 Apostolos vt toto orbe euāgeliū seminarēt, ait, Re-
 ceditate, receditate, exite de medio ei⁹: pollutū nolite
 tāgere, mūdāmini qui fertis vasa dñi dētes si cōta-
 minati sint facile putrescēt, minuētur, & cadēt etiā
 fœtore suo: his quib⁹ cū loquuntur sunt moiești, iux-
 ta illud psal. 49. peccatori dixit Deus, Quare tu e-
 narras iustitias meas, & assumis testamentū meum
 per os tuum: & Matt. 6. Hypocrita eijce primū tra-
 bē de oculo tuo. Nā de diuina sapiētia, Sapiētiæ. 8.
 dicitur, quod est cādor lucis æternæ: & Pau. de Chri-

Iacob. 3

Exo. 28

Dētes s^o
 se a sordi-
 bus puri-
 sint.

Leui. 20.
 Esai. 52.

Putrescūt
 & graues
 lentis of-
 fendūt dē-
 tes sordidi
 psal. 49

Matt. 6

Sapien. 8.
 Heb. 1.

sto ad Heb. 1. dicit, quod est splendor gloriæ, & figu-
 ra seu character substantiæ patris portansq; omnia
 verbo virtutis suæ purgationem filiorū peccatorū
 faciens. Cū ergo munus doctoris & cōcionatoris
 sit cæteros à labe purgare, præposterum est quod
 sit sordidus. Tertio exigitur equalitas dentiū in do-
 ctoribus & prædicatoribus: æqualitas in tribus re-
 bus præcipue sita est, primo vt vnus dens altero nō
 sit maior, neq; ad labia vnus altero magis pronu-
 neat, vel ad linguam magis propendeat, sed omnes
 intra suam lineam & ordinem cōsistant. Hæc in do-
 ctore & cōcionatore Euāgelico in primis sunt ob-
 seruāda: primum, ne velit aliquid cōtra cōmunem
 antiquorum patrum sensum, & cōmunem conspira-
 tionem docere: illud enim magnopere in antiquis
 doctoribus veneramur, quod cū essent inter se tā-
 to locorum & prouintiarum tractu distincti: tamen
 in his, quæ ad fidem, religionem, & mores Ecclesiæ
 pertinēt, quasi vno ore sunt locuti, atq; ita in omni-
 bus his cōueniebant & cōcordabant, atq; si de eo-
 dem sensu ac sententia longo tempore cōsultāssēt.
 Et quidem de his, qui ceteros in expositione Scri-
 pturarum, vel in traditione Euāgelicæ doctrinæ an-
 tecellere conantur, ait Pau. ad Rom. 11. Noli altum
 sapere, sed time: & c. 12. Eis autem, ait, qui sunt in-
 ter vos dico, non plus sapere quā oportet sapere:
 & statim, Nō alta sapientes: & Iacobi. 3. de diuina
 sapientia dicitur, quod sit pudica, pacifica, bonis
 consentiens. Exigitur etiam à doctore & cōciona-
 tore,

Aequali-
 tas in den-
 tibus qua
 lis sit.

Nota.

Rom. 11
 Rom. 12.

Iacobi. 3

toꝛe, ne dētes eius ad labia vnus altero magis pro-
 pendeat, id est, ne ad secularia & profana negotia
 diffundantur. 2. ad Thim. 2. Nemo militās Deo im-
 plicat se negotijs secularibus: Acto. 6. Nō est equū
 nos relinquere verbum Dei, & administrare men-
 sis. Quod vero nec debeant dentes ad interna pro-
 pendere, testatur Ch̄s Matt. 5. Nemo accendit lu-
 cernā, & in abscondito ponit, neq; sub modio. Præ-
 terea necessariū est, quod dētes sibi inuicem adhæ-
 reant, sintq; bene cōpacti, ne reliquię cibi dētibus
 hæreant, sed cibi illa digestio prima plene cōficia-
 tur: videas enim quosdā, qui facile præcipiunt, & si
 bi persuadent diuitias esse cōtemnēdas: qui tñ sen-
 sibilibus voluptatibus quasi vilia quædā mācipia
 inseruiunt, & honores, dignitates, & magistrat⁹ o-
 mni studio ambiunt, qui quasi dentes sunt rari, & si
 bi nō apte coherentes. Habent præterea Euāgelij
 ministri vim quandā diuinā sentiendi & percipien-
 di ea, quæ cōducant ad vitam supercēlestem agen-
 dam, dicente Pau. ad Rom. 8. Qui secundum carnē
 viuunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui vero secundū
 spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt: & 1. ad Co-
 rin. 2. Quæ Dei sunt, nemo nouit nisi spiritus dñi.
 Spiritus omnia scrutatur etiā profūda Dei, nos au-
 tem nō spiritum huius mūdi accepimus, sed spiri-
 tum qui ex Deo est: vt sciamus quæ à Deo donata
 sunt nobis. Dentes, vt ex Arist. diximus, si crebri
 sint & bene cōpacti, lōgioris vitæ indices sunt: At
 in Christiana repub. si crebri sint & plures docto-
 res

2. Thim. 2.
Acto. 6

Matth. 5.

Oportet dē-
tes esse be-
ne compa-
ctos.

Sensus in
dentibus.

Rom. 8

1. Cor. 2.

Crebri dē-
tes quid in-
dicent.

res & concionatores populi Christiani, salutis con-
 sulentes reipub. tranquillitas, & vita incolumis cō-
 seruatur, quod Sapiens ille Sirac Sapiētię. 6. docet
 multitudo sapientiū sanitas est orbis terrarū: & vt
 dentes rari maleq; cōpacti vitā breuiorem præsa-
 giunt: sic etiā doctorum & cōcionatorū raritas ma-
 gnum affert reipub. Christianæ detrimentū, Esa. 5.
 Cithara & lyra, tympanū, & tibia, & vinū in conui-
 uijs vestris, & opera dñi nō respicitis, & opera ma-
 num eius non cōsideratis: propterea captiuus dñi
 factus est populus meus, quia nō habuit scientiam, &
 nobiles eius perierūt fame, & pauperes eius arue-
 runt in siti. Et quemadmodū iuxta id quod iam di-
 ximus, dentiū candor & puritas bene valētis sto-
 maci & potentioris caloris ad digerendum indicatū
 est: ita etiā in populo Christiano, cuius ministri ca-
 sti sunt & puri, polliceri nobis possumus, quod illi
 cibos spirituales auidiissime sumant, sumptos vero
 digerant, & in succum, sanguinem & substantiā con-
 uertant. *Sicut greges tonsarum.* Non vacat mysterio
 quod Ecclesię magistri, ouium gregib⁹ cōparētur:
 oportet nāq; illos imitari ouium innocentiam, man-
 suetudinē, prōptitudinē, in obediendo singularē
 patientiā: neq; enim cornu petūt, neq; calee feriūt
 nec dētibus mordēt, sed vt de martyrib⁹ canitur, Ce-
 dātur gladijs more bidentiū, non mūrmur resonat,
 nō querimonia. Vnde Ch̄s Mat. 10. præcipuis illis
 Ecclesię ministris, dixit, Ecce ego mitto vos sicut
 oues in medio luporū. Tonsis vero ouibus similes
 esse

Sapient. 6.

Esa. 5.

Mat. 10

esse

esse

esse debent per voluntariam paupertatē & rerū humanarum cōtemptum: imo se totos cōmodis populi Chřiani consecratos esse: quemadmodum oues hominibus prębent lac & lacticia tā varia, agnos quoq; lanā qua vestiuntur, pelles quoq; ad calceamenta cōficienda, ac tandē carnes suas, quibus vescantur: vnde Pau. 2. ad Corin. 12. Ego, ait, libenter impendar & superimpēdar pro animabus vestris, licet ipse plus diligēs minus diligar: & 1. ad Thef. 2. Ego libenter cōferam vobis, nō solum Euangeliū, sed & viscera mea, quod Petrus Matt. 19. significās dixit, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Talis erat Baptista, qui hoc munere perfunctorus se nudus pilis camelorum vestiebatur: & ille de quib⁹ Pau. ad Heb. 11. Qui per fidem vicerūt regna, circuierunt in mello tis & in pellibus caprinis. Et merito sane nā cū doctores Ecclesiastici sententiā sint laturi in vita pręsenti aduersus carnem & demonem & mundū, opere pretium est, vt ab illis nullū munus accipiāt, quoniam munera excecāt homines: vnde Pau. 1. ad Corin. 6. dicebat, Nōne mundum iudicabimus? nōne & angelos ipsos iudicabimus? *Quæ ascenderūt de lauacro.* Cōparat ministros hos, ouibus non solum attonsis, sed etiam lotis. Quidā, Hebræorum Rabbiorum sequuti cōmētarios, aiunt hic cōparari magistros Ecclesię vel Synagoge, nō quibuscūq; sed selectissimis ouibus, quę sub cura diligētis pastoris in vberibus pascuis pascebantur & lauabātur frequen-

frequenter, vt eorum lana esset mūdissima, quæ vtēbantur in ministerio circūcisionis. Nam doctores & cōcionatores sub Chřo pastore diligentissimo cōstituti, per montes sanctarum scripturarū nutriti frequentiq; sacramentorum lauacro vtentes, oues sunt selectissimæ, quorum vita quasi lana mūdissima Christus in ministerio circūcisionis, hoc est, ad superflua amputanda vtatur: Vel forte planior sensus est, vt ex re pastorica similitudo dūcatur: oues enim, vt docet Columela lib. 6. de re rustica. c. 4. primo vere tondendæ sunt, deinde succo decocti lupini & vini veteris & amurca in æquali mēsurā cōmixtis inungendæ sunt circa tēgora: quarta vero die si mari vicinę sunt, ad litus adducendæ, & in maris aquis abluendæ sunt: sin autē aqua pluuiali sub dio salibus durata sunt abluendæ: quibus medicamētis omnis scabrities ab ouibus profligatur. Quod ergo oportet nostros ministros non solum attonfos esse, id est, pauperes spiritu, sed etiā primū dent operam, vt Spiritus sancti oleo inungantur & afflatu misericordię mollescant: hoc succo, hac amurca, hoc vino inuncti omnem scabritiem peccatorum facile vitabunt, maxime si lauentur nō marinis aquis aut pluuiialibus, sed lacrymis, quas effundant propter propria peccata & aliorum etiā. Ex his frequentioribus lauacris digne ascendet cōcionator noster in pulpitem, & doctor in cathedrā, facileq; consequetur id quod de ouibus attonsis & lotis dicitur, quod omnes sint gemellis fetibus, & ste-

Columela

rilis non fit inter illas. Nam Paul. ut illum in exem-
 plum adducamus, postquã rebus terrenis renuncia-
 uit, & lacrymarum fluenta pro salute peccatorũ ef-
 fudit, non solum foetus gemellos, sed uumerosissi-
 mos Ch̃ro genuit, & toto terrarum orbe educavit.
 Dicitur autẽ gemellos foetus esse in his ministris,
 quoniã in illis oratio morib⁹ cõsonat, & doctrina
 consentit eũ vitã, vel potius, quoniã in Ch̃riano po-
 pulo dant operam strenuam, vt inueniantur nõ solũ
 virtutes humanã, nõstra industria adquiretẽ, sed e-
 tiam diuinã & infusã. Vel etiam quoniam ipsorũ
 studio fit, vt populus Deum diligat & proximum:
 & præterea in repub. Christiana inueniãtur, & qui
 vitã actiuã opificijs deseruiant, & qui contẽplati-
 uã incũbant. Et quod sæpenumero cogitare soleo:
 hi gemelli foetus & multiplices non solum contin-
 gunt his, qui propter sapiẽtiam facundiamq; à po-
 pulo suspiciuntur, & foecundissimi existimãtur, sed
 etiam illis, quos homines steriles & inutiles esse pu-
 tant: vnde sanctissimus ille Franciscus de imperi-
 tis fratribus, & ad docendum atq; cõcionandũ ine-
 ptis adducere solebat illud. 1. Reg. 2. Donec steri-
 lis peperit plurimos, & quã multos habebat filios
 infirmata est. *Labia tua sicut vitta coccinea, & eloquiũ
 tuum dulce.* Postquã de oculis, capillis, & dẽtibus
 sponsã suã spõsus egit, labia cõmendat, & eloquiũ
 prædicat, quã ad decorem foemineum multum cõ-
 ducunt, nam color purpureus in labijs pulchritudi-
 nem auget, ita vt coralina labia soleant poẽtã lau-
 dare:

dare: vox præterea si rusticana fit & agrestis, pluri-
 mum detrahit foemineę pulchritudini. Labia inter
 hominis membra nõ locum infimum tenent, nã vt
 de cõteris animantibus fileam, quibus dãtur labia
 pro ipsorum natura, quibusdã longiora, duriora, &
 crassa: vt asino, cui cibus est carduus spinosus, dan-
 tur labia duriora. Vnde extat prouerbium, Similes
 habent labra laetucas: homini tñ Deus prouidẽtis-
 simus contulit labia carnosã & mollia, quã dentes
 contegerent & linguẽ animẽ interpreti non solum
 pro vallo & antemurali deseruirent, sed etiam suã
 operam præstarẽt ad voces formãdas, articulãdas
 & miris modis distinguendas: suntq; duo labia, vt
 mutuam sibi opem ferant. Inde vero facile cõstat,
 quid sponsus per sponsẽ labia voluerit significare.
 Explicat enim illos, qui in Christiana Ecclesia di-
 uini verbi funguntur ministerio: vnde plerunq; in
 sacra scriptura pro ipso sermone & idiomate su-
 muntur labia: Genes. 10. dicitur, quod erat terra la-
 bij vnus, hoc est, vnus idiomatis & linguẽ: & c. 11.
 Cõfundamus labium eorum, hoc est, efficiam⁹, vt
 non sit idem eorum idioma: vt se inuicẽ non intelli-
 gãt: & psal. 13. Venenum aspidum sub labijs eorum,
 id est, sub sermone: & Esa. 6. dolet propheta, quod
 sit pollutus labijs, & quod cõuerteretur cum homini-
 bus polluta labia habentibus, hoc est, qui diuinas
 laudes non celebrabãt: sed potius blasphemijs in-
 tendebant: & Sophoniẽ. 3. appellatur popul⁹ electi
 labij, qui diuinas laudes prædicat, & illi⁹ implorat

Genes. 10
 Genes. 11

psal. 13
 Esa. 6

Sopho. 3

IN CANTICVM CANTICORVM

Job. 28
psal. 16
Esa. 29.

Exo. 4

Galat. 5.

1 Cor. 1

auxilium: Iob. 28: quod invulgata legitur, Vir multorum verborum, in Hebræo legitur, Vir labiorum multorum: tandē psal. 16. & Esa. 29. Labia docti dicuntur illi homines, qui aliud ore pronūciant, aliud corde tenent: & psal. 17. reprehēduntur homines insolētes, qui sibi arrogātes sciētīā, dicūt, Lingūā nostrā magnificabimus, labia nra a nobis sunt: & Moyses Exo. 4. appellat seipsum hominē incircūcisi labij, hoc est, minus disertum & eloquentē ac dicendi facundia destitutū. Ex quib⁹ omnibus liquet, qui sint in Ecclesia, qui labiorū funguntur mūnere, ita vt iure optimo labia censeantur: sunt enim illi, quib⁹ ex officio incūbit, arcanas cęlestis Ecclesię cogitationes vocib⁹ articulatis & distinctis populo Chřiano enunciare & exponere: in his vero præterquā quod exigitur vt distorta nō sint, crassa, prominētia, dura, & inter sese separata, sed mollia, carnea, recta, & mediocriter tenuia: colore autem sint nō luteo aut nigro, vel albicāti colore, sed pureo: & vt iam dixim⁹, coralino, quē colorē exprimit spōsus per vittā coccineā. Nam illi sunt digni sermonis diuini ministri, qui semper in labijs gerūt Chřm crucifixum, illiusq; cruorē in cruce effusum, vt Pau. ad Galat. 5. qui de se aiebat, Mihi autē absit gloriari nisi in cruce dñi nři Iesu Chři: & 1. ad Corin. 1. Nos prædicam⁹ Chřm crucifixum: & iterum, Nō iudico me inter vos scire aliquid, nisi Chřm; & hunc crucifixum: & quemadmodū, authore Plinio, coccineus color regię dignitatis symbolū est:

ita

COMMENTARII. CAP. III. 124

ita etiā hæc crucis prædicatio est indicij nra glorię & dignitatis, quæ tota in Chřo constituta est, a quo vno, gratiā, virtutes, ipsamq; gloriā medicam⁹. Labia etiā rubore tincta habere dicuntur illi, qui verbis & doctrina testātur sese habere ad martyriū paratum animum, vt Cyprianus ille, cuius scripta martyrium spirabāt: & Paul. ad Rom. 8. Quis nos separabit a charitate Chři? Vel quod ego magis credo, coccinea labia illi censentur habere, in quorū labijs effulget amor diuin⁹ Dei & proximi, qui representatur per coccū bis tinctum. Nā quēadmodum Virgilius quādo inducit suā venerē loquentē ait, quod ore roseo loquebatur: ita noster doctor & cōcionator nihil aliud, nisi Dei amorē debet spirare. Vnde Act. 2. apparere super ora Apostolorū dicitur pertitæ lingue tanquā ignis: & Eccl. 48. de Helia dicitur, quod verba illi⁹ ardebant vt facule: & psal. 118. Ignitum eloquium tuum: & Matt. 13. dicitur de his ministris, Iusti fulgebunt sicut sol, & sicut scintille in arūdineto discurrent. De hoc igne aiebat Chřs Lucę. 11. Ignem veni mittere in terrā. Quando hic ignis in labijs cōcionatorum voluitur; & ex illorū ore profluit: tunc summæ velocitate auditorum corda inflammat, flectit voluntates, & in Chřm transformat. Comparat vero hæc labia vittæ coccineę, quoniā ad diuini verbi ministros pertinet populū Chřianum, qui per capillos significatur, astringere & à vitijs & voluptatib⁹ coercere, atq; in vnitatem redigere, id quod Pau. docet ad Ephes. 4. Alios de

Rom. 8

Acto 2

Eccle. 48
psal. 118.

Matt. 13.
Sapien. 13.

Lucę. 11.

Ephes. 4.

1011

dit

† IN CANTICVM CANTICORVM

dit pastores & doctores in edificationem corporis Christi, vt nō simus sicut paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ & cogitationes, quæ etiã per capillos representantur, hæc coccinea vitta sunt restringendæ, & in ordinem redigendæ. Sūt vero duo labia, quæ tñ vni vittæ comparantur, quorum alterum superius est, aliud vero inferius: quoniam inter Apostolos & Christū, inter episcopū & inferiores ministros debet esse magna cōsensio & vnitas, vt re vera vni vittæ coccineæ & vni funiculo dicantur assimilari. Hæc vero duo labia non debent esse aperta semper, & inter se separata, sed vt plurimum debent esse cōpressa atq; coniuncta, vt nō quidquid in buccā venerit, effundāt, sed magno iudicio verba loquantur, iuxta præceptum Christi

Matth. 7

Iob. 26.

psal. 140

Gregori⁹
Nissenus.
Theodore
tus

Iosue. 2

Mat. 7. Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas ante porcos: & Iob. 26. Ligat aquas in nubibus, ne fluant pariter deorsum: & iterum, Qui posuit ventis pondus, & aquas appendit in mensura: vnde psal. 140. Pone dn̄e custodiam ori meo, & ostium circumstatiæ labijs meis. Gregori⁹ Nisse. & Theodoret⁹ id quod dicitur, Sicut vitta coccinea, ipsi iuxta septuaginta legunt, Sicut funiculus coccineus: & Hebræi, Sicut filum coccineum: dicuntq; sponsum in his verbis alludere ad factū Raab meretricis, Iosue. 2. quæ hospitio excepit exploratores, eosq; operuit stipulis lineis, ne traditi habitatoribus Ierico occiderentur. Ingrediente vero Hebræorum exercitu in ciuitatem, & totum populum

truci-

COMMENTARII. CAP. III. 205

truci dante: ipsa appēdit funiculum coccineū ex fenestra, vt à morte liberaretur, & populo Dei adaptaretur. Ille ergo, qui exploratores Chr̄i, hoc est, doctores & cōcionatores excipit, sanctasq; inspirationes corde concipit & conseruat, stipulis lineis, hoc est, operibus pœnitentiæ diligenter custodit: tū tandem salutem consequetur ipse, si Christum crucifixum ex fenestra quasi funiculū appēdat, nā per Christi cōfessionem, & crucis ipsius liberamur à peccati morte, & Christiano populo deputamur. *Et eloquium tuum dulce.* Laudat etiã sp̄s, sponsæ suæ vocē, quod iocūda sit & cōcinna, hæc autē cōcinnitas nō est sita in ornatu orationis & verborū elegantia, sed in gestus, oris, tonorū, spiritus, & vocis quadā moderatione & cōcinnitate: esse autem diuini verbi ministros, Dei voces testatur Esa. 40. *E/a. 40*

Vox clamātis in deserto: & Ioannes Baptista, rogatus quis esset, respondit, Ego vox. Hanc vocē, quā iam diximus, labia articulata & distincta efficiunt, ita vt bene intelligatur. Hæc vero articulatio à nobis dicitur pronūciatio, cui Demosthenes primas, secundas, & tertias partes detulit. Vt vero hæc pronūciatio recta sit, debet esse emendata, dilucida, apta, ita vt vox non sit agrestis, aspera, obscura, sed sonora, beata, equalis, aera secās, aurib⁹ sedēs: hi sunt diuini verbi ministri, qui auditores in quācunq; volunt partē flectunt: hæc vero partes qua ratione reperiantur in cōcionatoribus nō est presentis loci dicere. *Sicut fragmen malipunici gene tue*

fff

absq;

absq; eo quod intrinsecus latet. Prosequitur sponsus laudes ipsius suę ab his potissimū dotibus, quę se minarū decorem solent augere dicens, Genas spō sę non solum cādidas esse, sed modico etiā rubore perfusas instar fragminis mali punici, quod cando rem habet rubori permixtum. Purpureus hic color faciem scēmineam maxime exornat, præcipue quā do ex affectu verecundię exoritur, & pudor in genas prorumpit, ipsasq; roseo colore quodā pingit: qui scēminis & adolescentib⁹ aliās pulchris incōparabilem gratiā cōciliat, & auget venustatē. Genas veteres patres Ecclesię, virtutes & actiones honestas interpretātur, quę tunc maxime sponsi oculis placent, quādo præter nativam cuiuscunq; pulchritudinem admiscetur rubor quidā, ex ingenua verecūdia proveniens, & humilitate animi, vt quem seruabat Iob. 9. Verebar omnia opera mea, sciēs, quia nō parceres delinquenti: hoc rubore ornabatur sacrificiū Abelis. Genes. 4. virgineum pudorē tenētis: & tanta animi modestia & humilitate munera Deo offerebat, vt Deus ipse, cōtempo Cain sacrificio, signo de coelo dato, munera Abelis esse sibi gratissima declarauerit: hæc animi modestia & verecūdia placuit in Abrahamo, qui se cinerē reputabat, in Moysē qui se indignū dicebat: placuit in Dauid, qui se canem mortuū appellabat: in Ioanne Baptista, qui se indignū, vt solueret corrigiam calceamenti ei⁹ esse fatebatur: & maxime in Virgine, vt diximus; Cū esset Rex in accubitu suo nardus mea de

dit odorem suū: Ecce ancilla domini. Placuit in Magdalena, & quam grata sit Dei oculis, exposuit Christus Lucę. 18. in Publicano, qui stans à longe nō audebat oculos in cœlū leuare, sed percutiebat pectus suum, dicēs, Deus propitius esto mihi peccatori: quę virtus maxime adhibēda est in oratione, vt Paul⁹ de Chro, quod cū lacrymis preces ad patrem fuderit, exauditus fuit pro sua reuerentia. Cuius rei imago habetur Hester. 15. in regina illa Hester, quę cū esset regio cultu mirū in modū ornata, haberetq; duas ancillas, quarum alteri præteritudo innitebatur: altera vero quę illā sequebatur, vestimenta ne in lutum inciderent sustentabat, sed ipsa roseo colore vultum perfusa & per singula ostia ad regem ingressa pudore, verecūdia, & animi modestia regis Assueri iram placauit, illiq; populo Hebręo recōciliauit: in qua imagine ostenditur nobis nullā virtutem post charitatē efficacior rem esse ad recōciliandū Deum hominib⁹, quā humilitatem. Bene autem additur, Absq; eo quod intrinsecus latet: quoniam multo maiora sunt dona, multoq; excellentior pulchritudo hominum humilium, quę delitescunt, & in recessu posita sunt, quę quæ fronte appareāt, iuxta illud Cāt. 1. Nigra sum, sed formosa. Per genas etiā modico rubore perfusas, vt probatissimis authorib⁹ placet, intelliguntur Christi martyres, quos cōparat hoc loco fragmini mali punici, cuius cortex, quāuis durus sit & amar⁹, tñ continet granorum gratissimorū multitudinē,

Hebr. 5.

Hester. 15.

IN CANTICVM CANTICORVM

quę colōre & rubore carbūculū referūt: ita quāuis in martyrio & cruciatu, illa prima facie amara esse videantur & dura, in morte tñ & atrocissimis tormentis delitefcunt fructus vberes & suauissimi, dicente Pau. i. ad Corin. 4. Momentaneū hoc tribulationis nostrę supra modū in sublimitate eternū glorię pondus operatur in cœlis. Genis vero & faciei sponsę, cōparātur martyres, quoniā in genis, facie, & frōte potissimum elucet hominis dignitas, constantia, fortitudo, & celsitudo: vnde Ezech. 3. dixit dominus propheta, Posui faciem tuā quasi adamātem & silicem. Adamas, si Plinio credimus lib. 27. c. 4. & Georgio Melio lib. 4. suorū mirabilium, si sit Indicus, Arabicus, aut Macedonius, hic est multo excellentioris naturę. quod igni edacissimo nō cedat, neque cōiectus in ignem mollescat: tale est martyrū robur & celsitudo, quę nec vincitur igne cupiditatis, iētibus quoq; mallei nō succūbit, hoc est, tribulationum iētibus martyres nō flectuntur. Habet præterea adamas quandā antipathiā cū magnetē, a quo abstrahit ferrū quod magnes attraxerat: nimirum animus ad martyriū paratus facile cōtemnit omnes voluptates sensibiles & mūdi illecebras: adamas etiā pellit vanos timores: martyrū cōstantia & inuicta fortitudo vanos mortis timores pellit, & tyrānorum terribilissima, dicente Chřo Matt. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpora, animę autem nō habent quid faciant, ostendā vobis quem timeatis: timete illum qui corpus & ani-

1. Cor. 4.

Ezech. 3.

Plinius

Georgi.
Melio.

Nota.

Matt. 10

mam

COMMENTARII. CAP. III.

1207

mam potest mittere in gehēnam ignis. Silici etiā constantia martyrum cōparatur, quoniam vt silix ferro cōcussus igneas scintillas ex se mittit: ita martyres inter supplicia cruciatuq; cōcussi, mirabiles quasdam diuini amoris scintillas ex seipsis mitterēt. Eleganti vero similitudine martyres per fragmē mali punici representantur. Nā quemadmodū infrusto illo cortex grati coloris est, sed multo gratiora & pulchriora sunt grana illa purpurea inter sese cōiunctissima, suauissima etiā, quę sub cortice duro & amaro delitefcunt: ita multo maior est pulchritudo martyrū, quę in animo latet, quā quę apparet exterius, ita vt merito dicatur, Absque eo quod intrinsecus latet: obijcitur quidem sensui dura mors, & amarissimi cruciat⁹, quasi cortex mali punici, sed intra hunc corticem occurrunt præmia & fructus suauissimi, ita vt canat Ecclesia de ipsis, Quę vox quę poterit lingua retexere quę tu martyribus munera præparas. Rubri nā fluido sanguine laureis ditantur bene fulgidis. Cuius rei imaginem præstitisse mihi videtur Spiritus sanctus Iudic. 14. in fauo illo, quem examē apū in ore leunculi a Sāfōne occisi cōstruxerat: quem cū comedisset Sāfōne enigma proposuit sodalib⁹ cognitu difficilimum, quod illi proprio ingenio soluere nullo modo potuerunt, nisi instructi a Samsonis vxore, quę precibus & lacrymis enigmati solutionem a Sāfōne extorserat. Erat vero enigma, De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo: nā in ipsa morte,

1207

Iudic. 14

fff 3

te,

IN CANTICVM CANTICORVM

te; in durissimis cruciatibus ad mortē ducentibus
 cibus est melle dulciior, martyrium etiam fauo sua-
 uius, dū cogitat mortem nihil aliud esse quā transi-
 tum ad vitā æternam, & omnium miseriarū termi-
 num: vnde Pau. aiebat, Mihi viuere Chr̄s est, & mo-
 ri lucrum. *Collum tuum sicut turris David, quæ edifica-
 ta est cū propugnaculis: mille clypei pendent ex ea omnis
 armatura fortium.* Sexto loco sp̄sus sp̄sæ suæ col-
 lum depingit, quod pulchrum esse ostēdit, quia nō
 est intra humeros depressum, nec in alterā partem
 declinans, nec gracile, & exile, sed erectum, rotun-
 dum, & rectū, instar Dauidicæ turris (quæ supra to-
 tam urbem Hierosolymitanā eminebat) in altū af-
 surgit. Collū præterea sp̄sæ, ait sp̄sus muliebrib⁹
 ornāmētis esse cōdecoratum, sicut turris David p
 pugnaculis cingebatur, & clypeis ornabatur, depē-
 dentibus hastis, gladijs, omniq; fortium armatura.
 Cōstruxerat nāq; David deuictis Iebusæis arcē al-
 tissimā in vertice mōris Sion, quā, vt inexpugnabi-
 lis esset, multis propugnaculis circuncinxerat, om-
 niumq; armorum apparatu instruxerat, tormēta &
 machinamēta bellica per menia disposuerat, & an-
 tiquorū more clypeos oblōgos, pharetras sagittis
 plenas, lanceas, & in summa, omnia instrumēta mili-
 taria, vt illa ostenderent regiam magnificētiam, &
 hostibus metū incuterent, ne in ciuitatē impetū fa-
 cerent, ciuibus præberent audaciam. Quod vero
 huic arci pulchrę collū sp̄sæ sp̄sus compareret, non
 hæc palmo metienda sunt, nec æqualis magnitudo
 &

COMMENTARII. CAP. III.

& altitudo in sp̄sæ collo est postulāda, sed id quod
 proportione & similitudine sp̄sæ collum Dauidi
 cā turrim imitatur: & sicut turris illa erat inexpugna-
 bilis, ita in Ecclesia Christiana sūt inexpugnabiles
 illi, qui colli officiū & locū occupāt: & sicut turris
 illa spectātib⁹ pulcherrima apparebat, toti q; immi-
 nens vrbi, illius erat perfugium atq; præsidium: ita
 etiam hi, de quib⁹ loquitur, reipub. Ch̄riane vnicū
 præsidium sunt & perfugium. De collo multa Aris-
 tot. lib. 3. de partib⁹ animalium, & Galenus lib. de vsu
 partium, Plin. lib. 11. c. 37. vbi de singulis hominis
 mēbris elegāter differit, Cice. lib. 2. de natura deo-
 rum: & ex Christianis Amb. lib. 6. Exam. c. 7. Theo-
 dore. serm. 3. de prouidentia, in principio. Collū ca-
 piti subiicitur, illudq; sustentat: suntq; colli quatuor
 præcipua munera, primum est, caput cæteris mem-
 bris cōiungere: collū enim à capite vsq; ad hume-
 ros & pectus descendit, connectitq; caput cæteris
 mēbris per guttur & gulam à parte anteriori, à po-
 steriori vero per ceruicem, quæ osib⁹ quibusdam
 per neruos coniunctis, virtutem motricem capitis
 & spiritus vitales per partes omnes corporis distri-
 buit atq; diffundit. Hoc officium colli tribuit Paul.
 Apostolis, Prophetis, Euangelistis, Pastoribus, &
 doctoribus ad Ephes. 4. dicens, Alios dedit Apo-
 stolos, alios Pastores, &c. ad edificationē corporis
 Christi, qui est caput Ecclesiæ per quod totū cor-
 pus cōpactum & cōnexum augmentū facit per iun-
 cturas administrationis: & clarius 2. Cor. 5. Posuit
 Deus.

Aristot.
 Galenus.
 Plinius
 Tullius
 Ambrosius
 Theodorus.

Ephes. 4.

2. Corin. 5.

Deus.

IN CANTICVM CANTICORVM

Deus in nobis verbum recōciliationis, pro Ch̄o
 légatione fungimur, obsecramus pro Ch̄o, recon-
 ciliamini Deo: & p̄sa. 71. Suscipiant mōtes pacem
 populo, & colles iustitiā. Secunda functio colli est
 aperto ore auram vitalem trahere, eamq; ad cor &
 pulmonem transmittere, quo vitalia mēbra reficiā-
 tur & foueantur: sic praelati & doctores Ecclesiæ a-
 perto ore per orationem vitalē auram Spirit⁹ san-
 cti debent ducere, eamq; à Ch̄o accipere, qui est
 à quo omnis diuinus Spiritus deriuatur, & hac vita-
 li aura Spiritus sancti interna Ecclesiæ mēbra refri-
 gerare & reficere: p̄sa. 118. Os meū aperui, & attra-
 xi spiritum: ad Ephes. 1. Memoriā vestri faciens in
 orationibus meis, vt Deus dñi mei Iesu Ch̄i pa-
 ter gloriae det vobis spiritum reuelationis. Tertiū
 officium colli est ab ipso corde & pulmonibus per
 arteriam, quasi per fistulam spiritum trahere, & lin-
 gua, quasi musicis instrumentis, & labijs, & dētibus
 vocem formare, per quā interne cogitationes in lu-
 cem proferantur: hoc munere vtuntur doctores &
 pastores, qui ab ipso corde, & visceribus Christi,
 suq; sponsæ Ecclesiæ, trahentes spiritum, ipsi sunt
 quasi musica quædam instrumēta, quibus Dei sen-
 sus & cogitationes ceteris exprimant. Postremum
 atq; non infimum colli ministerium est per fauces
 & gulam cibum iam præmansum dentibus, & hau-
 stum potum, in stomachū transmittere. Hoc quidē
 præstant Ecclesiæ doctores & cōcionatores: vn-
 de Ioān. 6. postquam Christus panes benedixit ac

p̄sal. 71.

*p̄sal. 118.
Ephes. 1.*

Ioān. 6

ap̄ Cl

fregit,

COMMENTARII. CAP. III

209

fregit, dedit eos discipulis, vt ipsi distribuere qua-
 si colli fungentes officio, cibum & potum in totum
 Christianum populum traicerent: & quæ admodū
 collum nō debet esse in humeris depressum, neq;
 in alterā deflexum partem: sic etiā minister Eccle-
 siasticus nō debet ad sensibilia & terrena per affe-
 ctū propendere, sed per cōtemptum terrenarū re-
 rum affectū semper in altū erigere. Quod si ex col-
 li gracilitate totius corporis imbecillitatē & impo-
 tentiā estimam⁹, multo magis cuiuscūq; reipub. de-
 cremēta, & ad deteriora procliues affectus ex pa-
 storum & doctorū vitio imbecillitatē populi pos-
 sumus iudicare: illud enim altum, generosum, & su-
 blime virtutum studiū, ex praelatorū & maiorū pro-
 bitate & virtute maxime dependet. Et vt in eadem
 similitudine colli persistamus, quomāmodū col-
 lū nō in omnes partes verti potest & flecti, sed mo-
 dice tantū flectitur ad circumspectū: sic etiā quan-
 quā interim debeāt praelati & pastores subditorū,
 vt morib⁹ cōsulant, atq; prospiciant, seueritatem &
 rigore non nihil flectere: semper enī oportet eos in
 Deum intentionē dirigere, & ad æternā felicitatē
 suos subditos promouere, quod Pau. ad Heb. 10. di-
 xerat. Cōsultissime etiā ministrōs. Euangelij cōpa-
 raburri David, quā antequā David erigeret, eui-
 cit lebus eos atq; ab Hierosolymis in aua profligauit ci-
 uitate. Nā priusquā aliquis Ch̄iano populo præfi-
 ciatur, & tanquā turris munita, quæ totius populi
 præsidium sit, erigatur: oportet vincat omnes affe-

Heb. 10

ggg

ctus

IN CANTICVM CANTICORVM

Aut rationi & diuine legi cōtrarios; pellatq; ex ani-
mo omnia vitia & tumultuantes perturbationes,
quasi quosdā Iebuscos: & sicut turris illa cōstructa
fuit super verticē mōtis Siō: sic oportet omnes Ec-
clesiæ pastores super Ch̄m altissimū mōtem ēdifi-
cari, vt docet Paul. ad Eph. 2. Superēdificati super
fundamentum Apostolorū & prophetarū ipso sum-
mo angulari lapide Ch̄o Iesu: de quo etiā Esa. 2.
Erit preparatus mōs dom⁹ dñi in vertice mōtium.
Quod si turris illa Dauidica supereminebat omni-
bus domibus, turrib⁹, atq; omnibus ēdificijs ciuita-
tis Hierusalem, multo magis necessarium est Eccle-
siæ prælatos cæteris eminere, & scientia, & doctri-
na, & virtutibus præstare. Tales erant Apostoli, &
Apostolici viri, quos Ch̄s in Ecclesia sua quasi mu-
nitissimas quasdā arces erexit, id quod de Saule le-
gitur, quod ab humeris & supra cæteros superabat.
Habeant præterea hę inexpugnabiles turres multa
propugnacula quę ipsas reddant insuperabiles, ni-
mirū libros sacre scripturę, Cōciliorū generalium,
& Pōtificum decreta, Patrū traditiones, totius Ec-
clesiæ cōsuetudinē, ex quibus propugnaculis & ad-
uersus hostes tela cōtorqueant, & ipsi ab eorum im-
petu sint maniti. Sunt etiā propugnacula sanctorū
patrum exēpla, & virtutes, in quibus quā diu pedē
figimus, à cōmunibus aduersariorum telis sum⁹ se-
curi, Ch̄i quoq; & beatissimę Virginis, sanctorūq;
ialiorum patrocinia, ad quos veluti ad quædā pro-
pugnacula in nostris periculis solemus confugere.

Quod

COMMENTARII. CAP. III. 210

Quod si turris illa Sion intra se cōtinebat omniū
marmorum apparatus ingentē, prælati Euangelici
muniti esse debent omnium virtutū apparatu, qui-
bus instructi nullum possint timere discrimē. Cly-
pei præterea pendentes loca sunt sacre scripturę,
quibus protecti iētus dæmonis possimus retunde-
re, quod Christus fecisse legitur Matt. 4. dicēs, Nō
in solo pane viuit homo, Non tentabis dñm Deū
tuum, Dñm Deum tuum adorabis. Pharetræ præ-
terea, gladij, & lanceę sunt in prælatis: pharetræ
quædā rarissima virtutū exēpla, quibus animus no-
ster quasi sagittis transfigitur: gladius est prædica-
tio Euāgelica, quæ est penetrabilior omni gladio
incipite. Sunt tñ qui per hanc turrim intelligāt Ro-
manā Ecclesiā fundatā supra Ch̄m firmissimā pe-
tram, & supra promissionē illā factā Petro Mat. 16.
Super hanc petrā ēdificabo Ecclesiā meā, & portę
inferi nō præualebūt aduersus eā. Quā Pau. appel-
lat colūnā & firmamentū veritatis. Hęc ergo arcē
inexpugnabilem nō est dubium habere sua propu-
gnacula: præter sacra scripturā, habet sacros docto-
res Atha. Amb. Aug. clypeos, lanceas: habet etiā
scholasticos theologos, præsertim si illi sacra scri-
pturarum doctrina sint præditi: his nāque armis in-
structa Ecclesia Romana fortissimos hæreticorū
cuneos hæten⁹ dissipauit, & profligauit, & de illis
clarissimā victoriam reportauit: vnde psa. 121. Fiat
pax in virtute tua, & abūdantiā in turrib⁹ tuis: & psa.
34. Cōfitebor tibi in Ecclesia magna, in populo gra-

Mat. 4.

Mat. 16

uī laudabo te: & p̄sa. 30. Benedīctus Deus qui miri-
 ficauit mihi misericordiā suā in ciuitate munita: &
 p̄sa. 59. Quis deducet me in ciuitatē munitā, nonne
 tu Deus qui repulisti nos, & nō egredieris Deus in
 virtutib⁹ nr̄is? *Duo vbera tua sicut duo hinnuli capre
 gemelli, qui pascuntur in lilij.* Collo succedit pect⁹: in
 femineo vero pectore māmæ sunt, quæ si elegāter
 cōpositæ sint magnū foeminis præstant decorē. Cō-
 parat vero sp̄s sponſæ vbera hinnulis gemellis
 pulchra & elegāti similitudine. Nā quēadmodū in
 capreolis lætū quidpiā apparet & festiuū, & quod
 intuentibus blandiatur: sic māmillæ virginis decē-
 ter & honestè cōpositæ aspectui gratæ sunt. Sumi-
 tur autem præcipue similitudo à capitibus hinnu-
 lorum, quæ magnitudine māmillarum foeminearū
 similitudinem præferant. Māmillæ in animantibus
 non eundem sitū habent, numerū & figuram. Nam
 in elephante duæ sunt in anteriori parte, inter bra-
 chia, in quā, collocatæ: quæ si ad magnitudinē ipsi⁹
 corporis referantur exiguæ sunt: in vrsō quatuor, in
 oue & caprea binæ, in sue & cane plures, & in duos
 ordines distributæ. In muliere autem in pectore si-
 ta sunt vbera, quæ inter sese costis iunguntur sinum
 quēdam in medio cōficiētia, in quo infans lactan-
 dus modice conquiescat: monetur præterea mater
 mammās habens pendentes cordi & visceribus ni-
 hil illi charius aut suauius futurum, quā prole suam
 omni studio nutrire & fouere. Nunc ergo quod ad
 præfens facit, illi consentit. *Ecolis vbera, ad quos*

pertinet tenellos & paruulos & delicatos in Chri-
 stiana religione lactare, fouere, & nutrire, quo mu-
 nereungebatur Pau. dicēs, Sicut paruulis in Chri-
 sto lac vobis potam dedi, nō escam. Dicuntur vero
 duo vbera, quia huiusmodi ministri, ad quos perti-
 net fidei tradere rudimenta, à Christo Marci. 6. &
 Lucē. 9. instituti, mittebantur bini, vt numer⁹ ipse
 binarius, eos doceret quam sit necessaria ipsorum
 concordia. Concordia nanq; paruæ res crescūt (vt
 dixit Salusti⁹) discordia vero maxime dilabuntur,
 & etiam quoniam in tam difficili prouincia alteri⁹
 alter indiget auxilio, iuxta illud Prouerb. 8. Frater
 qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas fortis: & vt al-
 ter alterius curam gerat, et si opus fuerit eum repre-
 hendat, & iacentem erigat, iuxta illud Prouerb. 4.
 Vt soli, quia cum ceciderit non habet adiuuantem
 se. Significatur præterea per duo vbera, duo gene-
 ra ministrorum, quorum alij exhibent officia mise-
 ricordie pertinentia ad animæ salutem: alij vero ea,
 quæ expectant ad salutem corporis. Et etiam per
 duo vbera intelliguntur aut scholastici doctores
 & interpretes sacre scripturæ, & etiam qui osten-
 dunt, quid agendum, quid credendum ad bene vi-
 uendum sit. Hebræi intelligūt per duo vbera, duas
 tabulas, in quibus cōtinebantur decem præcepta
 decalogi: exponunt etiam per duo vbera Moysen
 & Aaron, quorum primus repub. illam per ciui-
 lem potestatem administrabat: postremus rebus sa-
 cils præsidebat: sicut nunc in Christiana repub. du-

1. Cor. 3

Marc. 6.

Luc. 8

Prouerb. 8

Prouerb. 4

plex est potestas ecclesiastica & secularis *Sicut duo hinnuli capreae gemelli.* Cōparat vbera gemellis capreolis, quoniā oportet magistros & praelatos populi Christiani, subditis, discipulis, & auditoribus coaptari, eorumq; ingenio & moribus cōdescendere. Quod elegāter depingit Iob. 39. Nūquid obseruasti parturientes ceruas, incuruantur ad foetū: obseruare est, ea quæ digna sunt in naturæ opificio diligenter aduertere, parturire autē est, cū quodā nixu & dolore prolem in lucem educere, Ceruæ igitur parturientes Euāgelici sunt ministri, qui non sine multis lacrymis, ingentiq; animi dolore magno conatu à statu peccati homines in gratiæ lucē proferre conātur: incuruantur ad foetum, quoniam debent mediocritati & paruitati auditorum attēperari, quod ait Pau. 1. ad The. 2. Factus sum in medio vestri sicut paruulus. 1. ad Corin. 2. Sapientiā loquimur inter perfectos: & c. 5. Siue mente excedimus Deo, siue sobrii sumus vobis. Debēt non solum in externa doctrina, sed etiā in internis animi affectibus praelati suis subditis assimilari. Nam sicut summus sacerdos Aarō nō solum gestabat in humeris scripta nomina duodecim patriarcharū, sed etiā in rationali & pectorali, vt scilicet hoc pacto significaret omnes miseras subditorum debere esse in corde pastoris: ad Ephes. 1. Eo quod habeā vos in corde & in visceribus: & 1. ad Corin. 9. Quis infirmatur & ego nō infirmor, factus sum omnia omnibus. Vel propter hoc asmilantur vbera ecclesiastica

Exo. 28

Ephes. 1

1. Cor. 9

stica gemellis hinnulis, quæ pascuntur in lilijis: nā sicut capreoli ad vbera matrum fugiunt, vt inde lac suauissimum sugant: deinde habent virētia prata, herbosos mōtes, flores salutiferos, quib' pinguescant: ita pastores ipsi, & doctores, & prædicatores habent sua vbera lacte plena, ad quæ cōfugiant, scilicet, Chri humanitatē & diuinitatē, à quibus omnis in nos dulcedo, atq; Spirit' sancti virtus derivatur. Sunt etiā vbera Euangelica ipsa doctrina & ecclesiastica sacramenta, à quibus omnis virtus & liquor spiritualis fugitur: habēt etiam & sua prata virentia atq; herbosos mōtes, hoc est, sacros libros, flores insuper odoriferos, quibus pascuntur, nempe exempla sanctorū patrū, quæ veluti lilia odorē suauissimum emittant. *Donec aspiret dies, & inclinētur umbra: vadā ad montē myrrhæ, & ad collē thuris.* Priora verba huius carminis multi ex Græcis & Latinis cōiungunt cū vltimis verbis præcedentis carminis, ita vt legant, Duo vbera tua, donec aspiret dies & inclinentur umbræ: ita vt sit periphrasis, & quasi explicatio temporis, quo hinnuli inter lilia pascuntur, scilicet, toto tempore vitæ præsentis nocte & die: sed in correctissimis Biblijs Ruperti Stephani, & Vatabli, hæc verba præsentis carmini iunguntur: quæ lectio magis pbatur. De persona quæ loquitur hic, dissensio est inter interpretes. Nā quidam putant hæc verba esse spōsæ, quæ cū audisset sponsum tot tantisq; laudibus suam pulchritudinē celebrare, præ modestia, pudore quodam ingenuo

luffusa

suffusa, vult seipsam à cōspectu spōsi subtrahere, &
 ad mōtem myrrhæ, & ad collem thuris conscende
 re quādiu durat æstus meridianus vsq; ad vesperti
 nūm tēpus colloquijs aptius. Ex qua sponsæ oratio
 ne duo nobis licet documenta decerpere, primū,
 quod qui modesti sunt & humilitate præditi, non
 possunt sine magna animi perturbatione proprias
 laudes audire, cuius rei exēplum habemus in Vir
 gine Lucæ. i. turbata est in sermone angeli, & cogi
 tabat qualis esset illa salutatio. Secundum est mul
 to excellentius, quòd cum sponsa exploratū habe
 ret virtutē quācumq; in homine fragilē esse, vitreā,
 & quæ facili negotio amitti solet, præsertim inter
 roddiscrimina & ardentis cōcupiscentiæ æstus, mū
 di fallacias, dēmonis insidias, vnū manet perfugiū,
 vt spōsa cōscendat ad mōtem myrrhæ, & ad collem
 thuris. Pulchra expositio nisi obstaret communis
 sensus interpretum, qui hæc verba ascribunt spōso,
 qui cū totus intētus esset spōsæ laudib⁹ illiusq; pul
 chritudini inspiciēdæ, neglexerat opus aliquod ru
 sticanum, quod illi in agello siue horto erat peragē
 dum. Sed in his verbis præterquā quòd ostendit a
 morem sponsæ ardentissimū, indicat etiā morē &
 ingeniū spōsi, qui inter cōplexus dulcissimos & col
 loquia suauissima subito disparere soleat, & totā il
 lam voluptatem intercipere, sed breui mora inter
 posita redeūt pristini amplex⁹ & dulcia colloquia,
 accenditurq; in animo ignis ardentior, & diffundi
 tur voluptas suauior, quod satis indicant verba sub
 iuncta.

iūcta, Tota pulchra es amica mea. Et quantumvis spon
 sus cōminari videatur, sese præsentiam suam subtra
 cturum sponsæ, sed eam non subtrahit: quāquā hor
 tetur illā, vt properet ad mōtem myrrhæ, & ad col
 lem thuris. Hortatur ergo illam, vt eum sequatur,
 & aduersus cōcupiscentiæ incentiua ascendat in
 mōtem myrrhæ arduum & difficilem. Est enim du
 rum atq; difficile carnem mortificare & coercere:
 ad collē thuris etiam hortatur illam ascēdere, hoc
 est, ad orationis & cōtemplationis perfugium. Qui
 dam Hebræi interpretes dicunt his verbis cōtine
 ri promissionem sponsi, suscipiēdi humanam natu
 ram, & veniendi in carne ad templū: quæ promif
 sio extat Malach. 3. Satim veniet ad templū suū do
 minator, quem vos queritis: & psa. 47. Suscepim⁹
 Deus misericordiam tuam in medio tēpli tui: nam
 templū fuit cōstructū in montē Moria, qui mons iu
 re optimo myrrhæ vocatur, primo, quoniam ibi of
 feruntur sacrificia pro peccatis, quæ carnis mortifi
 cationem & affectuū hominū extirpationem signi
 ficabat. Dicitur etiam collis thuris, quia in eodem
 tēplo thymiama illud suauissimū offerebatur, vbi
 instruit iustos omnes, vt frequenter ad templum cō
 fugiant, vt ibi impetrent veniam peccatorū, & pre
 ces ad Deum fundāt pro cōseruatione gratiæ, & in
 gratiarum actione. Mihi tñ magis placet eorum ex
 positio, qui exponunt hunc locū, non de mōte Mo
 ria, sed de mōte Caluario, vbi Christus fuit affixus
 cruci: vt sit sensus, Mihi sponsa charissima, tua pul
 chritudo.

IN CANTICVM CANTICORVM

chritudo maxime placet, atque ita decreui firmiffi-
 me ascendere in montem Caluarium, vbi elatus in
 crucē, vino myrrha permixto sum potandus, & per
 acerbiffimā mortem genus humanum redēpturus,
 ac perfollo lācea latere meo scaturient inde sacra-
 menta, quib⁹ Ecclesia nō solū mundetur à pecca-
 to, sed miris modis condecoretur. Ille etiā mōs di-
 citur collis thuris, quoniā idem Ch̄s qui seipsum
 obtulit sacrificium cruentū in altari crucis: etiam
 fudit ad patrem preces, quas thuris nomine signifi-
 cari diximus: & vt Pau, dixit ad Heb. 5. exaudit⁹ est
 pro sua reuerentia: & ad Ephes. 5. Ch̄s dilexit Ec-
 clesiam, tradidit semetipsum pro ea, vt exhiberet si-
 bi sp̄sam non habentem maculam. Sed rogas, cur
 locus ille in quo nascitur myrrha, quę penitentiam
 & virtutes purgatorias significat, mons dicitur:
 locus vero in quo nascitur thus, quod est symbolū
 religionis & orationis appellatur collis, cū religio
 & cōtemplatio altiorem locū teneant, quā virtutes
 purgatorię: quales illę sunt, quę inclinant ad vigi-
 lias & penitentię opera? Respondere viri docti so-
 lent, primo, quod appellatur mons myrrhę, non ob
 celsitudinē perfectionis & virtutis, sed propter dif-
 ficultatem operis. Nā quādiu aliquis indiget pur-
 gatorijs virtutibus & carnis maceratione, multum
 illi laboris & sudoris est sumendū, vbi vero turbu-
 lenti affectus pacati sunt & moderati: tunc quasi in
 inferiori loco sine magno labore pōtēst orationi
 vacare: & hic dicitur, collis thuris. Vel mōs dicitur
 locus

Hebr. 5.
Ephes. 5.

COMMENTARII. CAP. III. 214

locus pœnitentię, quoniam multi sunt qui pœnitē-
 tia indigent, quę secūda tabula est post naufragiū.
 Collis vero dicitur loc⁹ thuris, quia pauciores sūt
 qui seruant innocētiam baptismi. Sed per montem
 myrrhę intelligo eos omnes, qui parati sunt vitam *Nota.*
 exponere, & mortem oppetere propter virtutē, re-
 ligionem, & fidem: vnde martyres altissimum locū
 tenent, & præferuntur cōfessoribus & virginibus,
 quia illi ascenderunt ad mōtem myrrhę: isti verò
 in colle thuris cōquieuerunt tota vita, vacātes ora-
 tioni & contemplationi. *Tota pulchra es amica mea,*
& macula non est in te. Epilogus est, & quasi conclu-
 sio totius præcedentis encomij, ac si dicat sp̄sus,
 Quid ego per singulas partes eximiam pulchritu-
 dinem tuam cōmendo? Tota quāta es, singulari es
 prædita pulchritudine, neq; in membris omnib⁹ vl-
 lus apparet defectus, qui intuentium oculos possit
 offendere: hæc vero non de corporea pulchritudi-
 ne: sed de interna & coelesti sunt intelligēda: dicta
 de triumphante Ecclesia & superna Hierusalē ve-
 rissimum sensum habent: ibi enim omnia pulchra
 sunt membra, & omni peccati labe carentia, ita vt
 de coelesti Hierusalē dicatur Apoc. 21. quod nihil
 coinquinatū intrabit in eam: & Ioānes eodē cap.
 dicat se vidisse ciuitatē illam totam ex auro mūdo
 similem vitro mundo: & c. 19. dicitur, quod præpa-
 rauit se sp̄sa ad nuptias illas, & datum est illi, vt in-
 duat se byssino candido & mundo: quę sunt iustifi-
 cationes sanctorum. Sed videtur sponsus cū sp̄sa

in vita præfenti loqui, quã hortatur, vt ascendat in môtum myrrhæ. De militante vero Ecclesia difficultate non caret: quomodo verè explicari possit, quod tota sit pulchra. Cũ apud Matt. 13. Chrs cõparet Ecclesiam hanc agro, in quo inter triticũ nascuntur zizania, & inter bonas fruges, steriles dominantur auenæ: sunt nãq; intra Ecclesiam multi peccatis mortalibus deformati, & cõtaminati culparum maculis. Neq; vero mihi videntur satisfacere illi qui respondent, verba hæc referenda esse ad præcipua Ecclesie membra: Chrm, in quo nullũ potuit esse peccatum, & Virginem ipsam Deiparam, quæ fuit immunis ab omni peccati macula. Nã cũ dicit totam, omnes partes Ecclesie complectitur: atq; ita si aliqua pars est, quæ pulchritudine careat, non videtur quod tota sit pulchra. Vnde alij sequuti Aug. 3. de doctrina Christiana. c. 31. respondent totam Ecclesiam dici pulchram propter vim & energiam sacramentorũ, quæ sufficere potest ad eximiã & omnimodã pulchritudinem illi exhibendam, qua phrasi Ecclesiã appellamus sanctam. Ceterum quanuis fateamur ingenuè esse in Ecclesia sufficientia medicamenta ad perfectam pulchritudinem & puritatem præstandã: si tñ quædam mēbra sint deformia & maculata, non video quomodo dicatur, quod tota sit pulchra. Vnde alij respondent, quod Ecclesia dicitur tota pulchra & immaculata, quoniam in doctrina ad mores pertinente, nũquam errat, aut probat peccati deformitatē, aut maculã. Melius tñ alij

Mat. 13.

August. 3.
de doctrina
Christiana. c. 31.

respondent, quod hæc verba indicant amorē vehementissimum sponsi, præcipue erga iustos, qui merito pertinet ad Ecclesiam, & numero & merito, & ita quãuis sint leues aliquæ culpæ in iustis, quas veniales dicimus: vere dicitur, quod tota Ecclesia sit pulchra: sicut Ioã. 13. de vndecim dixit Chrs, quod omnes erãt mundi omnino, quanquã pedes haberent inquinatos. Sed meo iudicio hoc loco nõ tam loquitur sponsus de ea pulchritudine & munditie, quæ est in singulis iustis per gratiam, charitatē, & virtutes infusas, quã de admirabili illa pulchritudine ministrorum, quæ ex diuersis statib⁹, ordinibus, officijs, & varietate proficiscitur: est enim hæc cõcors discordia & discors concordia, qua nihil pulchrius excogitari potest in Ecclesia: & quã 3. Reg. 10. in figura intuita regina Sabba nõ habebat ultra spiritũ. Nã sicut in huius vniuersi opificio Gene. 1. de singulis partibus dicitur, quod erãt bonæ, de tota vero fabrica dicitur, quod est valde bona: ita hic de tota hac Ecclesie consonantia merito dicitur, quod sit pulcherrima, & quod in ea nulla possit reperiri macula: & de hac verissime ait spõsus, quod Ecclesia tota pulchra sit: nulla que illi insit macula. Quoniam si Ecclesie ordinem & admirabilē concentum ex varietate statuum, graduum, ordinũ, & ministrorum resultantem cõsideres: nihil est in Ecclesia, quod non sit pulchrum, rationi & diuine legi consonum, nullus est defectus aut macula, quã aliquis merito possit reprehendere. *Veni de Libano spõ-*

Nota.

3. Reg. 10.

Gene. 1.

sa, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amanæ, de vertice Sanir, de cubilibus leonũ, & de mōtibus paradorum. Hortatur sponsus sponsam, vt ex altissimis mōtibus Libano Amanæ, Sanir, & Hermon ad eum veniat, vt meritis dignam coronam percipiat. Vbi illud notandũ est, quod iam sępius adnotauim⁹ Salomonē in hoc libro ita sui temporis Ecclesiam de pingere, vt & antiquam illam, quę longo tempore suam ætatem antecesserat, n̄ris oculis representet: & simul in nostrā hanc Ch̄ianam mentis aciē dirigat, ita vt ab ea oculos nūquā videatur deflectere. Quod ergo hoc loco Ecclesiam hortatur, vt altissimis ex mōtibus ad ipsum descendat, subindicat frequentissimum fuisse Ecclesię in altis mōtib⁹ habitare, indeq; ad plana loca descendere. Nā primi illi parentes, qui Ecclesię capita fuere in editissimo mōte Eden vbi erat paradus voluptatis cōstituti primo fuere, à quo ppter peccatũ proiecti, in subiecta & inferiora loca fuerunt profligati. Et vt Genes. 9. legitur, Ecclesia, quę in Noe familia cōtinebatur, prius fuit in altissimo Armeniæ monte, vbi arca peracto diluuiō cōquieuit. Sed his prætermis, vt etiā Abrahamũ relinquam⁹, Iacob Gene. 31. septima die à sua profectiōe ex Arā peruenit ad montē Arabię Petreæ, qui Trachonorũ dicebatur, vbi post longam disceptationem cū Laban socero suo, congesto lapidum aceruo in signũ fœderis & pacis immutato nomine mons ille vocatus est Galaad. qui per colles iungitur mōti Libano, de quo

Ierem.

Ierem. 22. dicitur, Galaad tu mihi principiũ Libani. In familia verò Iacob tota illa antiqua Ecclesiã cōtinebatur, quę per mōtem Libanũ & Galaad ad p̄riã patriã reueabat. Sed multo melius & cōmodius exponitur præsens locus de populi Israel ingressũ ex Aegypto in terrã promissionis. Nā aduentibus ex Aegypto primum occurrit Libanus mons altissimus amēnitate & cedrorum fecūditate celeberrimus: deinde ceteri mōtes, quos hoc loco cōmendat, qui & Palęstinã regionem circūcingūt, per quos eiectis Cananæis, Pherezæis, ad terram promissionis irruerunt, eamq; Dei iussu in varias sortes distributam occuparunt. Per Libanũ verò, qui altitudine, amēnitate, & pulchritudine ceteros montes superabat, intelligitur populus Iudaic⁹, ex quo primi fideles ad Christianã Ecclesiam sunt vocati. Nā quod per Libanũ populus ille intelligatur testatur Esa. 32. dicēs, Gloria Libani data est ei &c. & Zacha. 11. Aperi Libane portas tuas: Libanũ appellat populũ Iudaicum. Ecclesiã ergo primũ vocat ex gente Iudæorum, ter vero eam vocat, primũ ad exprimēdum ardētissimum dēfiderium salutis eius: secundo, quoniã ter vocatus est populus Hebræus à Ch̄o, scilicet, per patriarchas & prophetas, qui longo ante tēpore hortabantur, vt Ch̄stũ venientem lætis animis reciperent: secundo verò per Ch̄m ipsum, qui de se aiebat Matt. 15. Non veni nisi ad oues quę perierunt domus Israel. & Matt. 10. In viam gentium ne abieritis, &c. Tertio verò

numeri

vocati

Matt. 15
Matt. 10

vocati sunt per Apostolos & alios ministros Ecclesie. Consultò vero tertio loco non dicit, Veni de Libano, quoniã iam nõ solũ vocabantur Iudæi, qui morabãtur intra fines Palæstinæ, sed illi quoq; qui toto terrarũ orbe erant diffusi. Quod vero ait, Veni: coronaberis, ostēdit ante Chri mortē nulli mortalium debitam suorum meritorum coronã rependi. Vel ter vocãtur homines, vt ad Ecclesiam confluant, & de Libano veniant, & coronã percipiant, quoniã per triplices virtutes cãdidati ad Deũ confugimus, nimirum per virtutes purgatorias, purgati animi, & exēplares. Et quidem candidamur & purificamur etiã, primum quidem per baptismum, in cuius candoris signum cãdida veste insigniũtur recens baptizati: cãdidamur etiã per sacramentũ poenitentia, iuxta illud psa. 50. Lauabis me, & super niuẽ dealbabor. Ac postremo si quæ manēt reliquie aut vestigia peccatorum, iam morti propinqui candidamur per extremã vnctionem. In summa ter vocamur & suademur, vt veniamus ad coronam, quoniam oportet primum mundũ cõtemnere, & terrena omnia, vt cũ Enoch illo iusto in paradysum transferamur, aut per ardētissimã charitatem cũ Helia

4. Reg. 2.

4. Reg. 2. in curru igneo in cælum rapiamur, vel tercio Chri perfecte imitantes, illiusq; cruci affixi atque à mortuis suscitati, & cũ illo in cælum ascendētes nube obumbrati cũ ipso ad Patris dexteram se deam, ita vt verissime dicatur, Veni coronaberis. Quod vero subiicit sp̄sus, De capite Amana. &c.

Horum

Horum verborum quæ sequuntur duplex potest esse sensus, primº, vt cũ dicitur, Veni de capite Amana: significetur status à quo discedũt illi, qui ad Ecclesiam inuitantur & cõuertuntur. Nam quidã conuersi sunt ex Iudaismo, quibus dicitur, Veni de Libano: alij vero cõuertuntur ex Paganismo, quibus dicitur, Veni de capite Amana. Amana Latine idē sonat quod turbulentus, siue inquietus, vel coangustans, quod significat eorũ statum, qui ex Paganismo & idolorum cultu ad Chri sunt cõuersi. Nã cũ illi laxi habenis ventri & voluptatibº inferuissent, omnibusq; essent vitijs cõtaminati, merito turbulenti, inquieti, & in angustijs cõstituti appellantur: impii enim, vt Esa. testatur, quasi mare feruens, quod quiescere nõ potest: & Pau. ad Titum. 3. Fuimº aliquãdo insipientes, increduli, seruiantes desiderijs & cõcupiscentijs carnis nostrę, odibiles, odientes inuicem. Adiecit vero, De capite, quoniã non solũ vulgares & populares ex gentibº, sed ipsa quoque Rom. respub. & Græca, quæ capita totius Gẽtilismi dicebãtur, Christi vexillis nomen dederunt. *De vertice Sanir.* Sanir idem est quod lucernarum via: significat illos, in quibus naturæ scintilla prælucebat, & qui ducti naturali lumine, quod est quasi exiguum lumē lucernę, olim fidei Christianę repugnabant: ad prædicationem tñ Apostolorũ fidei iugose subiecerunt: his, inquit sponsus, Veni de vertice Sanir. De vertice Sanir trãsiuit ad Ecclesiã Diony. Areopa. vt constat Act. 17. Ierotheus Hispa. ipse

Esa. 57.

Ad Titum. 3.

IN CANTICVM CANTICORVM

Dionys. magister, Iustinus martyr, Quadrat^o, Clemens Romanus, Clemēs Alexandrinus. *Veni de vertice Hermon.* Hermon Latine est idem quod anathema, siue separatus aut sepositus: quæ vox hæreticorum statum significat, qui ppter hæresim nota anathematis feriuntur: significatq; eos qui ex hæreticorum perfidia ad Ecclesiã Catholicã cõfugiunt, inter quos fuit Aug. qui lōgo tēpore in Manicheorū tenebris versat^o, fidei lucē sequutus est: & in Hispanijs tempore Recaredi regis Gotorum, opera Leãdri & Greg. I. Põtificis Romani, omnes Hispani abiurata secta Arriana, ad fidem sunt cõuersi. *De cubilibus leonum.* Per leones significatur status eorum, qui vitam agebant ferinam & belluinam, superbiã, inuidiã, & iracundiã, alijsq; vitijs dediti, quib^o nō humanos mores, sed leoninos lupinosq; imitabantur. Vel per leonū cubilia tyrānorū domicilia exprimuntur, qui sanctorum sanguinem sitientes eorum mortem varijs supplitijs procurabant, quorum multi Euãgelica prædicatione ad Christū cõuersi, deposita feritate & seuitia, agnorum mansuetudinem induerunt, vt Pau. qui vt nobis describitur Act. 9. spirans minarū, & cędis in discipulos dñi, petijt epistolas in Damascū, qui tñ in terram prostratus, & baptismo initiatus Synagogas ingrediebatur, & prædicabat illis Christū, cõualescebat & cõfundebat Iudeos. *De montibus pardorum.* Per Iustra, montesq; vbi habitant animantia varietate plena, significatur illi qui varijs dolis Ecclesiæ aduersaban-

COMMENTARII. CAP. III. 118

uersabantur: qualis fuit apostata Iulianus, & alij qui fraudibus & insidijs Ecclesiam euertere sunt conati. Alijs videtur per pardos intelligi Sarracenos, Mahumeti cultores, qui ex varijs hæresib^o & sectis suum Alcoranū seu legem cõstituerunt. Hos ergo etiã hortatur, vt veniant. Si tñ hæc iungatur cū illis vltimis verbis, Veni coronaberis, ita legendū est; Veni, coronaberis de Libano, coronaberis de capite Amana, &c. et sensus est, quod redditur illis corona propter victoriã, quã adepti sunt de Libano, de capite Amana, &c. Ecclesia enim sex triūphos clarissimos celebrauit: primum, de Iudæis, qui maxime nascenti Ecclesię illiusq; incrementis restiterunt: cū eos ex vaticinijs prophetarum & psalmore testimonijs planissime reuicit. De capite vero Amana triūphauit Ecclesia, & coronã suscepit, cū per duos Apostolos Petrum & Paulū Sedem Ecclesiæ Romæ collocauit, fidei vexillum erexit, & postea Cõstantini Imperatoris tēpore, fasces, & Cęsaream coronã Romano Põtifici subiecit. De vertice vero Sanir, hoc est, de philosophorum doctrina passim triumphat, cū maximos quosq; philosophos videamus Catholicę fidei manus dare, & ingenia subijcere. De vertice vero Hermō etiã victoriam celebrat iuxta illud Matt. 16. Portæ inferi non preualebūt aduersus eã. Sed experimur quod manente Ecclesia Romana & fide illius, euauere Gnostici, Symoniani, Valentiniani, Manichei, Pelagiani. Et Ecclesię Catholicę nomē semper viret

atq; triumphat. Tyrāni etiam, Nerones, Domitia-
ni, Diocletiani, periere, martyrum cōstantia superati
sunt: ecclesia vero regnat, & coronatur in suis mar-
tyribus. Homines præterea astuti, dolosi, Ecclesieq;
malū machinantes, in vltices illas & æternas infer-
ni flāmas sunt præcipitati: Ecclesia tñ stabilis & im-
mobilis perseverat. *Vulnerasti cor meum soror mea,*
sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorū tuorum, &
in vno crine colli tui. Reddit sponsus causam ob quā
toties inuitarit sponsam, vt veniret, quòd neque ad
momentū sine illa possit viuere, qui vel vnus ocu-
li aspectu, & vnus crinis flauescētis & super niueū
collum volitātis decore, vulneratus fuerit corde, &
quasi sagitta trāsfixus. Cōsulto vero vni^o oculi me-
minit, quoniā oculorum cōspectu amantes capi so-
lent, & per oculos quasi per fenestras penetrat ad
cor ignis ille, quo amantium corda fascinantur, vrū-
tur, & nō sine magno dolore vulnerantur. Est namq;
cor quasi fons à quo oriuntur omnes affectus amā-
tium, amor, zelotypia, liquefactio, extasis, & cordis
quasi alienatio. Sed iam quis sit vnus ille oculus &
vnus crinis, qui spōsum tam impotenter rapit, dili-
genter inquiramus. Quidā magistri Hebræorū per
vnum oculum hunc, intelligunt Mosen veteris Ec-
clesiæ legislatorem & principem, & bene. Nā, vt
diximus, doctores & prophete Ecclesie sunt oculi,
& de quo cūq; magistratu, si vigilet, super rempub.
potest dici quod sit oculus. Moses vero fuit oculus
Deo gratus, quoniam tanto fuit diuino lumine illu-

stratus,

stratus, vt Messiam venturum quasi digito mōstra-
ret: censetq; Aug. D. Tho. & alij, quod in vita præ-
fenti viderit diuinam essentiam, diciturq; sponsus
huius oculi pulchritudine vulnerat^{us}, quia propter
Mosen maxima crimina remissit populo Hebræo,
maxime nefas illud adorati vituli conflatilis. Sed
magis mihi placet, vt secundum antiquorum patrū
sententiam duo oculi in Ecclesia intelligantur: fini-
ster, quo Ecclesia intendit rebus ad vitā corporeā
pertinentibus: dexter, quo incumbit rebus diuinis
cōspiciendis: hic dexter oculus sponso gratissim^{us}
est, & semper apparet pulcherrimus, ita vt cū duas
sorores Lucæ. 10. aspiciebat, quarū prior, scilicet,
Martha sattagebat circa frequens ministerium, aliā
sedente ad pedes Christi & doctrinæ fluentia ex il-
lius ore hauriente, inquit vero Chrs, Martha, Mar-
tha sollicita es, & turbaris erga plurima: porrò vnū
est necessarium, &c. Hic est vnus ille ocul^{us}, qui cor
sponsi vulnerauit, de quo Pau. ad Philip. 3. Vnū au-
tē quæ retro sunt obliuiscens, & ad anteriora exten-
dens me ipsum, ad destinatū persequor, ad brauiū
supernæ vocationis: & 2. ad Corin. 4. Cōtemplan-
tibus nobis nō quæ vidētur, sed quæ nō videntur.
Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ non vi-
dentur, æterna. Vnde de Anna matre Samuelis. 1.
Reg. 1. legimus, quòd cū impetrata prole à Deo in
domum suā esset regressa vultus illius nō sunt ampli-
us in diuersa mutati: quoniā cū vultus index sit
cordis, cor soli Deo inherēs immutabile est, atq;

Lucæ. 10

Philip. 3.

2. Cor. 4.

1. Reg. 1.

iii 3 ita

ita vultus ipse non in diuersa mutatur: Eccles. 27. Stultus vt luna mutatur, sanctus permanet sicut sol. Verum vnum hunc oculum spōsum tantopere vulnerantē, significare credo Romanum Pōtificē Catholicæ Ecclesiæ oculum pulcherrimum, cui⁹ iudicio stādum est in causis fidei, vnū quoq; crinē eburneum spōsæ collū exornātem, esse eiusdē Romani Pōtificis autoritatē in ferendis legib⁹ quæ ad totius Ecclesiæ mores formādos pertineāt: hæc enim potestas in definiendo & formādis legibus plurimum decoris tribuit Ecclesiæ. *Et in vno crine colli tui.* Per crinē seu capillum flauescētē & in eburneo spōsæ collovolitantē interpretātur patres prōptissimā obedientiam ad exequēda spōsi mādata. Sic enim loquimur de illis, qui spōte obsequuntur (*Lleuareysle pōr vn cabello*) Hebrēi legūt, in vno torque colli tui: torques nāq; in sacra scriptura obsequium significat, vt constat Prouerb. 1. Audi fili mi doctrinam patris tui, & ne obliuiscaris legis matris tuæ: & erit gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Hanc ergo paratissimā obedientiā crinē colli appellat, quæ spōsi cor vulnerauit. Quod vero ait, Soror mea, spōsa, monstrat duos fontes, & maxima quædā incentiua amoris sui erga spōsam: primum, quod simus illi, generis cognatione germani & fratres, propter naturam humanā susceptam: alterū vero incētium est, quod Ecclesia sit illi matrimonij vinculo copulata, de quo vinculo Gene. 2. dicitur, Propter hanc relinquet homo patrem & matrē, & adheret

Prouer. 1

Gene. 2

adheret vxori suæ. *Quā pulchræ sunt māmæ tuæ, sorsor mea, sponsa: pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Spōsæ māmillas iterum laudat, atq; ad laudes exaggerandas vititur admiratione, dicēs, Quā pulchræ sunt: ita vt quas paulò antea cōparauerat duobus hinnulis capræ gemellis: iam incōparabilis pulchritudinis dicat esse, atq; ita admirabūd⁹ exclamat, Quā pulchræ sunt māmæ tuæ: & ne credas quidpiā esse inter humanas & sensibiles voluptates, quod vberib⁹ spōsæ possit æquiparari: subiicit statim, Pulchriora sunt vbera tua vino, quod vt in principio hui⁹ libri dixim⁹, per vinū eximia quæq; oblectamēta sensibilia intelligūtur. Ait ergo spōsus vberibus spōsæ nullas humanas voluptates esse cōparandas. Et ne putēt doctores euangelici, satis esse Euangelicam doctrinam lacteā populo Chriano exhibere: subdit vbera ei⁹ optimis vnguētis esse delibuta: oportet nāq; doctores euangelicos, omniū virtutū quasi vnguētorum omniū odore fragrare. Vbi animaduertē dū est, quod spōsus, qui auspiciatus fuerat encomium spōsæ ab oculis & capillis, & in cōmendatione vberum encomio finē imposuerat: nunc finē principio iungit, vt ostendat sponsæ dotes atq; charismata felicissimū quēdam circulum cōplere, æternas esse, & immortales: est enim circulus æternitatis & immortalitatis symbolū. Præterea quod maiorib⁹ laudibus exornat, tum oculos, tum crines, tum etiam vbera, indicat sponsam indices maiora suscipere incrementa

Prouer. 4

Crementa uirtutum, iuxta illud Prouer. 4. Iustorum femita quasi lux crescens usq; in perfectū diē. Postremo uero, quod unguentorum odorem attollit sponsum tātōpere, quibus uera sponsa sunt delibuta, obseruandū est varia esse unguentū genera, quib⁹ māmillæ Ecclesię, hoc est doctores euangelici, nō solum nutriunt, sed medentur fidelium morbis, atq; uulneribus. Nā dum proponūt supplicia, & timorē incutiunt: adhibent timorem Dei, quasi unguentū ad aperienda uulnera animi efficacissimū, iuxta illud p̄sa. 118. Confige timore tuo carnes meas. Cū uero hortatur nos ad officia misericordiæ & opera religionis & pietatis, adhibēt unguētum, quo anim⁹ noster mitescat, leniatur, & alienis cōpatiatur miserijs. Quod si ad charitatis præstātissima opera inflāmāt unguentū, admouēt quod exhilaret animum ac lætificet. Merito ergo ait horū unguentorum odorē superare omnia aromata, quoniam nihil est in philosophorum libris, nihil in carminib⁹ poëtarū, quod vim habeat tam salutiferā & odoriferā, atq; hæc nostrę sp̄sæ uera. *Fauus distillans labia tua, sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor uesimentorū tuorū sicut odor thuris.* Labia quoq; & linguā sponsę nouis præconijs extollit sponsus, & labia Ecclesię, quę (ut iam dixim⁹) ministri sunt euangelici doctores, inquā, & concionatores hoc loco cōparat fauo distillati suauissimū liquorē. Et quidē fauus apicularū industria suspēditur, & cōponitur, non ex vno aut altero flore, sed ex multis collecto succo,

succo, quē sua arte & admirabili artificio in ceram cōuertunt & mel. Prudenter ergo, doctrina Euāgelica quę in labijs doctorum & prædicatorum uersatur, fauo cōparatur, quoniam sanctorum patrū diligētia & industria quasi apicularum opera cōponitur, suspēditur, atq; cōficitur: & quę admodū fauonihil dulcius, nihil suauius: ita lege Euangelicā nihil est in hac rerū natura gratius, nihil dulcius, iuxta illud p̄sa. 118. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Nā Euāgelica doctrina primum nobis proponit æternam illam fēlicitatē, quę nobis rerum omnium est gratissima, remissionem peccatorum, gratiam, charitatem, cæterasq; uirtutes, quarum præsentia animus noster vehementer exultat, atq; reficitur: libertatem quoq; nobis promittit à seruitute & tyrannide peccati, quę rerum omnium est iocundissima: tandem immortalitatē & gaudia sempiterna, ad quę naturę impulsu maxime rapimur. Ea uero ratio propter quā fauo distillanti cōparantur labia Ecclesię, quę redditur à Beda super hunc locū, & D. Greg. mihi magnopere placet: tunc enim fauus distillat, quando liquor ille qui intra uascula illa cerea recōditur, exuberat, atq; supereffluit: ita testimonia sacre scripturæ cū sub paucissimis uerbis aut lineis maxima cōtinent sacramenta, fauo distillanti cōparantur: & ut in vno exemplo hanc rem quasi oculis intueamur, ille uersus p̄sa. 147. Lauda Hierusalem dñm, fauus est. Nā sensus historicus & literalis est, quod populus ille

p̄sa. 118.

p̄sa. 147
Nota.

kkk Hieroso.

Hierosolymitan⁹ gratias Deo reddat propter accepta beneficia. Sensus vero mysticus & allegoricus est, vt Ecclesia Chřiana toto terrarũ orbe diffusa, immortales Deo gratias reddat propter ingentia bona, quib⁹ eam Deus cumulauit. Sensus moralis & tropologicus est, vt iustus quisq; agnoscat sese in star Hierusalem singulari custodia à Deo protegi, atq; muniri. Secundum anagogẽ vero, omnia quæ in hoc psal. de Hierusalem terrena dicuntur, ad supernã illã patriam sunt referẽda: & labia spõse, quæ antea vittę coccineę cõparabantur, Nũc fauo distillant similia esse dicũtur: quoniã quãdo doctor ecclesiastic⁹ fideles præceptis astringit, à fluxis voluntatib⁹ coercet, tunc vitta coccinea merito nuncupatur, aut funiculus coccineus: cũ vero iacẽtes erigit, tristes cõsolatur, & egrotos cœlestium præmiorum cõmemoratione reficit, merito dicitur fauus distillans. Sed ea expositio mihi maxime probatur, quæ ex faui ipsius, & mellis proprietate, quandiu manet in fauo originem trahit. Nã mel, quãdiu manet in fauo, & ab eo distillat, virginẽũ dicitur, propter puritatem & synceritatẽ, quia nullo extraneo liquore est permixtum & cõtaminatum. Sunt enim multi diuini verbi ministri, qui adulterinis sensib⁹ sacra eloquia solent contaminare & corrũpere, de quib⁹ Pau. 2. ad Corin. 2. ait, Nõ sumus sicut multi adulterantes verbũ Dei, sed cũ synceritate, sicut in cõspectu Dei ex Deo in Chřo loquimur. Quod vero vulgat⁹ interpres legit, adulterãtes verbũ Dei: quidam

2. Corin. 2.

quidam vertunt, Cauponantes verbũ Dei, sumpta metaphora à cauponibus, qui hordeo palleas miscunt, vino acetũ (Veden gato por liebre) Sed ad alterare dicũtur verbum Dei, illi, qui quemadmodũ adulter nõ intendit prolis & speciei propagationẽ, sed libidini suę satisfacere: ita isti in doctrina & cõcionibus nõ Dei gloriã quærunt, aut proximorum salutem, sed priuatis inseruiunt cõmodis & vilitatib⁹. Habet tñ hæreticorum societas, & cõuenticula, suos fauos in labijs, sed fictitios, & sub quib⁹ fel & venenũ delitescat: de quib⁹ Prouerb. 5. dicitur, Noli credere mulieri mēdaci, fauus distillã labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissimã autẽ eius, amara sicut absynthiũ, & acuta sicut gladius biceps. *Mel & lac sub lingua tua.* Lac, quod iã docuim⁹, pro doctrina qua paruuli instruũtur, vsurpatur. Mel accipitur pro doctrina, quæ nõ nisi pro uectioribus est impendenda, Prouerb. 25. Fili, inuenisti mel, comede quod sufficit tibi, ne forte satiet⁹ euomas illud: sic qui scrutator est maiestatis opprimetur à gloria. Tã ergo doctrina rudimentorum fidei, quæ laetis nomine significatur, quã altior sapiẽtia, latet sub lingua spõsæ, quoniã nõ tẽporaria est, aut momentanea suauitas, quæ cõtinetur in Euãgelica doctrina, sed iugis, perennis & perpetua: est enim sub lingua Ecclesiæ, vena quãdã perennis lactis & mellis, quæ non effluit, sed potius distillat: ministri sane euãgelici & lac & mel suis subditis exhibent magna habita ratione personarũ, & tempo-

Prouerb. 5

Prouerb. 25

IN CANTICVM CANTICORVM

rum, ita vt mel & lac nō effundantur, sed potius in-
stillentur. *Et odor vestimētōrū tuorū sicut odor thuris.*
Cōmendat etiā sponsę vestimēta, quōd suauissimi
sint odoris, & similia odori thuris. Vbi merito du-
bitatur, cur hoc loco cōparet sponsus odorē vesti-
mentorum Ecclesię odori thuris, qui nō admodū
gratus est naribus: cū tñ de vnguentis, quib⁹ vbe-
ra Ecclesię sunt delibuta, dixerit quod superant om-
nia aromata, videturq; magis extullisse odorem
vestimentorum, Iacob pater Isaac Genes. 27. cū di-
xit, Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Hoc
dubium soluunt Greg. & Beda, dicentes, quod per
vnguenta quibus delibuta sunt sponsę vbera, intel-
liguntur dona, charismata, & virtutes, quas De⁹ in-
fundit sacris doctoribus & cōcionatoribus, vt vbe-
rum munere possint perfungi: at per vestimenta &
ornamenta sensibilia, aut intelliguntur virtutes hu-
mana industria acquisitę, aut actiōes externę &
cēremonię, quę nullo modo cū illis internis virtu-
tibus sunt cōparandę. Magis tñ mihi placet, vt per
vestimenta Ecclesię, non solū virtutes, sed omnia
studia, cogitationes, & actiōes, quibus Christum
imitamur, vestimenta nominentur, secundum illud
Pau. ad Galat. 3. Quicūq; baptizati estis, Christum
induistis: & ad Rom. 12. Induimini dñm Iesum Chri-
stum. Et quemadmodum in Chřo gemina est natu-
ra, humana tñ à diuina perficitur, & in verbi substi-
tentiā trahitur: sic in Chřiano homine, qui Chřm
induit, virtutes omnes etiā humanę ad diuinā quā
dam

Genes. 27

Gregori⁹
Beda.

Galat. 3

Rom. 12.

COMMENTARII. CAP. IIII.

223

dam rationem transeunt & euahuntur, ita vt iure
optimo cōparentur thuri, quod est diuinitatis sym-
bolum, atq; ita soli Deo offertur, omnium hominū
& nationum consensu. Quod vt magis constet, li-
bet nō nihil in contemplatione thuris, & eius natu-
rę immorari. Thus nascitur ex arbuscula quadam,
quę prouenit in Arabia spōte, inter mōtes arduos
& inaccessas rupes: perueniturq; ad locum vbi naf-
citur, per quandā arctissimā semitam: cortex vero
arboris huius, ex quo stillat thus, similis est colore
folio lauri: bis autē legitur thus, autumno, & pri-
mo vere: est autē pręstantius, quod autumno colli-
gitur: pręparatio autē arboris fit per incisionem
corticis, quę fit in feruētissimo ardore caloris estiu-
i. Quę omnia celsitudinem & pręstantiā virtutū
spōsi, nobis vidētur exprimere: nam cortex, lauri
folio similis, indicat virtutes & actiōes sponsę
non vulgares esse, sed raras, insignes, & diuinas, lau-
reaq; corona dignas. Quod vero arbor sponte naf-
citur, non humana industria inseritur & plantatur,
significat actiōes sponsę propter charitatem esse
spontaneas. Sed quod inciditur cortex in ardentis-
simo estatis calore, vt inde stillet thus ipsum, mon-
strat, orationes, lacrymas, sacrificia, & officia spon-
sę, hoc nomine, spōso esse gratissimas, quia proue-
niunt ex ardentissima charitate. Quod autē arbo-
res istę sunt in loco, ad quem peruenitur per inac-
cessas rupes & montes altissimos, monstrat statum
istum virtutis esse altissimum, & ad quem paucissi-
mi

kkk 3

mi

IN CANTICVM CANTICORVM

mi pertingant. Quod ergo comparat odorem vesti-
 mentorū sponse, odori thuris, maxima est virtutum
 sponse laudatio. *Hortus conclusus soror mea, sponsa,
 hortus cōclusus, fons signatus.* Hactenus sponsæ pul-
 chritudinē per partes laudauerat: nunc vniuersē in
 postrema capitis parte, illius decorem & venustatē
 amplificat, idque vt faciat, duas adhibet similitudi-
 nes: vnā horti conclusi: alterā fontis signati. Hortū
 vero depingit nobis, omnium arborum genere cō-
 situm, quarum quædā sunt fructifere, odorifere, &
 salutifere: alię, quę non solū specie & amenitate o-
 culis gratæ sint, sed vnguentis cōficiendis accōmo-
 datæ, magnas hominibus vtilitates possint afferre.
 Sed iam cur spōsa horto cōcluso, & fōti signato cō-
 paretur diligentius perpēdam⁹. Hortus hic triplici
 de causa laudatur à sponso, prima, quia amenissim⁹
 & omnibus arboribus, germinibus, herbis, & flori-
 bus plenus: secundo, quia muro cingitur, ne bestia-
 rum occurſui & populationi pateat, aut hominum
 iniurię & rapinæ sit expositus: tertio, quoniā aqua-
 rum decurrentium & scaturientium fontium copia
 abūdat, ita vt nunquā ariditate & siccitate exareat,
 sed semper vireat. Hortus ergo dicitur Ecclesia, o-
 mnium arborū genere consitus, vt Esa. vaticinatur
 c. 41. de Ecclesia, quæ ex Gentilismo ad Ch̄m erat
 cōuertenda, dicens, Aperiā in supinis collib⁹ flu-
 mina, & in medio cāporum fontes ponā, desertum
 in stagna aquarū, & inuia in riuos aquarū, & dabo
 in solitudinē cedrū, & spinā, & myrtū, & lignū oli-

Esa. 41.

Prosermo
 ne Sama
 ritana.

uę:

COMMENTARII. CAP. III.

224

uę: ponam in deserto vlmū, & buxum abietē. In qui-
 bus arborib⁹ videtur mihi pulchritudinē nascētis
 Ecclesiæ ad viuum depingere. Potissimū nanq; in
 his septem arborum speciebus, repręsentat septem
 gradus ministrorum Ecclesię, subdiaconos, diaco-
 nos, sacerdotes, episcopos, archiepiscopos, prima-
 tes, patriarchas omnes agentes sub Romano Pōti-
 fice. Vel quod magis credo, significantur sub his ar-
 boribus gradus illi (quos Pau. recēset ad Ephe. 4.)
 Apostoli, Euāgelistę, Prophetę, Pastores, & docto-
 res, & sub his viuētes, virgines, votum virginei pu-
 doris seruantes, & cōiugati. Easdem horti delicias
 describit Esa. 51. dicens, Consolabitur dñs Sion, &
 cōsolabitur omnes ruinas eius: ponet desertū eius
 quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortū dñi:
 gaudium & lætitia inueniētur in ea, gratiarū actio,
 & vox laudis. Cōclusus dicitur hic hortus propter
 custodiam sanctorum angelorum, quos De⁹ Eccle-
 siæ suæ vigiles & tutelares esse voluit, & ppter sin-
 gularem custodiam prelatorum, & aliorū ministro-
 rum Ecclesiæ: qui maxima diligentia hunc hortum
 custodiunt & cingunt, & potissimum propter Dei
 singularem prouidētiam erga Ecclesiam suā, cuius
 meminit David psa. 124. dicens, Mōtes in circuitu
 eius, & dñs in circuitu populi sui. Habet præterea
 Ecclesia murum firmissimū & inexpugnabilem, ad-
 uersus irruentes bestias, & prauorū hominū auda-
 ciam, legē naturæ mentibus n̄ris impressam: legem
 quoq; diuinā, fidei, spei, & charitatis, qua muniēba-
 tur

Esa. 51

p. 224

tur

IN CANTICVM CANTICORVM

tur olim Ecclesia, etiam in statu legis naturalis: cui addidit Deus, quasi vallum & sepem, cęremonias, sacramenta, sacrificia, certamq; rationem colendi Deum. Nam Genes. 17. circūcisio iubetur tanquā signum fœderis inter Ecclesiam & Deum, eodem etiā cap. incipiunt altaria erigilapidea, oleoq; inungi, & libamine consecrari: & c. 21. recensetur Melchisedech peculiariratione, designatus sacerdos Dei altissimi: & c. 26. Isaac, tempore vespertino egrediebatur in agrum, ad meditandum, & preces Deo soluēdas. c. vero 27. iam legimus, peculiare vestes deputatas esse sacrificijs offerendis: quę omnia quasi preludia quędā erant cęremoniarū, rituum, expiationum, & lustrationum, quę obseruaturi erant Hebręi, iuxta pręscriptū legis Mosaicę. Sed temporis progressu, hort^o hic, fuit muro & vallo destitutus, ita, vt defleat Dauid, hanc miseriam suę vineę, psal. 79. dicens, Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui prętergrediuntur viam, exterminauit eam aper de sylua. Verū Ecclesia Christiana, quę loco illius antiqui horti successit, merito iterum atq; iterū hortus conclusus nominatur: habet enim duos muros, suis hostibus formidabiles, & inexpugnabiles. Prim^o murus igneus est diuinę charitatis, quem diruere, labefactare, aut dirūpere, totus infernus nō valet: di cęte Pau. ad Rom. 8. Quis nos separabit a charitate Chři, angustia, an persecutio, an gladius? Secundus murus ferreus est diuini timoris, quo arcemur

à comit-

COMMENTARII. CAP. III 225

à cōmittendis peccatis: bene ergo de Ecclesia dicitur, quod sit hortus conclusus. *Fons signatus.* Fōs dicitur Ecclesia, propter iugem & perennē aquarū celestium copiam, quę, ex illa tanquā ex fonte scaturiunt, & omnes fideles perpetuo irrigāt: de quo fonte iutelligitur illud Esa. 12. Haurietis aquas in gaudio, de fontibus Saluatoris: & Esa. 55. Omnes sitientes, venite ad aquas. Nam si Chřs Ioan. 4. de omnibus qui illius gratiam excipiūt, ait, Qui biberit ex aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aque salientis, in vitam ęternam: & Ioā. 7. Qui sitit, veniat ad me & bibat, & flumina de vētre eius fluēt aque viue: bene ergo Ecclesia fons dicitur, quę, ex Christo, tanquā ex Oceano & abyssō celestium aquarū, accipiens aquas diuini spiritus: eas in cęteros omnes fideles effundit. Hic vero fons, Christianis fidelibus, & illis qui recto corde, & simplici animo, ad istum fontem cōfugiunt, patēs fons dicitur: iuxta illud Zach. 13. Erit fons patens, domui Iacob, & habitantibus in Hierusalē, in ablutionē peccatoris & menstruatę. Sed Iudeis, prophanis hominib⁹, & inflatis philosophis, qui magno supercilio irridēt religionis nostrę sacramenta, Ecclesia est fons signatus. Fons etiā signatus dicitur, propter hęreticos, quibus clauditur & cōsignatur fons iste, ne luto & puluere suorum errorum, & veneno suorū dogmatum, purissimas aquas doctrinę Catholicę, cōturbent & inficiant. Et quemadmodum, vt legitur Genes. 29. puteus, in quo greges adaquabātur, grā

Esa. 12.

Esa. 55
Ioann. 4.

Ioann. 7.

Zach. 13

Genes. 29

dilapide claudatur, quem, pastores circūuolūtes, greges reficiebant: ita in Catholica Ecclesia, fidei sacramēta & sanctarum scripturarū, libri signati sunt, quasi grandi lapide: ad solos vero pastores expectat, hūc lapidē circūuolūere, & hausta aqua greges reficere. Vnde mysteria fidei, nō sunt inuulganda, neq; libri sanctarum scripturarū, in vulgare linguā transferēdi: quod Chr̄s etiā docet Matt. 13. loquēs cū ministris Euāgelicę doctrine, Vobis datum est, nosse mysterium regni Dei, ceteris autem, in parabolis. Non etiā signat^r dicitur Ecclesia propter figuras enigmata, metaphoras, symbolaq; sensibilia, sub quibus delitescūt mysteria nostrę fidei. Postremo, respub. Ch̄iana, Ecclesia Romana fōs signatus dicitur, propterea quod multa sunt visibilia signa, & notę sensibiles, quibus cognoscim^r legitimā Ecclesiam Catholicā Chr̄i sponsam, Christiani enim viuentes in Ecclesia Catholica insigniūt, & colligantur inter sese, visibilibus quibusdā signaculis, vt sacramentis ecclesiasticis, obedientiā Romani Pōtificis cōmuni intelligētia sacre scripturę. Signatur quoq; Ecclesia, & quasi sigillatur, spiritus missionis sanctę, habet enim & pręsentia Spiritus sancti dirigentis, & illustrationem ipsius, docentis omnem veritatem: vade in concilijs audacter pronuntiant patres, visum est Spiritu sancto, &

nostrę Emissiones tuę, paradysus malorū punicorū, cū pomorum fructibus: Cypri cū nardo, nardus, & crocus, fistula, & cinnamomū, cū vniuersis lignis Libani: myr

rba, & aloē, cū omnibus primis vnguentis. Emissiones tuę. Explicat per singulas partes, horti huius focūditatē, amēnitatē, delicias, & cōmoditates, dicēs, Emissiones tuę. Quidā interpretes, per Emissiones, intelligunt scaturigines, & corruationes aquarum, decurrentium per aqua ductus, & irrigantium hortum, vt germinet, & proferat multigenas plātas. Sed melius per Emissiones intelligūtur germina ipsa, surculi, arbores, propagines, frutices, & herbę, quę nascuntur, & proueniūt in hoc horto. Ait ergo sponsus, in hoc horto, charissima sponsa, pullulant & oriuntur in primis, innumere arbores, ferentes malogranata. Emissiones, ait, tuę, paradysus malorum punicorum. Per has arbores, quę pręstantissimę erant in Palestina regione, significantur omnes, qui in Ecclesia, baptismatis sacramento sunt initiati: nam quemadmodū in malogranato, sub eodem cortice multa sunt grana purpurei coloris: ita sub vna fide, vna religione, eisdemq; sacramentis, multi sunt Christiani, qui per baptismum Christi, mortē imitātur, vt testatur Pau. ad Rom. 6. Quicunq; baptizati sumus in Chr̄o Iesu, in morte ipsius baptizati sum^r. Alij per malogranata, quod iam diximus, martyrum, cuneos interpretātur, qui in Ecclesia sunt, quasi paradysus malorū punicorū: sūt nāque sanguine tincti, sicut mali punici grana. Mihi maxime placet, vt per hortum istū malorū punicorum, exponamus, significari examina, seu monasteria monachorum, qui sub Marco Eāgelista,

IN CANTICVM CANTICORVM

in Palestina, & Alexandria florere: quorū Philo-
 & Iosephus, & D. Hieronymus, meminerunt: mo-
 nasticum enim institutum, aptissime malogranato
 cōparatur, in quo sub cortice duriore & amaro, ad
 mirabili ordine cōprehendūtur & disponūtur mul-
 ta grana, purpureo suffusa colore: quæ succum cōti-
 nent suauissimum: tales sunt monachi, vere religio-
 nis obseruatores, sub cortice duriore & amaro, di-
 sciplinæ monasticæ: multi singulari ordine dispo-
 siti, vitam agunt iocundam, atq; suauem, & per quā
 ad ardentissimā charitatem aspirāt: iuxta illud pfa.
 132. Ecce quā bonum & quā iocundū habitare fra-
 tres in vnum. Per cæteras arbores fructiferas, acci-
 piunt patres, viros iustos omnib⁹ virtutibus prædi-
 tos, sed qui in aliquib⁹ virtutib⁹ maxime emineāt:
 hominis nāq; iusti tota vita fructus fert vberes &
 dulces, sanctorū meritorū: de quibus Dauid pfa. i.
 ait, Erit tanquā lignum quod plantatū est: & Apoc.
 21. ex vtraq; parte fluminis, describitur lignū vitæ,
 quod proferebat duodecim fructus: quos Paul. re-
 censet ad Gal. 5. oppositos operibus carnis. *Cypri-
 cū nardo.* De cypro, seu cypiro, aut cypero, dixim⁹
 copiose. c. i. super illa verba, Botrus cypri, de qua
 legatur Plin. lib. 21. c. 28. Cyprium, seu cyperinum
 vnguentum, quod ex huius arboris fructu, aut semi-
 ne fit, à Plinio loco citato, regium vnguentū appel-
 latur, quod symbolum est charitatis, quā virtutum
 omnium reginam esse, omnes fatentur, vel forte si-
 gnificat sacramentum baptismi, quod caput est &
 initium

pfa. 132.

pfa. i.

Apoc. 21.

Galat. 5.

Plin. lib. 21. c. 28.

COMMENTARII. CAP. III.

initium aliorum sacramentorum. De nardo etiam
 diximus eodem c. i. super illa verba, Nardus mea
 dedit odorem suum, cōsulendusq; est Plin. lib. 12.
 c. 14. & 15. Ex hac arbore, cōficitur vnguentū odo-
 ratissimum, & saluberrimum, significatq; eam vir-
 tutem, quā theologi deuotionem vocant, hoc est,
 animi promptitudinem, & præparationem ad om-
 nia, quæ pertinet ad cultum diuinum. Hæc namque
 & animis nostris salutifera est, & maxime suauissi-
 mi odoris: per deuotionem enim & orationes ad
 Deum fundimus, & altaris sacrificium celebram⁹:
 quo nihil potest Deo offerri suauius. Est etiam si-
 gnum, nardus, sacramenti cōfirmationis, quo chris-
 mate, in uncti Christiani milites, ad cōfessionem fi-
 dei, & certamen sustinendum pro religione, confir-
 mantur. Comparantur vero nardo, propter odoris
 suauitatem, quæ plerunq; pertingit ad martyrij lau-
 ream. De croco Plin. lib. 21. c. 22. Est crocus, flos
 aurei & flauescētis coloris, qui adhibetur cōdien-
 dis cibis, & maximam habet vim exhilarandi cor,
 significans eam virtutem, quæ regulam & modum
 præscribit gustui, circa esculenta & poculenta, quā
 sobrietatem & abstinentiam dicimus. Est enim hæc
 optimum condimentum, & maximas parit volu-
 ptates, quæ ex prospera valetudine proueniunt, cu-
 ius valetudinis fons est, cibi & potus moderatio,
 vel significat sanctissimum Eucharistiæ sacramen-
 tum, quod est sacramentum charitatis, augetq; in
 nobis esuriam virtutis, lætificat cor, nā refecti hoc

Plin. lib. 21. c. 22.

sacramento, ineffabili lætitia perfunduntur. Vnde Christianus populus, in huius sacramēti festis diebus, mirum in modum exultat: iuxta vocem Ecclesiæ, Sacris solennijs iuncta sint gaudia. *Fistula*. Sunt quidam qui per fistulam exponunt illud medicamentum, quod Hispanè dicitur (*Cañafistola*) Sed vt *Plinius* refert lib. 12. c. 21. idq; accepit ex *Theophrasto*, lib. 9. de historia plantarum. c. 7. *Fistula* est genus arboris, quæ calamus dicitur, nasciturq; in monticulo quodam, iuxta *Libanum*, cuius cortex, suauissimi odoris est, ex quo conficitur vnguentum odoriferum & salutiferum. Est vero fistula seu calamus symbolum virtutis pudicitiae, siue illa coniugalis sit, siue quæ cælibes seruant, vel quæ amplectuntur illi, qui ex voto, perpetuam retinent virginitatem. Nam pudicitia, & prauas voluptates propulsat, & suauissimi est odoris: casti namq; & pudici, optimam opinionem, & bonum nomen sibi conciliant, & suauissimum virtutis odorē diffundunt: significat etiã sacramentum pœnitentiæ, in quo propter peccata lacrymas fundimus, quæ in Dei conspectu, suauissimi sunt odoris. *Cinnamomum*, idem est, quod Hispanè dicim⁹ (*Canela*) est optimi odoris, & ad plurima medicamenta cõficienda accommodatissimũ: vim habet calidam, & stomachum confirmat, & ad digerendum iuuat. Estq; signum virtutis fortitudinis, quæ animum hominis firmat, aduersus maxima quæq; pericula, caloris indicium est, nempe charitatis, iuxta illud Christi, *Ioan. 15.* Maiorem charitatem

Plin. lib. 12. c. 21. Theophs. lib. 9. c. 7

Ioann. 15.

tem nemo habet, quã vt animam suam ponat pro amicis suis. Odor autem est vehementissimus & gratissimus: martyres sane, apud Deum, optimũ & gratissimum spirant odorem. Significat quoque ordinis sacramentum, nam qui ad sacros ordines promouentur, debent esse boni nominis, & famæ: iubentq; ecclesiastici canones, vt de moribus & vita ordinandorum, examē fiat, vt qui ordinatur, sint boni odoris. Cũ vniuersis lignis *Libani*: arbores *Libani*, præsertim *cedri*, viros exprimunt, sapiētia, virtute, & diuinis dotibus altissimos, & incorruptos. *Myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis*. De *myrrha* sæpius diximus, hoc loco significat opera, per quæ carnis lasciuientis vires & impetus frenamus: maceramus corpus, ipsumq; à corruptione vitiorum præseruamus. Solent enim mortuorum corpora *myrrha* condiri, ne putrescant. Significat etiã sacramentum matrimonij, quod à Deo institutum est, ad speciem & prolem humanam propagandam, & conseruandam incorruptam. *Aloe*, herba est ex cuius succo fit, quod Hispanè dicitur (*Azibar*) significat vero iugem mortis meditationē, quæ ad omnia vitia pellēda, maxime est efficacię: signũ est quoq; sacramēti extremę vnctionis, quod nõ solet impēdi, nisi illis qui sunt in amarissimis mortis angustijs constituti. Cũ omnibus primis vnguentis. Hoc est, sunt in Ecclesia, omnia quæ ad animæ salutem sunt necessaria. *Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano*. *Prosequi-*

IN CANTICVM CANTICORVM

tur secundam similitudinem fontis signati, ostenditq; Ecclesiam fontem esse integrum, perennem, frigidū, dulcissimis aquis abundātem, ita, vt vnus plurimis hortis irrigandis sufficiat. Et quidem, vt oculati testes qui sanctam illam terram perlustrarunt, referunt, multi sunt fontes qui ex Libano originem trahunt. Est enim primus, ad radices mōtis Libani, fōs quidā frigidissimus, dulcissimis aquis, qui subito in fluuium crescit, qui pleno alueo, totā planitiem, à monte Libano vsq; ad Trypolim, vberim irrigat. Sunt vero in hac planitie, latissimi campi, herbofi, & frugiferi, horti quā plurimi, vineta, oliueta, & ficeta, quæ huius fluminis beneficio irrigantur: perpetuo virent, & vberes fructus ferunt. Fōs alter, nascitur in alio latere mōtis Libani: imo sunt duo fontes, vnus dicitur Or, alius Dan, ex quibus trahit originem fluuius Iordanis. Horum fontium meminit Plinius lib. 5. c. 15. & Iosephus lib. 3. de bello Iudaico cap. 18. Extat etiam in radice mōtis Libani, puteus quatuor puteos complectēs, firmissimo muro cinctos: in quos, magno impetu descendunt aquæ ex Libano, quæ per aqueductus deriuatę, circa castrū, quod dicitur Laudaleum, vsq; ad Tyrum decurrunt, multosq; hortos & vineas irrigant: ad hos ergo fontes videtur sponsus alludere, cū ait, de sponsa sua, quod sit fons horticū, & puteus aquarum viuentium: Ecclesiam vero aptissime comparat fonti. Est nāq; veluti fons ille, qui describitur Genes. 2. existens in medio paradisi, in quatuor

Plin. lib.
5. c. 15.
Iosephus
lib. 3. c. 18

Genes. 2

COMMENTARII. CAP. III 227

quatuor flumina distributus, qui totam terræ superficiem irrigabat. Sunt nāq; in Ecclesia, aquæ & flumina diuinę sapientiæ, iuxta illud psal. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: & Apoc. vlt. vidit Ioann. fluuium, procedētem à throno Dei, & agni, &c. Eodem capite inuitamur ad has aquas, sponsus & sponsa dicunt, Veni: & qui audit, dicat, Veni: & bibat aquā vitæ, gratis. Est etiam fons Ecclesia, propter copiam, exuberantiamq; bonorū gratiæ: quibus affluunt homines, qui ad sacramenta confugiunt: & de his dicitur, qui sunt quasi puteus aquarum. Nam, ex sacrosancto illo beatorū domicilio, imo ex Christo & Deo, deriuātur omnia bona, gratiæ & gloriæ, Pau. teste ad Rom. 8. Quos præsciuit & prædestinavit, quos prædestinavit hos & vocauit, & glorificauit. Glorificari autem est, ad Deum ipsum bonorum omnium fontem redire: iuxta illud psal. Apud te est fons vitæ. Cupit autem sponsus, vt in hoc horto, irriguo, & amenissimo, nil sit ociosum, nil vacuum, nil sterile, sed omnia perpetuo virent, vireant, floreat, & fructus ferant, & spirent odorem gratissimum: quod vt fiat, subiungit. Surge aquilo, & veni auster, perfla hortū meum, & fluent aromata illius. Quasi dicat, Ego, huic horto meo, omnia felicia & fausta contingere cupio; atque ita discedat aquilo frigidus ventus, violentus, & inclementior, atque ita metuendus: adsit vero auster, ventus benignus, beneficus, clementior, & qui genialibus auris, arboribus, fructibus, & om-

psal. 45

Apoc. vlt.
imo.

Rom. 8.

psal. 35

IN CANTICVM CANTICORVM

ribus plantis fauet: quo perflante, vireant in hortu meo omnia, & maxima incrementa suscipiant. Significat vero hac similitudine, sponsus, ipsum vehementer optare, vt Ecclesie Christiane omnia foeliciter cedant, nilq; illi contingat aduersi, aut in fausti: nam in sacra scriptura per aquilonem mala significatur. Hierem. 1. ab aquilone pandetur omne malum, quod etiam testatur. c. 4. & 10. vt enim aquilo nubes dissipat, fata adurit, arboribus nocet, eorum fructus intercudit, & omnem pratorum alacritatem extinguit: ita peruersa doctrina haereticorum, vitiorum quoq; frigiditas, germina virtutum extinguit. Contra vero auster, propter suam temperiem, calorem, & humiditatem, hortis ipsis fauet. Vnde Ecclesia de Magdalena sic ait, Flauit auster, & fugauit aquilonem, quando lauit cor Mariae penitentis, imber sancti Spiritus. Alij interpretes, inter quos sunt quidam Hebraeorum magistri, putant, spolum non iubere aquiloni, vt discedat, sed potius, permittere, & sustinere, vt perfleret in hortum suum: quonia Ecclesia, non solum prosperis, hoc est, austro, sed etiam aduersis floret, & magna virtutum suscipit incrementa, quod Regi vates psa. 92. pulchre describit. Et qui de principio regni Christi, magnitudinem, maiestatem, & gloriam, paucis depingit, dicens, Dominus regnauit, decorum induit est. Postea vero, qua ratione Ecclesia flourerit, vicerit, & triumphauerit, exponit, dicens, Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina vocem suam, mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.

Hoc

COMMENTARIIL. CAP. III.

228

Hoc etiam Christus ostendit Matt. 7. Adhibita similitudine viri sapientis, qui aedificauit domum suam supra petram, & venerunt pluuiae, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra firmam petram: & quaquam exteriorus aquilo violentus & frigidus grassetur, omniaq; flatu suo euertere & dissipare contendat: Ecclesia tamen inter persecutorum minas, supplicia, cruces, & mortes exultat, & vincit, quoniam intus afflata est, & inspirata: austro seu zephiro, diuini Spiritus, quo reuifescens, & efflorescens, renouatur de die in diem, & magnos celebrat triumphos, & odorem suarum virtutum, toto terrarum orbe diffundit. Tertia expositio est, vt per aquilonem intelligamus statum antiquae legis, in quo fideles, timore poenarum agebantur. Nam timor, frigiditatem inducit: iubet ergo Christus, vt cesset antiqua lex, abrogentur legalia & iudicialia praecipita: succedat vero auster, hoc est, spiritus amoris, suauissimus, clementissimus, & omnibus virtutum platis comodissimus: dicente Pau. ad Rom. 7. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum filiorum Dei, aquilo dominabatur, & perflabat, quando Apostoli & discipuli omnes, praetimore fugerunt: erant enim Apostoli, quasi nubes totum orbem terrarum irrigaturae, imbore Euangelicae doctrinae. Praeualebat aquilo, quando erant omnes Apostoli absconditi, & reclusi, propter metum Iudeorum. Sed flauit auster, & fugauit aquilonem,

Mat. 7

Nota 2

Rom. 7

Nota 4

Hierem. 1


Hierem. 4.

30

psal 92

IN CANTICVM CANTICORVM
nem, quando in die Pentecostes, factus est repente de caelo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis: hunc austrum Ecclesia vehementer optat, cum inquit, Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium. Tunc, non solum florere coepit & fructus ferre, sed suauissima illius aromata, austru calore & humiditate excitata, odorem suum per totum terrarum orbem diffuderunt.

PRIMI VOLUMINIS FINIS.



COMMENTARIORUM IN CANTICA CANTICORUM SALOMONIS, VOLUMEN SECUNDUM.

AVTHORE FRATRE HIERONYMO Almonacirio, Ordinis Prædicatorum, Sacrorum Bibliorum in Complutenſi Academia interprete.

Caput quintum.



VENIAT dilectus meus in hortum suum, ut comedat fructum pomorum suorum. Veni in hortum meum, soror mea, sponsa, mesui myrrham meam, cum aromatibus meis, comedi faenum, cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini clarissimè ego dormio, & cor meum vigilat, vox dilecti mei pulsantis: aperi mihi soror mea, amica mea, colubam meam, immaculatam meam, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis nobis. Spoliaui me tunica mea, quomodo induar illam: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Dilectus meus, misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit, ad tactum eius, surrexi, ut

A aperirem

aperirem dilecto meo, manus meae stillauerunt myrrhā,
 & digiti mei, pleni myrrha probatissima, pessulum ostij
 mei, aperui dilecto meo, at ille declinauerat, atq; trāsie
 rat: anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est,
 quasiui, & non inueni illum, vocaui, & non respondit
 mihi. Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatē,
 percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt mihi
 pallium meum custodes murorum. Adiuro vos filiae Hie
 rusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei,
 quia amore langueo: Qualis est dilectus tuus ex dilecto
 o pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex di
 lecto, quia sic adiurasti nos? Dilectus meus candi
 dus, & rubicundus, electus ex millibus, caput eius au
 rum optimum, coma eius sicut elate palmarum, nigra
 quasi coruus, oculi eius sicut colūba, super riuulos aqua
 rum, quae lacte sunt lotae, & resident iuxta fluentia ple
 nissima, gena illius, sicut areolae aromatum, consistit a pi
 gmentarijs, labia eius lilia distillantia myrrham primā,
 manus illius tornatiles, aureae, plenae hiacynthi: venter
 eius, eburneus distinctus saphiris: crura illius, columnae
 marmoreae, quae fundatae sunt super bases aureas. Spe
 cies eius, vt Libani, electus vt cedri, guttur eius suavis
 simum, & totus desiderabilis. Talis est dilectus meus,
 & ipse est amicus meus filiae Hierusalem. Quo abiit di
 lectus tuus, o pulcherrima mulierum? quo declinavit
 dilectus tuus, & quaremus eum tecum?

Veniat

Veniat dilectus meus in hortum suum, vt co
 medat fructum pomorum suorum. Sponsa
 quae ore sponsi laudata, horto amenissi
 mo fuerat cōparata, intelligēs sese multis magnis
 que virtutum ornamentis fuisse cumulata: nunc
 orat, vt spōsus veniat, & horti sui fructus percipiat.
 Est vero hęc sponsae oratio plena beneuolētis, mo
 destiae, & gratitudinis. Nam, quod illum dilectum
 suum appellat, testatur ardentissimum amorē, quo
 prosequitur sponsum, in quem ipsius studia omnia
 referantur. Modestiam vero sponsae exprimunt se
 quentia verba, In hortum suum: neque enim inani
 superbia extollitur, vt Lucifer, neq; sibi tribuit hor
 ti amenitatem, sed ingenue fatetur hōrtū hunc nō
 suum esse, sed sponsi, quasi dicat, Tu me quasi hor
 tum, tuā singulari manu plantasti, tua custodia pro
 texisti, iugi cultura tua me perficis, aquis diuinę sa
 piētiae, & gratiae donis, irrigas, tuus ergo totus hor
 tus est, non solum iure illo dominij, quo cunctis re
 bus cōditis dominaris, sed peculiari quodam iure,
 quo iustis singulari ratione praesides, ipsorū ūq; vo
 tis faues. Maxime tamē, quod tu me ipsam, quā mo
 do hortum esse praedicas, iam olim tibi in spōsam
 copulasti, & pretio sanguinis tui, ac mortis, tibi cō
 parasti. Gratitudinem praeterea declarant illa ver
 ba, vt comedat fructum pomorū suorum: quasi di
 ceret cū Dauid, I. Paralip. c. 29. tua sunt domine om
 nia, & quae de manu tua accepim⁹ redimus tibi.
 Ait ergo sponsa, tu sponse, fructus hos tuo benefi

I. Paralip.
29

IN CANTICVM CANTICORVM

cio & munificentia produxisti, eosdemq; ad maturitatem perduxisti: tibi ergo huius horti omnes fructus seruantur, tibi vni debentur, tu eos magna cum voluptate obsecro percipias. In his etiam verbis, elucet prudentia singularis sponsæ, nam agnoscii sponsa, aspectu & presentia ipsius sponsi, omnia que in horto sunt, crescere, germinare, pullulare, arbores florere, fructu maturefcere. Accedit etiam, quod teste Pau. 2. ad Thimo. 2. Operante agricolâ oportet primû de fructibus percipere. Et tandè Eva inuitauit virum suum, vt gustaret fructu à Deo interdictum: sponsa vero prouocat sponsum, vt comedat fructum nõ lethiferum, sed salutiferum, & qui soli sponso erat dicatus. Cibûs vero sponso suauissimus est, vt fideles rectè pieq; viuant, & fructus dignos vita aterna producant: de quo apud Ioan. 4. ait Chrs, Cibûs meus hic est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Hæc autem voluntas Dei sanctificatio nostra est, ut ite Pau. 1. ad Thef. 4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Hic est ille cibûs, quo noster Isaac libèter vescitur, Genes. 25. Vnde cum Matt. 21. à longe prospiceret ficulneam frondosam folijs virètibûs, accessit esuriens, cumq; eam in fructiferam & sterilem reperisset, maledixit illi & statim exaruit: significans opere ipso Synagogam similem esse illi ficulneæ, quæ externis tantum ceremonijs, quasi folijs virebat, nullos autem ferebat virtutum fructus, quos Christus maxime esurit. Et omnes iusti cum offerrebant

COMMENTARII. CAP. V. 13
bant Deo sacrificia, non solum illis ad expiationis peccatorum vtebantur, sed etiam vt grati animi symbolum exhiberent: ita fecit Abel Genes. 3. Noe Genes. 9. Abraham Genes. 21. Iacob Genes. 30. & in summa, omnia antiqua legis sacrificia erant quasi voces sponsæ dicentis, Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructus pomorum suorum. Sed Deo ipse apud Esa. 1. testatur, hostias illas atq; sacrificia iam illi nõ esse grata, ostenditq; qui sint fructus illi gratissimi, nempe, subuenite oppresso, succurrite viduæ. Quæ omnia in Ecclesia Christiana maxime florebant. Et tandem, nulla re magis Deus inclinatur ad impèdenda mortalibus beneficia, quàm gratitudine: hoc enim significat Salomõ Eccles. 1. cum ait, Ad locum vnde exeunt flumina reuertitur, vt iterum resiliant: quod Job. 38. eleganter depingit, dicens, Nunquid ad præceptum tuum mittentur fulgura, & reuertentia dicent ecce adsumus, nam opera, siue miracula, siue sapietia & vitæ dona, merito fulguribus cõparantur: hæc verò tunc Deo gratissima sunt magisq; perficiuntur, cum ad Deum redeunt, illi soli tribuuntur, & reuertentia dicunt, Ecce adsumus. *Veni in hortum meum seror mea, sponsa, meusui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi fauam cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.* Sponsus, sponsæ beneuolentia, modestia, gratitudine, & prudentia inclinatus, annuit ipsius votis & precibus, promittitq; sese certo venturum in hortum, vtiturq; præterito pro futuro, ad significandam certitudinẽ

Gene. 3
Gene. 9
Gene. 21
Gene. 30

Esa. 1

Eccles. 1

Job. 38

Genes. 25

2. Tim. 2.

Io. 4.

Thes. 4

Genes. 25
Matt. 21

IN CANTICVM CANTICORVM

itudinem rei promissæ. Veniam, ait, ibi gratissima
 quæq; ex horto meo deligam: myrrhã, inquã, meã
 cum aromatibus meis, comedat etiã fauim meum
 cum melle meo, & bibã vinũ meum cũ lacte meo.
 Quod ante omnia myrrham dicit sese collecturũ,
 indicat qualia futura sint auspicia & initia Chri, in
 mundũ venientis. Nam primũ omnium descendit
 in vterum Virginis, quasi in hortũ amenissimũ, sta
 tim obtemperauit patris præcepto, iubētis vt pro
 salute generis humani mortem acerbissimam susti
 neret: quod Paul. ad Heb. 10. docet, dicens quod
 Chrs ingressus in orbem terrarũ dicebat illud psã.
 39. Sacrificium & oblationẽ noluisti, corpus autẽ
 adaptaisti mihi, tunc dixi, Ecce venio vt faciam vo
 luntatem tuam Deus, in qua voluntate sanctificati
 sumus per oblationem corporis Iesu Chri. Recẽs
 natus, legit myrrham, quoniã tenerrima ipsius mẽ
 bra, frigoris inclementia afflicta, lacrymas & vagi
 tus exprimebãt. Octaua insuper die, lapideo cultro
 circumcisisus doluit, & lacrymas fudit. Tandem in
 horto Gethsemani cõstitutus, in agonia sudat san
 guineas guttas, quæ per totũ corp⁹ decurrẽtes ter
 ram irrigabãt. In cruce etiam, inter cætera acerbis
 sima supplicia & dolores incõparabiles, vino myr
 rha permixto potatur. Hæc vero simul aromata nõ
 cupantur, quoniã cruciatus, & lacrymæ Chri serua
 toris nostri, in conspectu patris, gratissimũ spirant
 odorẽ, & thymiana sunt maximẽ suauitatis. Quod
 si de ipsa Ecclesia sit sermo, dicitur spõsus collige

1. 1. 1.

Heb. 10

psal. 39

Lucã. 3

Lucã. 22

COMMENTARII. CAP. V. 4

re myrrhã & aromata, quoniã in ipso statim nascen
 tis Ecclesiæ principio, ab his qui ad Christũ con
 uertebantur, Apostoli duò requirebant, primũ, vt
 de peccatis dolerent, alterum, vt per sanctas actio
 nes bonum odorem spirarent. Sic Ioan. 1. Luc. 3. &
 Matt. 3. prædicat pœnitentiam, dicens, Pœnitentiã
 agite subijcitq; vt fructus agant dignos pœnitẽtiæ:
 & Act. 3. Petrus, pœnitentiam agite, & baptizetur
 vnusquisq; vestrũ in remissionem peccatorũ. Et id
 iure optimo cõsultissimẽq; facit spõsus, nã post fi
 dem, spem, & charitatem, ceterasq; virtutes, quib⁹
 Chriani sibi ipsis cõsulant, & suã perfectionem ad
 quirunt: duæ sunt virtutes, quib⁹ maxime Dei hono
 ri cõsultitur, pœnitentia, & gratiarũ actio. Nã pœni
 tentia, dolore, lacrymis, & satisfactorijs operibus,
 Deo satisfacimus pro offensa, & nitimur ipsi recõ
 ciliari. Dum vero pro acceptis beneficijs debitas
 gratias agimus, illius gloriã & maiestatem pro viri
 li conamur illustrare. Quod vero dicit mesui, allu
 dit ad lætitiã maximã, qua ipse Chrs perfusus est,
 cũ pro nobis patiebatur: deinde, cũ nos & pro pec
 catis satisfacim⁹, & pro acceptis beneficijs gratias
 referim⁹. Nã mesis tẽpore, agricolẽ mirũ in modũ
 lætatur & exultãt, iuxta illud Esa. 9. Lætabũtur corã
 te, sicut qui lætantur in mese. Vltimò cũ D. Grego.
 Beda, & D. Tho. presens locus potest exponi de in
 stis hominib⁹, qui in principio florentis Ecclesiæ,
 multis ppter Chrm supplicijs afficiebãtur: in qui
 bus Chrs ipse, myrrham persecutionũ, & aromata

Luca. 3
 Matt. 3
 Acto. 3

Esa 9.

sancta-

IN CANTICVM CANTICORVM

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

De Eucharistia sacramentū

sanctarū actionum, magna cū voluptate colligebat, ipsosq; ad meritorū maturitatē perductos, per martirium, quasi quadā falce, metebat vt. trāferret ad eternā felicitatē. *Comedi fauum.* Planus horum verborū sensus est, tã mihi, ait sponsus, gratū est pro te mortem sustinere, spōsa charissima, meq; ipsum patri in sacrificiū offerre, vt si fauum cū melle comederem, & vinum cū lacte biberē. Sed sancti patres, per fauum liquorem ditullātem, interpretātur opera cōsiliij, quę nō metu gehennę, aut p̄cepto astricti, sed spōte amplectuntur iusti: quę admodū apes, nature ductu, singulari alacritate fauos cōponunt: bene autem cōsiliij opera fauo cōparantur, quoniã in ipsis maximā iusti percipiunt voluptatē. Per vinum autem, ardentior charitas significatur, ad quā aspirant homines, qui cōsiliij opera sectantur. Sed quoniã Gręci omnes, & Cōplutensis Biblia respōdens editioni septuaginta, legunt, Comedi panem cū melle meo, exponitur p̄fens locus à patribus, de sacrosancto Eucharistię sacramēto, in quo cōtinetur Ch̄s, illiusq; corpus & sanguis, sub speciebus panis & vini. De corpore vero ait Ch̄s, Ioan. 6. Caro meā verē est cibus: de sanguine, Sanguis meus verē est potus: Ait ergo Ch̄s, Tã mihi iocundū & suauē fuit, amarissimā mortem pro charissima spōsa perferre, vt sacramentum instituerim, & reliquerim Ecclesię, sub speciebus panis & vini, in quo, & illius mortis, quā in cruce pertuli cōmemoratio fieret, & illud sacrificium quod ibi optuli cruentum, quotidie

COMMENTARII. CAP. V. 7

quotidie repeteretur incruentum. Dicitur vero panis, Eucharistię sacramentū, primū, quoniã Exo. 16. cū cibus ille quo pascebatur populus Hebręus, primum de cœlo descēdit: dixit Moses, Hic est panis quem dedit vobis dñs ad vescendū: & Sap. 16. Panem de cœlo p̄stitisti eis, omne delectamentum in se habentem, & omnem saporis suauitatē: Ioā. 6. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descēdit. Panis p̄terea dicitur, primum, quia corpus Christi continetur sub speciebus panis, panis etiã alit, nutrit, & etiã corpus auget: sic etiam internus homo, hoc viuifico sacramento alitur, nutritur, & augetur in gratia, & charitate: quod vero hoc loco fit mentio faui, mellis, vini, & lactis, intendit spōsus per hęc symbola, admonere & docere Christianos, quibus virtutibus & actionibus p̄parari oporteat, eos, qui huic sacrosanctę mensę sunt accubaturi. Nã in fauo & cera inuenitur & mel, cera luminis est pabulū, & mellis vasculum seu receptaculum: ex qua fiunt lucernę cereę, quibus nocturnas tenebras profligamus. Significat vero cerea hęc lucerna, examen & diligentiam quā debemus adhibere, priusquam ad hoc sacramentum accedamus, an simus conscij alicui⁹ culpę mortalis: iuxta illud Pau. 1. ad Corin. 11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quod vero cera vasculum est mellis, indicat cōscientiam rectā, magnā secum habere suauitatem & dulcedinem: iuxta illud Proverb. 15. Secura mens quasi iuge cōuiuium. Ecōtra

Exo. 16

Sap. 16.

Ioann. 6.

Nota.

1. Cor. 11

Proverb.

15.

B praua

Act. 8. praua cōscientia, amaritudinem & animi cruciatū, parit: Acto. 8. In felis amaritudine & obligatione iniquitatis video te esse. Mel autem quod vt superior dixeram, altiore sapiētię gradum significat, ostendit accessuros ad hoc sacramentum, altiori sapientia indigere, vt cōtemplari valeāt huius sacramenti magnitudinem, in quo maxime elucet Dei omnipotentia, sapientia, bonitas, & iustitia, dicente Dauid psa. 110. Memoriā fecit mirabilium suorū, misericors & miserator dñs, escā dedit timentibus se. In vino autem, significatur ardentissimus amor, quo inflāmati & incēsi esse debent, illi, qui assidēt huic mensæ. Est enim vini proprium, animū exhilarare, curas pellere, atq; tristitias, & somnum inducere: oportet enim accedere ad hoc sacramentum cū maxima auiditate & alacritate transformādi se ipsum in Deū. Lac vero, quod paruulorum est nutrimentum, symbolum est modestiæ, & humilitatis, qua præditos esse oportet, illos omnes qui reficiēdi sunt hoc sacramento. Vnde Ecclesia vsurpare solet verba illa Centurionis, Dñe nō sum dignus vt intres sub tectum meum. *Comedite amici, bibite, & inebriamini charissimi.* Si sequamur primum illū sensum, quod Chrs tam leto animo suscepit mortē pro nostra salute, ac si fauam comederet, & vinū suauissimum biberet, & lacte dulci reficeretur: nunc vult vt omnes iusti leto animo tribulationes, & cruciatus sustineāt ppter Christū, dicēte Pau. ad Rom. 8, Si tñ cōpatimur, vt conglorificemur: & ad Rom. 5.

Rom. 8.

Rom. 5.

Glo-

Gloriamur in tribulationib⁹. Quod si sit sermo de lacrymis, vigilijs, orationib⁹, & fructibus pœnitentiæ, quos proferunt illi qui ad Deum cōuertuntur: de illis etiam intelligitur quod sint instar faui, mellis, vini, & lactis suauissimi ipsi spōso. Ait ergo spōsus amicis, Vos quoq; oportet in cōuersione peccatorū epulari, letum celebrare conuiuium, gratos choros ducere, exultare præ gaudio: gaudiū nanq; est in cœlo, vt ait Christus Luca. 15. corā angelis Dei super vno peccato pœnitentiam agente. Si tamen carmen hoc de sacramento Eucharistię cū patribus explicemus, sensus est, vt non omnes, sed illi tantum qui carent cōscientia peccati mortalis, ad hanc mensam accedant, neq; enim cōceditur vsus huius sacrosancti cibi, immūdis, sed mundis, amicis vero charissimis & Deo cōiunctissimis, nō solum cōceditur bibere, sed etiam inebriari. Vbi videtur spōsus insinuare rationes, propter quas Ecclesia nō permittit omnibus sumere Eucharistiam sub speciebus panis & vini, sed solis sacerdotibus, quos ex officio oportet esse Deo charissimos, & quidem in comedēdo, nō nihil laboris & difficultatis inuenitur, & plus temporis protrahitur dū cibus cōteritur, masticator, & in stomachum traicitur: bibimus autem maiori cum facilitate, suauitate, & temporis breuitate: his ergo verbis subindicatur discrimin inter eos qui sunt in primo. & secūdo charitatis gradu, incipientes, inquā, & proficiētes, atq; illos qui iam perfectū charitatis gradū te-

Luca. 15.

Nota.

B 2 nent,

nent, primi comedunt, posteriores vero bibunt, & inebriantur: illi enim adhuc dum seipfos preparant ad susceptionem huius sacramenti, non nihil difficultatis patiuntur: hi vero qui iam sunt in altissimo charitatis gradu constituti, magna cum voluptate huic mensę accubunt, diuino cibo & potu reficiuntur, & ardentissimo Dei amore ebrii, super omnia creata conscendentes, in Deum transformantur. Vnde Aggeus c. i. quorundam segnitiam & fociam reprehendit, qui cum frequentissime hoc sacramento reficiantur, nunquam tamen huius sacramenti verum fructum percipiunt. Comedistis (ait) & non estis saturati, bibistis, & non estis inebriati. Multi tamen sanctorum patrum, hec verba, Comedite, dicunt intelligenda esse, de mensa illa quam splendidissimam & omnibus epulis exuberantem, proponit Christus Ecclesie sue, totius sacre scripturę veteris, & Evangelicę, de quo Dauid psal. 23. ait, Paraisti in conspectu meo mensam: & Esa. c. 25. Faciam, ait dominus, in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuium medullatorum, conuiuium vindemię defecata: mundus etiam fallacissimus, & blanda atque fucata caro, suam mensam proponunt, mellitis prima specie, sed pestiferis cibus refertam: de qua Salomō Prouerb. 3. ait, Fauus distillas labia meretricis: nouissima autem illius, amara quasi absinthium: & Prouer. 9. his verbis solet inuitare homines, aquę furtiue dulciores sunt, & panis absconditus suauior: sed quoniam c. i. multa de his dixeram, hæc quasi delibasse sit satis. *Ego dormio, & cor meum*

Agg. i.

psal. 23.

Esa. 25

Prouer. 3

Prouer. 9

meum vigilat. Dicitur vix potest, quantum laborant & variant interpretes, in huius sententię germano sensu inquirendo, quidam, ut Psellus, hec verba putant esse sponsi, qui cum in horto sponsam suosque sodales ad edendum & bibendum inuitaret, ut ipse ceteros præiret, cibo & potui largius indulgens, dormitare cepit: atque ita ut sese excusaret, ait, Ego dormio, & cor meum vigilat: quasi dicat, Et si speciem præferam dormitantis, animo tamen & corde, vobis, vestrisque sermonibus adsum. Christus namque, qui iuxta ea quę iam diximus, ingressus mundum, & totius vitę suę curriculo, myrrham laborum & cruciatuum, pro humani generis salute, libenter effudit: in postremo vitę suę actu, hoc est, in horto Gethsemani, in domo Annę, & Caiphę, in edibus quoque Pilati & Herodis, ac tandem in Caluario monte, litiētissimus salutis nostrę, tantum hausit calicis passionis, ut in patris manus animam effundens, inclinato capite, tandem obdormierit. Vnde in persona Christi, psal. 3. ait Dauid, Ego dormiui, & soporatus sum. Sed verè ait, Ego dormio, & cor meum vigilat: nam licet in crucis lectulo, dormiret, anima tamen vigilabat, quę ad inferos descendit, & tartareis ministris timorem incussit, iustos, purgatorijs flammis addictos consolatur est, & plurimos in libertatem asseruit: patres in Limbo existentes, ex tenebroso illo carcere, in clarissimam felicitatis lucem eduxit. Quod si prothoplaste ille, quando infuso sopore per Deum dormiebat, Eua illius coniux pulcherrima, de illius dormientis late

Psal. 3

Genes. 2

re formata est, censetur nō dormisse, sed ita animo vigilasse, vt altissima fidei nostræ sacramenta, tunc ipse peruiderit: quanto æquius est, hoc de Christo cuius ille imaginem ferebat, cogitare? De cuius latere, in cruce dormientis, lanca percussæ, scaturire sacramenta, quibus Ecclesia Christi multo pulchrior sponsa generatur, roboratur, curatur, nutritur, & perficitur, ac tandem propagatur. lacebat quidē Chrs in cruce, quasi alter Noe, Genes. 9. nudus diuini amoris, vino temulentus, & Iudaicus populus, vt alter Cam, nuditatem & temulentiam patris irrisit, sed vigilat (mibi credite) Christus, tūc enim populum illum impudentem, & ingratum, maledictum, repudiavit: antiquum sacerdotiū abrogauit, nouum sacerdotium & sacrificium instituit, Ecclesiam nouā, nouasq; leges faciuit, ipsamq; Chriā rempub. ad cælos euexit, quod Genes. 28. nobis videtur adumbrasse clarius Deus in Iacob, qui inter dormiendū, vidit scālā, cuius culmen attingebat cælum, & angelos ascendētes & descēdentes per scālā, Deūq; illi pollicentem, sese illi daturū terram, in qua quiescebat, illiusq; semē & populū ex eo nasciturum, toto terrarum orbe propagandū: vigilabat ergo Chrs cruci affixus, & dormiens, id quod ipse Ioā. 12. aiebat, Nūc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras, & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum: hoc autē dicebat significās qua morte esset moriturus. Videtur præterea verba hæc, esse Chri, quib⁹ tacite obiectioni

Genes. 9.

Genes. 28

Ioā. 12.

iectioni sponsæ & amicorum respōdet. Solet nāq; plerunq; Deus permittere, vt Ecclesia spōsa ipsius charissima, multis laboribus & incommodis exerceatur, illiq; amici, ab improbis hominib⁹ multis iniurijs afficiantur: tunc enim Chrs quasi dormientis personā videtur suscipere. Vnde David psal. 43. ait, Quoniā propter te mortificamur tota die, æstimated sum⁹ vt oues occisio: i, exurge, quare obdermis dñe? Quasi dicat, Quis obsecro dñs, cernens seruum propter illius gloriam certantē, & iugulum gladijs obijcientē, nō illi presentissimā opē ferat? Tu vero cū videas nos passim iugulari, & quasi oues in macello maçtari, cur quæso hoc permittis, & dormitantis more nos videris cōtemnere? Respondet ergo Chrs his querimonijs, Ego dormio & cor meum vigilat: quod clarius ostendit Chrs, Marci. 4. vbi cū ipse in nauicula esset, quā alię nauiculę comitabātur, dormiuit, & cōsopitus est super cervical: eo vero dormiēte, nauiculę omnes iactabātur fluctibus, vt pene mergerentur, accessere discipuli, & excitauerunt Chrm dicentes, Magister, nō est tibi curę quod perimus? Tunc expergefact⁹ Chrs, imperauit mari & vētis, & statim sequuta est trāquillitas magna. Hoc sæpenumero fieri vidimus in Ecclesia Christiana: vidimus ventorum impetū, & hæreticorum furorem, in cādida veritatis vella irruentem, vidimus vim, rapinas, & peccatorū colluiem aduersus veritatē Euangelicā pugnātem: vidimus nauiculā Chri, tempore Arrii, iam pene procel-

psal. 43

Marci. 4

IN CANTICVM CANTICORVM

procellis & erroribus latus dātem, & penē merfam atq; pefūdātā: sed Ecclefiæ precib⁹, & sanctorū vobus excitatus Christus, euigilauit, imperauit vēris & mari, & pro tempestate serenitas, pro erroribus veritas Catholica, omnium fidelium summa lætitia secuta est: ita, vt verē dicat Chrs, Ego dormio, & cor meum vigilat, Verū qm̄ omnes fere patres, tā Græci, quam Latini, & ipsi quoq; Hebræi magistri, verba hęc ascribūt sponsæ, quę expositio maxime coheret sequentibus verbis, Oportet hęc sententiā de sponsa explicare, quæ vehemēter optabat imitari spōsum, myrrham pœnitentiæ, lacrymarum, vigiliarum, & ieiuniorum, cū ipso metere, in horto sanctioris vitæ, odoramētis affluere, fauam maximarum virtutum comedere, & ad sacrā illam mensam, non solum cum amicis panem illum cœlestem edere, sed vino sacrosancti calicis, ita inebriari, vt extasin patiat, sed retardat eam caro grauis, somnolenta, & pigra, atq; ita, ait, Ego corpore dormio, sed cor meum vigilat: quod Paul. ad Rom. 7. aiebat, *Mente cōdelector legi Dei, carne autē legi peccati: & Christus apud Mat. 26. Spirit⁹ quidē promptus est, caro autem infirma.* Alij secuti Aug. in expositione illius loci capitis. 1. Nigra sum, sed formosa: aiunt, Ecclesiā dormire in peccatoribus, vigilare autem in iustis, quos merito, cor suū appellat spōsa, quia quēadmodū in corde, vitę principiū est, indeq; spirit⁹ vitales diffundūtur in cetera mēbra, sic Spiritus sanct⁹, qui totius supercœlestis vitę

Rom. 7

Matth. 26

princi-

COMMENTARII. CAP. V. 9

principium est, potissimum residet in iustis: illa tñ interpretatio, mihi in primis arridet, eorum qui putant verba hęc sponsæ, esse quasi quoddā enigma cōiuiale, more priscorum, qui in cōuiujs enigmata quędā proponebāt, tum vt cōiuuas exhilararēt, tum etiam, vt eruditis colloquijs peritiores discederent: quod Samson Iudic. 14. p̄stitit, proposito illo enigmate, De comedēti exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo: ita nunc sponsa ait, Ego dormio, & cor meū vigilat, vt vero enigma ipsum cōiuuis declaret, quid ipsi spōsæ dormienti cū spōso cōtigerit. Cū enim ipsa, longa expectatione spōsi fatigata, cubitū iuisset, & in lecto iaceret, de ipsius absentia egra atq; sollicita, dormire cœpit, sed cū spōsus ad fores pulsaret, statim euigilauit, audiuitque spōsum dicentem, *Aperi mihi soror mea. Non autem mirandum est, quod spōsę dormienti, occurrat imago spōsi, quoniā simulacra earum rerum, de quibus impensius cogitauim⁹, solēt inter dormiendum frequenter occurrere.* In hoc vero sponsæ in somnio, maxima latent sacramenta, & rerum futurarum p̄sensiones. Vt ergo mysteria quæ in hoc sponsæ somno cōtinetur clarius intelligamus, obseruādum est, quod dormire in sacra scriptura quadrisariam accipitur, primū ad verbū, dormire pro somno accipitur corporeo, quo sensus ligantur, & rationis vsus intercipitur, Deo hoc prouidente; vt animalia & p̄sertim homo somno recreentur, & mēbra, diurno labore fatigata quiescant, viresq; ad

Iudic. 14

1. 1. 1.

1. 1. 1.

C futuros

IN CANTICVM CANTICORVM

futuros labores capeſſendos inſtaurentur: ſolēt ve-
 ro viri virtute præſtantes, inter dormiendū, à Deo
 de rebus futuris illuſtrari, & de maximis myſterijs,
 vt Iacob, cuius iam fecimus mentionē, Genef. 28.
 quādo vidit ſcalā cęlos pertingentē: & Ioseph, Ge-
 nef. 37. quādo vidit fratrū manipulos inter dormiē-
 dum, ipſius manipulum ſtātem adorare: ſolē etiam
 & lunā, atq; vndecim ſtellas, illi maximos honores
 deferre: & in nouo Teſtamento Matt. 1. dormienti
 Ioseph loquitur angelus, eumq; inſtruit de myſte-
 rio incarnationis: & c. 2. Magis dormientibus, De⁹
 iubet vt per aliam viam in ſuam patriam redeant:
 Iob. 4. Porrò ad me dictum eſt verbum abſcondi-
 tū, & quaſi furtiuè audit auris mea verba ſuſurri ei⁹,
 in horrore viſionis nocturnę, quādo irruit ſopor ſu-
 per homines. Clarius hoc docet c. 33. dicens, Cū ir-
 ruit ſopor ſuper homines, tunc aperit aures virorū
 & inſtruit eos, vt diſcedant à vijs ſuis malis. Vnde
 ipſi quoq; prophani authores, docent, viris qui ſūt
 animi purgati, etiam inter ſomnia futura reuelari.
 Ariſtotelesq; libellū edidit de diuinatione per ſo-
 mnium: & Socrates apud Platonem, dialogo. 9. de
 de repub. huic ſentētię ſubſcribere videtur: Iābli-
 cus, Democritus, & Galenus, hoc etiā teſtātur. Et
 de noſtro ſanctiſſimo Thoma refertur, quòd cum
 mēbra ad qui eſcendum cōponebat, etiā inter dor-
 miendum dictabat, & quę vigilās dictauerat proſe-
 quebatur, & ſcriptores illi⁹, dictata illa excipiebāt.
 Hoc ergo in ſenſu, bene ait ſpōſa, Ego dormio cor-
 poreo

Gen. 28
 Genef. 37

Matt. 1

Matt. 2

Iob. 4

Ariſtot.

Socrates

COMMENTARII. CAP. V. 16

poreo ſomno, ſed cor meum & mens mea vigilat:
 dum rerum diuinarum etiam iuter dormiendū co-
 gitationibus vacat. Dormire etiam dicuntur in ſa-
 cra ſcriptura, qui moriuntur, qua phraſi, Chſs Ioan.
 11. dixit, Lazarus amicus noſter dormit: hac vero
 voce vtitur, quoniā facili⁹ eſt Deo, mortuū ad vitā
 reuocare, quā nobis dormientē excitare, ideo ſub
 iecit, Vado vt à ſomno excitem illum. Eadem etiā
 phraſi Matt. 8. dixit, Nō eſt mortua puella, ſed dor-
 mit: hincq; in ſacra ſcriptura plerunq; dicitur, Dor-
 miuit Dauid, dormiuit Salomon, & c. 1. ad Theſa. 4.
 ait Pau. Nolumus vos ignorare de dormientibus.
 Sponſa ergo ſpe plena futurę reſurrectionis, & ſu-
 per cęleſtis præmij, ait, Ego dormio, & cor meū vi-
 gilat: quaſi dicat, Cū per corpoream mortē ſomno
 fuerim cōſopita, tunc animo, mente, & volūtate to-
 ta vigilabo: iuxta illud pſa. 126. Cū dederit dilectis
 ſuis ſomnū, ecce hæreditas dñi: & pſa. 141. Educ de
 cuſtodia animā meā, vt cōfiteatur nomini tuo: qua-
 ſi dicat, Nunc graui corporis ſarcina depreſſus, &
 obſcuro carcere recluſus, nō poſſum pro animi vo-
 to, tuis laudib⁹ incūbere: educ ergo me, ex hoc ob-
 ſcuro carcere, vt liber, ſecurus, totis viribus confi-
 teri poſſim, & laudare nomen tuum atq; maieſtatē:
 Apoc. 14. Beati mortui qui in Dño moriūtur, amo-
 do iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus
 ſuis. Tertio vero dormire in malam partem vſurpa-
 tur, pro ſomno non corporis, ſed animę, quę in vo-
 luptatum cęno, quaſi in lecto iacet: vino rerum ſen-

Io. 11. 11

Matt. 8

1. Theſ. 4

pſal. 126

pſal. 141

Apoc. 14

sibiliū temulenta, in vtranq; aurem dormit: de quo somno ait Pau. ad Rom. 13. Hora est iam nos de somno surgere, nox præcessit, dies autem appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarum, &c. et 1. ad Thes. 5. Qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt: sed cū Synagoga mūdi & carnis vino ebria, in altum dormiebat, sponsus qui illius est cor & præsidium dulcissimum, ad fores ipsius pulsabat, dicens, Aperi mihi soror mea: id etiam facere solet frequentissime, cū miseri peccatores graui & lethifero mortalis peccati somno pressi, securi dormiunt. Peccatores excitat spōsus, à somno peccati, verbis illis, Pau. ad Ephes. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Sed, proh dolor, multi etiam hoc tonitruo nō excitantur, sed in peccatorū profundo, non aliter, atq; Ionas in profundiori nauis parte, cū sequebatur tempestas, grauisimo sopore premuntur, ita vt de illis dici possit illud Proue. 23. Erit quasi dormiens in medio mari, & quasi gubernator sopitus, amisso clauo, & dicet, Vulnerauerunt me, & ego nō dolui, traxerunt me, & ego non sensi. Postremo somnus in bonam partem accipitur, significat enim quandam cessationem & vacationem, ab affectu, & amore rerum sensibilium: ita vt oculos claudat corporeæ pulchritudini, aures obturet, ad Syreneas mūdi voces: omnes sensus auertat à reb⁹ sensibilibus, & hoc mūdo ita vtatur, ac si nō vteretur, iuxta cōsiliū Pauli, & pacatis turbulentis animi

pertur:

perturbationibus, optata quadā animi pace & tranquillitate fruatur: hæc animi pax & tranquillitas, somnus in sacra scriptura plerumq; appellatur, psal. 4. postquā dixerat, Sacrificate sacrificiū iustitię, &c. subiecit, signatū est super nos lumen vultus tui domine. Felix legit cū alijs ex Hebræo, Exaltatū est, aut eleuatū est super nos vexillum luminis tui domine, hoc est, cū clausis sensibus, rebus omnib⁹ perituris, æterna tantum & diuina cōtemplamur, tūc indicibili quadā lætitia perfundimur: præsertim, cōuiuio corporis & sanguinis Chri recreati. In pace, in idipsum dormiam & requiescā: hoc est, ego dulcissimo somno fruar, cū præter Deum, in quo vno spes omnes opesq; meæ cōstitutę sunt, nihil aliud desiderauero. Est vero etiam in hoc somno, grad⁹ quidam multo sublimior atq; perfectior: quę theologo extasin appellant, siue raptū: de quo Pau. 2. ad Corin. 12. scio huiusmodi hominē raptū vsquē ad tertium cælum, audiuisse arcana verba, quę nō licet homini loqui: & Ioā. 13. sacer Euāgelista, cū in Chri sinu quiesceret, raptus in cœlū cognouit mysteriū Trinitatis, & spōsa, Cāt. 2. Leua ei⁹ sub capite meo, & dextera illi⁹ amplexabitur me. Spōsusq; adiurat adolescentulas per capreas, ceruosq; cāporū, ne succitēt ab hoc somno dilectā, donec ipsa velit. *Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium.* Vox dilecti mei pulsantis: Agnoscit sponsa etiā dormitās, spō

psal. 4

Breuis expositio in psal. quartum.

2. Cor. 12.

Ioann. 13.

Cantic. 2.

Rom. 13

1. Thes. 5.

Ephes. 5.

Prouerb. 23.

1. Cor. 7.

IN CANTICVM CANTICORVM

si sui vocem, certoq; pronuntiat, illā esse sponsi, & non alterius. Nam inter cætera maxima beneficia quibus sponsus sponsam suam cumulauit, & cōdecorauit, illud mihi maximum esse videtur, quod habeat vim, atq; spiritū, & lumē supercæleste, ad discernendum inter spōsi vocem, & voces pseudoprophetarum, quod Chrs Ioan. 10. aiebat, Oues meæ vocem meam audiunt, & agnoscunt vocē meam, & non alienorum, non aliter atq; inter cætera naturæ miracula, cernimus agnū, natura instigante ad vocē suę matris balātis, ipsumq; vocantis adcurrere, ipsiusque vbera & non alienę quærere: ita Ecclesia vocem Christi agnoscit, atq; discernit, reiectis vocibus pseudoapostolorum, hæreticorum, & falso-
rum prophetarum, illustrata & afflata lumine Spiritus sancti: de quo Paul. ait. 1. ad Corinth. 5. quod scrutatur omnia, etiam profūda Dei: vnde psal. 84. ait David, Audiam quid loquatur in me dñs Deus meus, quoniam loquitur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui cōuertūtur ad cor. Aperi mihi soror mea. Crescit per singulos numeros hæc sponsi oratio, fitq; in singulis verbis vehementior, vt potētius influat in animū spōsę, eamq; permoueat vt pulsanti aperiat. Nā blādæ illę appellationes, sororis, amicæ, columbę, & immaculatę, sunt quasi quædam machinæ, non bellicæ, sed amatoria, quibus sponsus intendit penetrare & irrūpere in sponsæ viscera, illāq; totam ad seipsum cōuerture. Quod enim illā sororem nominat, est veluti

1011

quædam

COMMENTARII. CAP. V.

12

quædam cōmemoratio illius, incomparabilis beneficij, quo vt suæ erga genus hominum, charitati satisfaceret, nostram infirmitatē suscepit, frater noster eiusdemq; naturę particeps factus, vt vel naturæ cōmunionē similitudinēq;, ad eum diligendum inflāmaremur: & etiam vt pudeat spōsam, fratri ad ostium pulsanti nō aperire. Quod si verecundię & pudoris causas prætendat sponsa, quod nō licet in tempestę noctis tempore, fores referare, etiam fratri, viro absente, appellat eam secundo loco sponsam & amicā, quod marito & sponso, etiam noctis tempore, fores domus suæ patere debeant. Quod si nec sororis nomen, neq; mariti vinculum sponsam mouet, ad hoc vt illi ostium cordis aperiat, flectat illā columbę appellatio: quo nomine explicat sponsus, ardētissimum amorem erga sponsam suā, & quo maior nullus possit excogitari: hæ enim auculæ, mutuò se impensissime amāt, vt. ex illis gutture formatis quærelis, crebris exōsculationibus, & in orbem ductis frequentibus adulationibus, facile cōstat. Quod si nec fraterna cōiūctio, nec mariti in cōiugē authoritas, nec amor ardentissimus, qualis est colūbi erga suā colūban, te mouet, moueat te & flectat, quod sis immaculata mea. Hebræi legunt, integra mea, hoc est, numeris omnibus absoluta: quo vno verbo cōplectitur sponsus omnia beneficia quæ in sponsam cōtulerat, quib⁹ eam mundauerat, exornauerat, locupletauerat, & in tantā celsitudinē euexerat, vt eam in altissimo virtutum om-

1012

nium

Ioan. 10

Nota.

1. Cor. 5.

psal. 74

IN CANTICVM CANTICORVM

nium gradu collocauerit. Addit tñ verba alia, quæ maiore mihi videtur habere energiã, nimirũ, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Afferit nãq; spõsus, quod in tãta tẽporis inclemẽtia, ad fores pulsans perseuerauerit, ita vt caput nocturno rore fuerit madefactum: & per implexos capillos iã guttẽ defluãt frigidissimẽ. Si igitur fratri, spõso tui amãtissimo, & de te optime merito, aperire recusas, saltẽ ille qui propter te tot sustinuit labores, repulsã nõ patiatur. Quod si hæc amoris vincula, quæ tãti ponderis esse videtur, spõsam nõ permouent, vt cordis ostium pulsanti aperiat: moueat saltẽ hominem, suarum cõmoditatũ amãtissimum, quod caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Caput Chri deitas est, à qua coelestia omnia bona, veluti à purissimo quodam fonte deriuantur. Nomine autẽ roris in sacra scriptura significãtur bona celestia, vt Gen. 27. ait Isaac filio suo Iacob, In rore celi, & pinguedine terre erit benedictio tua: per rorẽ celi, significat, celorũ, solis, lunæ, & astrorũ omnium clementiorem illapsus, sicut per pinguedinem terræ, significatur vbertas rerum omnium quæ ex terra nascuntur. Sed iam per rorem celi, supercoelestia bona exprimuntur, vt psal. 132. vbi describitur fraterna concordia, præsertim quæ in vniº Dei cultu cõsistit. Ecce, ait, quã bonũ & quã iocundũ, habitare fratres in vnũ, sicut vnguentum in capite: & sicut ros Hermõ, & sicut ros qui descẽdit in mõtem Sion. Cõparat ergo fraternæ

Genes. 27

psal. 132

COMMENTARIUM CAP. VI. 13

fraternæ cõcordiæ bona, rori mõtis Hermon, quomõs ille irrigatus pascuis vberrimis abũdat: caput vero vt dicebã, diuina natura est in Christo, à qua omnia bona supercoelestia deriuantur in ceteros Ecclesię ministros: Ioan. 1. Vidimus gloriã eius, &c. vidimus, inquã, Verbum caro plenu gratia & veritate, de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Et quod à Chro capite, ros coelestium donorum, sit in cetera mẽbra diffusus, testatur Paulus ad Ephes. 4. & Ioan. 20. Chrs dixit Apostolis, accipite Spiritum sanctum, quorũ remiseritis peccata, &c. Vnde Esa. 26. de hoc rore, & de his guttis, quæ per ministros Euãgelicos quasi per cincinnos distillant, ait, Surgent mortui tui, interfecti mei resurgent, expẽrgiscimini, & laudate qui dormitis in puluere, quia ros lucis ros tuus, & terrã gigantum detrahet in ruinam: vbi, doctrinã Apostolicã cõparat rori matutino, quo prata marcescentia & arida reuifescunt & reuifescunt, nouamq; induunt letitiã: & illud quod nos legimus psal. 109. Ex vtero ante luciferũ genuite, ex Hebræo legit Hierony. Ex vtero auroræ, ros iuuentutis tuæ. Per iuuentutẽ significatur Apostolorum exercitus, quos Chrs delegit ad destruendũ Sathanę principatum, & propagandũ ipsius imperium, quos cõparat rori matutino, quo prata virescunt, vnde imprecatur sterilitatem Dauid. 1. Reg. vlt. mõtibus Gelboe, dicens, Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia descendat super vos: & psal. 71. vbi loquitur de aduẽtu Messia, Descẽdet, ait, sicut plu-

13

Ioann. 1.

1. p. h. e. 4.

Ioann. 20.

Esa. 26

1. Reg. vlt.

psal. 71

D uia

IN CANTICVM CANTICORVM

uia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terrā, vbi alludit, ad stupendum signum quod cōrigit Ge deoni, Iudic. 6. vbi prius vellus rore fuit humefa- ctū, tota terra sicca manente, deinde area ipsa & ter- ra fuit irrigata pluuia, cū tamē in vellere, neq; vesti- gium roris aut aquæ appareret, vbi iuxta sanctorū patrū interpretationē, significatur quod principio Christus solis Iudæis cōmunicauit rorem Euāgeli- cæ doctriņę: postea vero ros doctriņę Apostolicę, diffusus est per totum orbem terrarum, sicut stillici- dia stillantia super terram. Bene ergo ait Chrs, ca- put meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Sed quāquā hęc pulsatio, à patribus de pulsatione quę fit vt credamus & ad Deum cōuer- tamur, exponatur: mihi tñ magnopere placet expo- sitio Greg. Pont. Bedę, Ansel. & D. Tho. quæ etiā est D. Aug. tract. 57. in Ioān. quod hęc pulsatio, est quasi vocatio & instigatio Dei, quę fit hominibus iam in virtute prouectis, vt curā salutis proximorū, humeris suscipiant suis: hac enim de causa blandif- simis vtitur titulis sororis, amicæ, colūbæ, &c. Qua- si dicat, Oportet te, spōsa mea, hominū salutē pro- curare omni studio, quæ soror est, amica, & inma- culata: dicuntur vero euangelici ministri, aperire sponso, quoniā dant operari, vt ceteri Chro pulsati ostium cordis aperiant, eosq; excitant ad melio- rem vitā: ad Ephes. 5. Surge qui dormis. Et Eccle- sia inquit, Surgite vigilemus, quia promissit Deus coronā vigilantibus, nocte surgentes vigilemus om- nes

Iudic. 6.

Nota.

Luc. 11.

COMMENTARIIL. CAP. V. 14

mnes. Vnde Luc. 11. de Ioāne p̄cursore atq; excita- tore, ait Angelus, hic veniet in spiritu & virtute Elię, & cōuertet corda patrum, in filios & incredu- los ad prudentiā iustorum: & Zacha. P̄cibit ante faciem dñi parare vias eius: & 2. Corin. 5. Erat De- us in Chro mundū reconcilians sibi, & posuit in no- bis verbū reconciliationis. Pro Chro ergo legatio- ne fungimur, tanquā Deo exhortāte per nos. Obse- cramus pro Christo, recōciliamini Deo. Et ne mo- destia ducti, aut suæ infirmitatis cōscij, viri iusti ad regimen Ecclesiæ vocati à Deo, laborē reculent, aut imposito oneri humeros subducant, ait sp̄s, Caput meum plenum est rore: hoc est, aderit tibi diuini spiritus p̄sentissimū auxilium, Caput nan- que meū plenu est rore, id est, celestib⁹ bonis, quæ soleo ego liberaliter & effuse meis ministris com- municare, iuxta illud, Vnguentum in caput, quod descendit in barbam, suscipiant montes pacem po- pulo. Et cincinni mei guttis noctium. Quasi dicat, hoc est non solū in capite meo, id est, in natura diui- na, sed in cincinnis capitis, hoc est, humana natu- ra, ros est quem ego meis ministris libenter confe- ro, vt in die Pentecostes. Vel ostēdit Ecclesię suæ, suisq; ministris designatis & vocatis, equum esse, vt ipsi prompto animo animarum curam suscipiāt, & homines reuocent à peccatis, quia caput Chri, hoc est, numinis diuini maiestas, multis modis of- fenditur, nimirum heresibus, Iudaica perfidia, blas- phemijs, periurijs, & alijs peccatis, quæ diuinā of- fendunt

Luc. 11

2. Corin. 5

Nota

ferunt maiestatem: Cincinni vero capitis intelli-
 guntur sancti Deo cōiunctissimi, qui etiā blasphemis
 hæreticorū offendi solent. Sed iam nunc quid
 sponsa in persona hominum iustorum qui vocātur
 ad regimen Ecclesiæ, respondeat, audite. *Spōsiani
 me: tunicam meam quomodo induar illam? Laui pedes meos,
 quomodo inquinabo illos?* Respondet Ecclesia, Ego
 iam olim mundo & carni renunciaueram, iam vete-
 rem hominem exueram, & Christum induta, illius
 mores & exempla imitari contenderam, at quē ma-
 dulcissimo cōtēplationis ocio fruebar, quid er-
 go me miseram a felicissimo statu, ad solitudi-
 nem & curas pastoralis regiminis vocas, in quibus
 magnum est periculum redeūdi ad veteres mores?
 Qui enim intingit pittem, ab ea inquinabitur, cū ta-
 mē Iudas in sua canonica moneat, vt summo odio
 iannalem tunicā prosequamur, quæ maculata est:
 Matt. 24. & Matt. 24. monet Christus, vt qui in agro est non
 reuertatur domum tollere tunicam suam: & 2. ad
 2. Tim. 2. Thimo. 2. Nemo militans Deo, implicat se nego-
 tijs secularib⁹. Laui pedes meos, &c. Hoc est, ego
 multis lacrymis, ieiunijs, & vigilijs curauī, vt affe-
 ctus terrenis a corde abluerem, quid tu me iubes,
 iterum aliorum curam sumere, & terrenis negotijs
 implicari, in quibus affectus nostri sapius inquinā-
 tur? Vnde Iob. 25. ait, Quis mihi det, vt sicut iuxta
 Iob. 25. -
 menses pristinos, secundum dies quibus Deus ha-
 bitabat in tabernaculo meo, & pedes meos lauabā
 butyro? Sensus in, quem vt plurimū interpretes ex
 hinc

hoc loco eliciunt, est, vt in his verbis cōprehendā-
 tur omnes excusationes friuolę, quas prætexere so-
 lent illi qui in voluptatib⁹ suis iacentes, nolūt Deo
 pullanti & vocanti ad penitentiam, cordis ianuam
 aperire: illi enim aut propter voluptates sensibiles
 quibus inescantur & irretiuntur, aut propter lucel-
 lum, vel ere alieno obligati, ne à splendore vitæ ca-
 dant, differunt cōuersionē: quemadmodū Luc. 14. Luc. 14.
 illi qui ad Regium cōuiuium inuitati fuere, excusa-
 bant sese, aut quia villā emerant, aut quia vxorē du-
 xerant, aut quia iuga boum quinq; mercati fuerāt.
 Quid vero spōsus fecerit cū moras neceret spōsa,
 tempusq; protraheret & friuolas excusationes pre-
 tenderet: audite. Dilectus meus, ait spōsa, misit ma-
 nū per foramē, vt amoueret pesulū ostij mei, & con-
 tremuit venter meus ad tactum eius: surrexi vt ape-
 rirem dilecto meo. Cū spōsus peccatores in pec-
 catis suis dormientes, prius blādis vocibus inuitaf-
 set, ipsiq; inanisimis causis redditis, adhuc in pec-
 catis suis perseuerarent obstinati, nec sponso pul-
 santi cordis ostium aperirent: spōsus salutis nostræ
 amantissimus, vt nihil intentatum relinqueret, ma-
 iora & efficaciora adhibet auxilia, vt in spōsę cor,
 & in internum domicilium possit penetrare: nam
 qua aditus patebat, manum iniicit sponso, vt pe-
 sulum quo fores obstruebātur amoueret, at vt amo-
 uentē sponsum repagula, sensit spōsa, statim omni-
 cunctatione & causificatione deposita, exiliuit è le-
 cto, quoniā fuerat vehementius perturbata, illiusq;

Nota

Luc. 14

Matt. 24

2. Tim. 2

Iob. 25

viscera fuerant cōmota, tum vrgente amore spōsi,
 tum etiā quod verecundia & cōfusione agitabatur
 animus sponsæ, quæ spōso pulsanti hactenus resti-
 terat. Sed vt intelligam⁹, quid per manum quā im-
 misit sponsus significetur, adnotandum est, quod
 manus in sacra scriptura aliquādo pro potētia vsur-
 patur: vnde Genes. 49. cū iacob ludę prædice-
 ret & precaretur principatum & dominatū etiā in
 hostes suos, dixit: manus eius in cēruicibus inimi-
 corum suorum, hoc est, illius potestati subijciētur
 inimici: sic psal. 30. ait Dauid, In manibus tuis for-
 tes meæ. Accipitur etiam manus, pro robore & for-
 titudine: vt Exo. 14. postquā in littore maris rubri
 apparuerē corpora Aegyptiorū emortua, dicitur,
 quod apparuit in illis manus dñi. Vsurpatur quoq;
 man⁹, pro plaga & supplicio inflicto à Deo, Iob. 19.
 Misere mei, quia manus dñi tetigit me: & etiā
 sumitur manus, præsertim si addatur dextra, pro pe-
 culiari quodam & cumulatiore auxilio diuino, quo
 aliquem ex luto & fæce peccatorum ad salutis statū
 fœliciozem transtulit, vt psal. 47. Iustitia plena est
 dextera tua. Quod ergo in præsentī ait, misit manū
 suam per foramen, significat diuinā virtutem & cle-
 mentiozem illapsū auxiliūq; præsentius & effi-
 caciū, post verba illa blanda & amoris plena, ple-
 rūq; sequi, quibus repagula & impedimenta, quib⁹
 ostium cordis nostri claudebatur, remoueantur: &
 sapius vtitur plāga vt homines afflicti resipiscant.
 Ita egit olim cū Synagoga, quā prius blandis voci-
 bus

bus appellabat, & à peccatis reuocabat appellans
 veterem illū populum primogenitum, peculium
 suum & regale sacerdotium. Sed cū laxis habenis
 ad peccata præceps ferretur, & in sordibus volupta-
 tum sopitus dormiret, deos alienos coleret, Baal &
 Astharoth immolaret, vt legitur Iudic. 2. 3. & 4. ex-
 citauit aduersus eos hostiū fortissimā manū, eosq;
 eorum tradidit potestati, vt durissimā sub illis ser-
 uitudinem sustinerent, atq; ita inter angustias resipif-
 cerent, iuxta illud psal. 82. imple facies eorū igno-
 minia, & quærent nomen tuum dñe. Quod si quæ-
 ras, cur non in ipso statim principio efficacius hoc
 & præsentius auxiliū præstet: Respōdetur primū,
 hoc pertinere ad ordinē diuinæ sapientiæ, quæ ita
 attingit à fine vsq; ad finem fortiter, vt tñ disponat
 omnia suauiter, atq; ita blāda prius medicamenta
 adhibet, seueriora & duriora suo tempore adhibi-
 turus: pertinetq; etiam ad diuinam bonitatē, & in-
 cōparabilem Dei clementiā hæc expectatio, dicē-
 te Paul. ad Rom. 2. An ignoras, quod benignitas
 Dei ad pœnitentiam te adducit, an diuitias bonita-
 tis & lōganimitatis eius cōtemnis? Hoc vero in fi-
 lio prodigo, Lucæ. 15. quasi expressa quadā & viuā
 imagine, expressum intuemur, qui ad extremā ino-
 piam & esuriem, post voluptatem & luxū reductus,
 in se reuersus in illa verba prorupit, Quanti merce-
 narij in domo patris mei abundāt panibus! Ibo ab
 patrem meum, & dicā illi, Pater peccaui in cælum
 & corā te. Alterū pulcherrimū exēplum habem⁹ in
 Pau.

IN CANTICVM CANTICORVM

Acto. 9. Paul. Acto. 9. quē circūfulsit lux cęlestis, deinde in
 terram pro sternitur, excęcatur, perterretur, audit
 Christū de cęlo intonantē: Saule, Saule, quid me
 persequeris? ac tandem consentiens, & ostium cor
 dis aperiēs, dixit, Dñe, quid me vis facere? Quod
 vero nō statim punire soleat Deus, & vltimum sup
 plicium infligere, explicatur eleganti exēplo ficul
 neę, quod extat Lucę. 13: quę cū per trēs annos nul
 los fructus produxisset, dñs q; fundi eam vellet prę
 cidere, dicens, vt quid enim terrā occupat, cultor
 tñ vineę precibus obtinuit, vt per annū relinquere
 tur, vt fossa, & stercoreta fructus daret, quos cū nō
 tulisset, eradicata tandē est & igni tradita: quod ve
 ro adiecit, Contremuit venter meus ad tactū eius
 surrexi, &c. Significat, quod ad efficaciorē illum
 motum, seu plagā illā duriorē, qua Deus iacentes
 in peccato excitare intendit, cōsequitur in interno
 homine, vehementior quędā animi contusio quę
 per timorem ventris significatur, phrasi enim He
 bręa, venter pro viscerib; & pręcordijs accipitur:
psa. 6. vnde psal. 6. ait David, Dñe, ne in furore tuo arguas
 me, miserere mei, quoniā infirmus sum, quoniā cō
 turbata sunt omnia ossa mea, ita cōmota erāt visce
 ra Magdalenę, Luc. 7. quod lacrymę per ora fluen
 tes, satis indicabāt: Esa. 25. Emarcuit cor meū in tra
 me: statimq; subdit Babylon dilecta mea, quo mo
 do facta es mihi in miraculum! Surrexi, &c. vbi po
 stremo obseruandū est, quod quāquā sponsus cę
 perit amovere pefulū, nō fuit tñ omnino ammotū,
 &

COMMENTARII. CAP. V. 17

& ostium apertū, vsq; ad aduentum spōse, quę surre
 xit de lecto, vt spōso aperiret. Nam quāquā Deus
 primas partes teneat in iustificatione impij, ab eo
 quę sumatur exordium, mediū, & finis ipsius iusti
 ficationis: iuxta illud Ioā. 6. Nemo potest venire ad
 me, nisi pater qui misit me traxerit eum: & Hiero.
 31. Cōuerte nos dñe ad te, & conuertemur: eodēq;
 cap. postquā cōuertisti me, egi pœnitentiam, & per
 cussifemur meum, nunquā tñ iustificatio perficitur,
 Deo q; ingreditur per gratiā in cordis nostri hospi
 tium, nisi accedat consensus illius, qui iustificatur:
 quod Zach. 1. explicat, dicēs, Conuertimini ad me,
 & ego cōuertar ad vos: quę verba exponens Cōci
 liū Trid. ait, Cū inquit Cōuertimini ad me, liber
 tatis nostrę admonemur: cū vero ait, Et ego con
 uertar ad vos, admonemur diuinę gratiæ. Sed si se
 quamur illā expositionē, quā ex Aug. Greg. Beda,
 Ansel. & D. Tho. magis probauimus, interpretaba
 mur verba illa, Spoliaui me tunica mea: quod essēt
 virorum sapientia, religione, & virtute præstantiū,
 qui munus regendi Ecclesiam recusant, propter pe
 riculum quod inde impendit, saltem contrahendi
 culpas veniales: Sed Deus immittit manū suā, hoc
 est, suam virtutem & potestatē, vt externo aliquo
 signo ostendat, illos nō propria voluntate, sed diui
 na vocatione & electione, pastoris munus susce
 pisse: quemadmodū Exo. 3. cū Moses diceret, Quis
 sum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam po
 pulum Israel ex Aegypto? c. 4. quasi iniecta manu
 suę

Hiero. 31.

Zach. 1.

Exo. 3.

Exo. 4.

E suę

IN CANTICVM CANTICORVM

Nota.
 sua potestatis & virtutis, iubet vt proijciat virgā,
 quā manu tenebat, quā in colubrū cōuersa est, ita
 vt Moses correptus metu fugeret, iubet præ terea
 Deus vt apprehēdat colubrum per caudam, qui su-
 bito rursus in virgā est cōmutatus, vt hoc factō mō-
 straret Deus, quod munus regendi significatū per
 virgam, prima quidem facie, instar colubri formi-
 dabile & periculosum esse videtur, sed vbi iam ite-
 rum, Deo iubente, suscipitur, non formidabile est,
 aut noxium, sed vt virga Moy si fuit instrumentum
 ad maxima quæq; miracula faciendā, quæ ad libe-
 randum Hebræum populū cōducerent: sic pastoris
Eru.
 officium & virga, erit Christiano populo non for-
 midabilis, sed salutifera. Præstitit etiam secundum
 signum, nempe, quod manū in sinum mitteret, quæ
 primo illi è sinu egressa, visa est lepra infecta: secū-
 do tñ iam munda, & similis carni reliquæ visa est,
 in quibus ostendebat Deus, quod quāquā in initio
 sō infirmitatis & fragilitatis cōscij, iusti homines
 detrectent episcopatum, vbi tñ accedit Dei impe-
 rium, iam illud officiū exequi licet sine vilo crimi-
 ne aut peccato, cumq; tertio diceret Moses, Obse-
 cro dñe mitte quē missurus es, & linguā impeditio-
 nem prætexeret, & suam infantiam, hoc est pesulū
 remouit Deus, dicēs, Quis fecit os hominis, &c.
 Et tandem ait illi, vt vtatur opera & eloquētia fra-
 tris sui Aaron, prælati namq; quæ ipsi præstare non
 possant, satis excuntur per ministros necessarios:
 & Ierem. i. cū missus à Deo Ierem. ad prædicandū,
 respondet,

COMMENTARII. CAP. V. 118

respondet, A, a, a, dñe Deus, quia puer ego sum,
 & nescio loqui. Dixit illi Deus, Noli dicere, quia
 puer ego sum, quia omnia quæ mandauero tibi
 loqueris ad eos. Ecce cōstitui te super gentēs & re-
 gna, &c. Posui te sicut ciuitatem munitam, & sicut
 murum ferreum: & cum Amb. omni studio episco-
 patū recusaret, gemino signo, manifestauit ei De-
 suam voluntatem & electionem: primū vocē infan-
 tis, qui in turba electorum clamauit, Ambrosiū epi-
 scopum: secundo, cū ipse fugeret nocte, Ticinū
 versus, vt ibi lateret, omniq; studio properaret, mā-
 ne inuenit seipsum ad portam Mediolanēsem, quæ
 Romana dicitur: atq; ita totius populi cōspiratio-
 ne, episcopus institutus & consecratus est. Magnus
 quoq; Greg. cū totius Romani populi suffragio
 electus Pont. fuisset, fugam cœpit, & in antro quo-
 dam remotissimo seipsum abscondit, sed fulgida
 columnę inditio, demonstratus fuit. Ad tactū eius,
 ait, cōtremuit vëter meus, nā posteaquā viri iusti,
 exploratam habent Dei voluntatē, magnopere cō-
 cutiuntur, cōmouenturq; ipsorum viscera: nam pri-
 mū Dei amore inflāmati, curā docēdi & pascēdi,
 æquo & prōpto animo suscipiunt, deinde zelo Dei
 incitati, peccata detestātur, ipsaq; cōuellere & pro-
 fligare omni studio conantur: vnde Pau. 2. ad Co-
 rin. 5. ait, Os meum patet ad vos, ò Corinthij, cor
 meum dilatātū est, charitas Chfi vrget nos. Ierem.
 4. ait, Vntrem meum doleo, ventrē meum doleo,
 hoc est, grauissimo afficior dolore propter pecca-

2. Corin. 5
 Ierem. 4.

Esa. 16. **Ma** populi: & *Esa. 16.* Vēter me^o ad Moab sicut cithara sonabit, hoc est, viscera mea diuino spiritu afflata & instigata, instar citharę, suauissimū reddent eō cētū: & *Iere. 48.* Vēter me^o, ad Moab sicut tibię eris. Tūc surgūt, & regēdi prouintiā omni alacritate & prōptitudine exequūtur, hui^o rei exēplū habem^o in Ch̄ro, apud *Esa. 50.* Mane aperuit mihi aurē, ego autē nō cōtradico, retrorsum nō abij, corp^o meū dedi percutientib^o, & genas meas vellētibus, posui faciē meā sicut petrā durissimā. & *Pau. Act. 21.* Cū Aggab^{us} ppheta p̄diceret illi, quod carceres, vincula, & cōtumelias perpēssurus esset Hierosolymis, quoniam iturū sese p̄p̄osuerat, popul^o q^{ue}; obortis lacrymis precaretur, vt cōsiliū mutaret eū di Hierosolymā, ipse rēspōdit, quid flentes affligitis cor meum? Ego nō solū ligari, sed mori in Hierusalē parat^o sum, p̄pter nōmēn dñi mei Iesu Ch̄ri. *Manus meae distillauerūt myrrhā, & digitti mei pleni myrrha p̄batissima.* Spōsa, cū spōsus amouere p̄sulū intētaret, ipsaq^{ue}; ad p̄sulū tactū esset vehementius cōmota, omniq^{ue}; mora & excusatione postposita, è lecto exilisset, vt subiratū spōsi animū placaret, & officio aliquo deliniret, corripit vnguēti myrrhę vasculū, quod in eū vsum iā parauerat, vt illū more patrio, amice vnguēto in ungeret: sed p̄regaudio, amore, pudore & timore, sibi nō satis cōstās, frāgit vnguēti vasculū, atq^{ue}; ita vnguētū per manus & digitos erat diffusū: imō iuxta Hebręorū lectiōnem, etiā stillauit vnguētū super p̄sulū manubriū. Sed quid sub his verborū integū

mentis

mentis intelligat spōsa, diligent^o explicem^o. *Man^o* hoc loco pro externa actione accipitur, vt *p̄sa. 76.* Deū exquisiui manib^o meis, oportet nanq^{ue}; eos qui Deo vocāte, & impedimēta subtrahente, à peccatorū somno surgūt, ostiūq^{ue}; cordis Deo aperire conātur, internū illū animi dolorē, etiā externis actionibus testificari: p̄sertim p̄nitētię operib^o, per quę Deo offenso nō recōciamur solum, sed etiā satisfacim^o, illudq^{ue}; est myrrhę p̄batissimę vnguētū salutiferū & saluberrimū: oportet vero, vt potissimū hoc vnguētū stillet in manib^o, digitis, & ipso p̄sulū lo, auspicia nāq^{ue}; eorū qui ad Deū denuo cōuertuntur, à p̄nitentia sumēda sunt, quę per myrrhā significatur, quod in Magdalena *Luc. 7.* luce clar^o apparuit: quę vnguēti nardi, quō ipsa olim ad delicias corporis vtebat, Ch̄ro vngendo dedicauit: cor vero, à quo lasciuiantes illi affectus antea oriebātur, tāto fuit dolore cōcussus, vt lacrymarū flumina ad oculos mitteret, quę stante Magdalena à Ch̄ri tergo, ipsius pedes rigare cōeperunt, oculi etiam illi qui lumine suo, cōspectū & pulchritudine, corda adolescentū transfigebant, iam nō nisi torrētes lacrymarū fundunt, ad abluenda peccata. Capilli flavescentes etiā, qui caput exornabant, pedes Ch̄ri tergebant. Os in super amatorijs colloquijs & impudicis assuetum, magna reuerentia Ch̄ri pedes osculabatur. Dicitur vero myrrha hęc probatissima, quoniam Deo nō placet ficta & fucata p̄nitētia, qualis erat illa phariseorum, *Matt. 6.* quorum ieru-

Luce. 7.

Matth. 6.

IN CANTICVM CANTICORVM

nia, preces, eleemosynas damnat Chrs, quia referē bantur ad inanē gloriā populi captandā: hoc Paul. ad Rom. 6. paucissimis verbis cōplectitur, dicēs, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt seruiatis cōcupiscētis eius: sed sicut ex mortuis viuentes, exhibete mēbra vestra arma iustitiæ. Pastores vero, doctores, & concionatores, cū à Deo vocati, illustrati & afflati, regendi prouintiā humeris suscipiūt, debent in primis curare, vt hoc vnguēto manus & digiti eorum distillent: vnde Ioan. Baptista, qui à poenitentia suā functionem fuit auspica tus, vestitu, victu, totoq; habitu & gestu, nihil aliud nisi myrrhā poenitētię præferabat: & Pau. 2. ad Corint. 4. ait ministris euāgelicis: Semper mortificationē dñi nostri Iesu Chri in corpore nostro. circū ferētes, vt vita eius manifestetur in carne nra mortali: & ad Titū. 2. in omnibus exhibe te ipsum exēplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum, & irreprehensibile, vt qui ex aduerso est, reuereatur nō habens quidquā dicere de nobis. *Pesulū ostij mei, aperui dilecto meo, at ille declinauerat, atq; transferat.* Sensus verborū, prima facie planissimus est. Sed merito dubitat diuinæ sapientiæ cādidatus, quid sibi velit ludus iste amatorius, quē nobis depingit Salomō, quo describitur sponsus, primò lōgo tēpore pulsans, multisq; blandimentis & rationibus agēs cū sponsa, vt ostiū illi aperiret. Cū vero sponsa ē lecto surrexisset, sub tractoq; pesulo fores paterent, dicitur spōsus decli nasse,

Rom. 6

2. Cori. 4

Ad Titū. 2

COMMENTARII. CAP. V. 20

nasse, atq; transiisse. Sed si de pulsatione quæ frād cor hominis peccatoris, sermo sit, videtur repugna re, vt sponsa surgat, pristinarum voluptatū lectūre relinquat, & sponso, subtractis impedimentis ostiū cordis aperiat, & cū hoc sponsus declinauerit, atq; trāserit: cū hæc omnia præstare nullo modo valeat sponsa, sine spōsi præsentia, dicente Chro Ioan. 15. *Ioan. 15.* Sine me, nihil potestis facere. Verū hæc facile cōci liantur, si animo perpēdamus: quod plerūq; Deus, præsens est iustis per gratiā, cū tñ ipsi, absentē illū esse credant: quod Iob. 9. eleganter docet, dicens, *Iob. 9.* Si venerit ad me nō videbo eum: & si abierit nō in telligam: si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit ani ma mea, & tēdebit me vitę meę: præsertim cū sub trahit spōsus mirabiles quasdā animi delicias, quib⁹ in ipso statim vocationis principio, animos pec catorum allicit, qui ad ipsum cōuertuntur: has nāq; delicias postea subtrahit, vt maiores ipsis qui con uertuntur fructus exhibeat. Est enim amor, vt vete res philosophi dixere, venator sagacissimus, nunc eum quem amat dolis implicat, nunc blandimētis & dulci sermone allicit, nunc fuga efficere studet sui desiderii. In hoc vero loco declinauit spōsus, primo, vt sponsæ foci cordiā & inanes excusationes, puniret hoc pacto, illiusq; somnolentiā, debita pe na afficeret, atq; ita, quia ipsa, longo noctis tēpore sponsum pulsantem sub dio cōsistere, & rore atque guttis noctis madere permisit, ita nunc intēpesti uę noctis tempore, sponsum fugientē quærat, atq; inter

Ioan. 15.

Iob. 9.

inter

inter quærendum multis incōmodis afficiatur. Cōsulit præterea ipsius sponsæ salutem, hac fuga & declinatione: solent enim homines etiã iusti, interim rebus prosperis in superbiam attolli, atq; ita Paul. 2. Corint. 12. ait, Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me collaphizet: vt ergo spōsa humilitatis & modestiæ altissimas ageret radices, declinat, & terga vertit sponsus, vt spōsi præsentia orbata, ceteros nō cōtemnat, & seipsam parui faciat. Accedit etiã, quod soleant homines, ea quæ facile illis & sine labore cōtingunt, parui pendere: fugitat ergo & suum cōspectum subtrahit sponsus, vt magis desideretur, & ardētius quærat. Sunt quoq; non pauci, qui rerum diuinarum cōtemplatione tantopere delectantur, vt iam sibi in illis pene videantur esse beati: ne ergo ex exilio patriam, ex via & nauigatione terminum & portum nobis ipsis constituamus, declinat ipse & voluptates illas subtrahit, vt patriã illam & perennem foelicitatem suspiremus. Et quã quã tunc absens nobis esse existimetur, est tñ præsentissimus: quod diuæ Catherinæ Senensi legim⁹ cōtigisse, quæ cū aliquãdo obscenis quibusdã imaginibus, nefandisq; cogitationib⁹ maxime infestaretur, ipsaq; magnis suspirijs, & multis lacrymis, Christi sponsi sui præsidium imploraret, tandē fugatis turpibus illis simulacris, & nefarijs cogitationibus, successit mētis serenitas: cūq; ipsa cū Chro expostularet, quod eam deseruisset: respōdit Christus,

2. Cori. 12.

Nota.

Nota.
Exemplum
D. Catherinæ Senensis.

stus, in medio cordis tui eram, cū illis turpib⁹ imaginibus infestaberis. *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est.* Ait sponsa, Cū ego in memoriam reuocarem, verba illa sponsi mei suauissima, quib⁹ me, sororē, amicā, colūbam, & immaculatā appellabat: cūq; animo & cogitatione perpēderem, quã longo tēpore, ad ostium meum, intēpestē noctis tēpore, sub dio pulsans perstitisset, & quod cū illi aperirem ostiũ, declinasset atq; fugisset: dolore simul, & amore corripiebar, dolore de sponsi fuga, atque absentia, amore autē, cū illius erga me beneuolentiam cogitabã: Hebræi legunt, Anima mea exiuit à me cū dilect⁹ loqueretur. Significatur vero his verbis raptus quidam & extasis, quæ contingere solet amātib⁹, cū vehemētius ardent, nã cū anim⁹ amātis ex proprio corpore in alienum domicilium cōmigret, nempe in eum quem diligit, consequitur inde, vt amātes pallefcāt, exanguis sint & exanimis, indeq; prorumpāt crebra suspiria, gemitus, singultus, & lacrymæ, ita vt verè dicere possint anima mea liquefacta est. Diuino ergo amore æstuās spōsa, ait, Anima mea exiuit à me: vel illud quod ait spōsa, cū dilectus locutus est, nō referatur ad præcedētia verba, cū spōsus pulsabat ad ostium, sed ad præsentia verba, quæ sponsa præ amoris magnitudine, sibi videbatur audire: solent enim amātes, vehemēti amore agitati, plerunq; insanire, ex amore autem diuino, cū in iustorum cordibus flagrat, cōsequitur insaniam quæ dã, quæ magna est cum prudentia

dētia cōiuncta, ex qua plerunq; videntur sibi, videre sponsi pulchritudinem, illi^oq; diuinas voces auribus percipere. Hæ ergo voces quæ aurib^o spōsæ influebāt, & in illius animū penetrabāt, efficiebāt vt illius cor totum præ amore liquefceret: nā sponsus ad cor spōsæ suæ cū loquitur, nunc blāditur, & dulci oratione allicit, nunc acriter reprehendit, & timorē incutit, atq; ita, anima, nunc præ teneritudine mollescit, nunc timore correpta trepidat, ita vt verè dicere possit, Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Quod si D. Tho. credimus. 1. 2. q. 28. art. 5. liquefactio est amoris effectus, qui obdurationi contrarius est: significatq; quandā animi promptitudinem & teneritudinem, ad excipiendā intra se quæ ad Deum pertinent: sumptaq; est similitudo à rebus corporeis. Corpora enim illa dura esse dicimus, quæ tangentibus resistunt, ipsaq; repellunt, mollia vero & liquida, tangentia intra se recipiunt, & facile admittunt: vnde quādo animus noster, Deo illuminanti, vocanti, excitāti, & pulsanti resistit, illiusq; pulsantis & inspirantis voces, surda aure repellit, obduratus dicitur: cū vero Deo vocāti respōdet, illiq; ad amplexus & oscula inuitāti prōpte cōsentit, dicitur liquefcere. Hinc Ezech. 28. ait Deus, Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum: & Iob. 41. de dæmone illiusq; membris dicitur, Cor eius indurabitur quasi lapis, & astringetur quasi malleatoris incus: & pfa. 21. Factum est cor meum tanquam cera lique-

D. Th. 1. 2.
q. 28. art. 5.

Ezech. 28

Iob 41

cens,

cens, in medio ventris mei. Dicit autem vt dilectus locutus est, quoniā postquā Chrs nostrā naturā suscepit, nobis que aut ipse ore proprio, aut per ministros euāgelicos est locutus, Ecclesia tota præ amore liquefacta est: imo iuxta David vaticinium tota terra, ait enim pfa. 74. Liquefacta est terra & omnes qui habitant in ea. Et quis obsecro nō liquefceret, instar ceræ ad ignis præsentiam, cū perciperet verba illa Christi Mat. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos? Liquefcebatur etiā cor Magdalenæ, Lucæ. 7. ad verba illa, Remittuntur illi peccata multa, quoniā dilexit multum. Magis cor latronis Lucæ. 23. ad verba illa, Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. *Quæsiui eum, & non inueni, vocaui, & non respōdit mihi.* Ex amore vehementi, proficiscitur statim ardens quoddā desiderium inueniendi spōsum, & ingens sollicitudo eum requirendi, quā verba illa declarant, Quæsiui eum. Quæ quoniam à me sunt in principio cap. 3. satis declarata ad ea quæ sequuntur, progrediamur. *Inuenerunt me cūstodes, qui circumcūent ciuitatem. Percusserunt me & vulnerauerūt me, & tulerūt palliū meū cūstodes murorū.* Græci patres, Athan. Greg. Nif. Theodoret^o. & alij, sentiunt, hos custodes esse sanctos angelos, qui Ecclesiæ custodiæ & tutelæ à Deo deputati sunt, hi, spōsam spōsi desiderio ardentem, ipsumque solícite inquirentem & intentis clamoribus vocantem, tacitis quibusdā inspiratiouibus, magis ac magis incendunt

p/al. 74

Mat. 11

Lucæ. 7

Lucæ 23

& instimulant, & corda iustorum, diuini amoris sagittis transigunt, & eos inflammant, vt trāscendentes corporea omnia, & sensibilia, imo creata vniuersa trāsilientes, ad Deum ipsum rerum omnium conditorem cōscendāt, & quasi deposito pallio, & tegumento rerum sensibilibus, ad ipsum, summum, pulchrum, inspiciendum omni studio conentur, hoc est enim pallium tollere. Inde vero fit, vt anima in altissimo hoc cognitionis gradu constituta, amore languescat, & dicat ipsis cōlestibus ciuib⁹, Filia Hierusalem, nunciate dilecto meo, quia amore languo. Vel forte, vt ijdem Græci patres interpretantur: cum Ecclesia ardentiori cupiditate cognoscendi diuinam naturam teneretur, & ad ipsum summum, pulchrum, intuendum & comprehendendum anhelaret, reprehenditur & acriter increpatur à cōlestibus spiritib⁹, cum Salomone, Eccle. 3. dicente, Altiora te, ne quæsieris. Et Prouerb. 25. Scrutator maiestatis, opprimetur à gloria. Et cum Pau. ad Rom. 12. Non plus sapere quā oportet sapere. Dicunturq; tollere pallium sponsæ, quoniam hortantur vt suas vires metiatur, & supra suas vires nihil attentet, nisi innixa diuino lumini & diuino præsidio. Patres Latini, D. Greg. Beda, Ansel. & D. Tho. per custodes, exponunt. antistites Ecclesiæ, archiepiscopos, episcopos, & cæteros ministros, hiq; dicuntur totam Ecclesiā circuire, quoniam aut viua voce, aut scriptis libris, populum totum Christianum instruere conātur, & ab hereseon

Eccle. 3.

Prouerb. 25

Rom. 12

& peccatorum periculis custodire. Hi vero dicuntur Ecclesiam percutere & vulnerare, quoniam verbi diuini ancipiti gladio fideles pungunt, transigunt, & diuinę charitatis sagittis vulnerant: iuxta illud pfa. 44. Sagittę tuę acutę, populi sub te cadent in corda inimicorum regis, dicuntur etiā pallium tollere, quoniam ad doctrinā & efficacem predicationem horum custodum, multi cōtemnentes terrena omnia, abdicatisq; diuitijs, se totos diuino obsequio addicunt: iuxta illud Christi. Matt. 6. Primum querite regnum Dei, & hæc omnia adijciuntur vobis: & 1. Petri. 5. Omnem sollicitudinem projicientes in eum, quia ipsi cura est de nobis. Vel pallium tollere, est doctrina & viuę vocis efficacia, efficere, vt hypocrite & fucati homines, abiecto velo & integumento virtutis, sub quo maxima flagitia delitescunt, verā & solidā virtutem amplectantur: quod sæpius illis contingit, qui longo tempore, præ pudore, aut propter hypocrisim, cōscientiā suo pastori, aut spiritali patri nudare recusant: tunc ergo, custodes ciuitatis pallium tollunt, cum ad plenā cōfessionē faciendā subditos impellūt. Aut quod magis credo, per palliū, hoc loco intelligit inueterata peccandi cōsuetudo, hanc exiit ille, qui ad doctrinam euangelici ministri, deposita praua viuendi cōsuetudine, nouam & cōlestem vitam inchoat, hæc adumbratur, per pallium illud quod castus Ioseph in manib⁹ impudicę femine reliquit, vt illius amplex⁹ effugeret: aut magis per illud pal-

psal. 44

Matt. 6

1. Petri. 5.

Genes 39

Marc. 9. *filium, quod cæcus ille Euāgelicus, apud Marcum. 9. vocatus à Ch̄ro, reiecit vt esset expeditior. Est vero pallium hoc, pannosum, vile, breue, atque fordium. Sed planior & germanior expositio est, vt per custodes, nō bonos, sed improbos pastores intelligamus: qui sponsam studio quærendi sponsum incēsam, male mulctarunt, vulnerauerunt & plagis affecerunt, subtractoq; pallio, domum, eam nudam remisserūt. Vt enim nihil in Ecclesia salutaris esse potest bono pastore: ita etiam improbo pastore nihil est perniciosus, hi semper, iustis & benemeritis de repub. magna detrimenta intulerunt. Nā Esa. Ieremias, cæterosq; prophetas occiderūt. Imo Christum ipsum principem prophetarum in crucem extulerunt. Demum, ab his multa sustinere incōmoda Apostoli & martyres, & Christiani, atq; alij sanctissimi episcopi in exilium acti, vitam cum morte cōmutarunt. Sed quid sponsa inter hos cruciatus, vulnera, gladios, ignes, & cruces, faciat & dicat, audiamus. *Adiuro vos filia Hierusalem, si inueneritis dilectum, vt renuntietis ei, quia amore languo.* Non ergo sponsa vult, vt nūtient dilecto suo, quod tota nocte errabunda eum quæsierit, & cum inuenire non pōtuerit, nō querelas ad spōsum mittit, quod vocatam eluserit, quod inter horrētes noctis tenebras, sine duce, sine comite, per totam ciuitatē obambulantē, & in seuisimos custodes incidentē deseruerit, permiseritq; vt percussa fuerit, vulnerata, & spoliata, & pene nuda remāserit, nō sine magno hono-*

ris & pudoris sui dispendio, hęc omnia, quasi nec ad corpus, neq; ad animum ipsius pertigerint, contemnit, solumq; nuntiari vult sponso, quod amore langueat. Puellæ vero, iuxta sententiam antiquorū patrum, sunt angelici spiritus, quos appellat spōsa filias Hierusalem: quoniam in empyreo cælo cōditæ, illius cœlestis ciuitatis ciues sunt genuini: vel etiam per filias Hierusalem, intelligit animas beatorum, quę etiam ad illam ciuitatē pertinent, & cœlicolæ merito dicuntur. Sed quoniam ait sponsa, Si inueneritis dilectū: cōpertum est autem, angelos beatos, & sanctorū animas diuina visione perfrui, videtur quod melius per filias Hierusalē interpretemur iustos, qui nōdum ad Euangelicæ doctrinæ culmen & perfectionis conscēderunt: sed in primis Euangelicæ doctrinę & charitatis gradu, cōsistūt, & quia iuxta cōmunem sensum sanctorū Patrū, interrogatio quę statim sequitur, Qualis est dilectus, ascribitur choro puellarum: ipsę quid respondeant auscultate. *Qualis est dilectus tuus, ex dilecto, & pulcherrima mulierum: qualis est dilectus tuus, quia sic adiurasti nos?* Chorus puellarum ministrantium sponsę, cū cerneret eam inter tot supplicia nihil aliud cupere, nisi vt innotesceret sponso, quod amore lāgueret: persuadebat vero sibi spōsa, puellas facile inuenturas sponsum ipsum, quoniam recēs ad Deum cōuersis, solet ille sui præsentię atq; suauitatis maxima inditia exhibere: iuxta illud Esa. 40. in sinu suo leuabit agnos, foetas ipse portabit: &

c. 66. Ad vbera portabimini, & super genua bladietur vobis. Ipsi ergo qui in primo sunt Euangelicæ perfectionis gradu, cū cernerent sponsam ardentissimè amare spōsum, rogant, Qualis est dilectus tuus, ex dilecto, &c. Vbi primū obseruādum est, quā sint Ecclesiæ mēbra inter se, diuino quodā modo charitatis coniuncta, ita vt ipsa sponsa, quæ princeps est regina, magistra, & mater fidelium omnium, velit opera suorum subditorum & fidelium vti, vt ipsi spōso renuntient, quāto illius amore flagret. Illi etiā qui in primo Euangelicæ perfectionis gradu cōsistunt, efflagrant, vt sponsa, cui sponsi sui præstantia, pulchritudo, & celsitudo fatis comperta est, edoceat, qualis est spōsus, certasq; notas visibiliaq; inditia præbeat, quibus spōsum dignoscere valeāt, ipsumq; intueantur Ecclesiæ lingua, quasi Spiritus sancti penicillo depictū. Quod vero aiunt, Qualis est dilectus tuus, ex dilecto: antiqui patres, Athanas. Gregorius Niss. Theod. & alij: agnoscunt in illis verbis latere mysteriū, nempe, quod puellæ edoctæ à spōsa, cognouerint sponsum esse, filium eiusdē naturæ cū patre: hoc nāq; indicant verba illa, Qualis est dilectus tuus, ex dilecto: nimirū ex patre pulcherrimo & summe amabili, filium pulcherrimum & summe amabilem, per æternam generationē procedere; ex cuius mutuo amore Spiritus sanctus, Patris & Filij, nexus gratissimus, procedit: bis autē ponitur, dilectus, ex dilecto, quoniā etiā per tēporariā generationē, sponsus nostræ naturæ particeps factus, ex

Virgine

Virgine purissima, Spiritus sancti opera & opificio processit, cui sententiæ Aggathus vir Hebrææ lingue peritissimus, subscribit. Vel illa verba Dilectus, ex dilecto, geminata, significant iuxta Hebræam phrasin, idē ac si dicerent, Qualis est dilectissimus ille tuus? vel dilectus præ omnibus dilectis? aut sicut dicimus, Regem regū & sanctum sanctorum, ad significandam maximā sanctitatem, & supremā auctoritatem regiam: ita etiam Dilectum ex dilecto, vocant eum, quē sponsa maxime diligit. Dicitur etiā vt D. Thom. adnotauit, Dilectus, ex dilecto, vehementer & ardentissime dilectus: quia iam nō ex timore poenæ, sed ex ardentissima charitate, amor proficiscitur. Vel in his verbis, Dilectus, ex dilecto, significatur cōstantia sponsæ in amore spōsi, quem ipsa etiam inter tot infortunia & calamitates, ardentissime diligit, præter morem aliarum foeminarum, quæ solent eum, quem antea deperibant, aut odio habere, aut cōtemnere. Hæc vero interrogatio & inquisitio, fit à choro puellarum, quæ nōdum ad altiorem diuinæ naturæ cognitionē pertigerāt, & forte suspicabantur, sponsam more aliarū foeminarum amātium, cæco amore seductam, existimare sponsum esse pulcherrimum, iuxta vulgatū Hispanorum prouerbium (Quien feo ama, hermoso le parece.) Mihi tñ illa expositio magnopere probatur, quæ exponitur de Ecclesia tempore Apostolorum, post aduentū Spiritus sancti: tūc enim iure optimo, mulierum omnium pulcherrima appellatur, nō

G solum

solum quia cæteras omnes respub. & sectas, multis nominibus antecellit, sed quia tunc erat seipsa pulchrior, & cū cernerent ceteri omnes fideles, Apostolos, & septuaginta illos discipulos, cæterosq; illos Ecclesię patres, à Iudeis, principibus, sacerdotibus, tyrannis, regibus, & Cæsaribus, mundiq; sapientibus multis modis vexari, inter tot autem tormenta Ecclesiam Chri sponfam, cōstantem fidem, spem erectam, flagrantemq; charitatem retinere taciti mirantur, & quasi secum quærunt, qualis sit ille pro cuius amore tanta alacritate ad mortē & supplicia properabant, dicentes, Qualis est dilectus tuus? &c. Quibus illa responder: *Dilectus meus, candidus & rubicundus, electus è millibus.* Aggreditur sponsa rem difficilem, & quę hominum & angelorum vires exuperat, depingere, & exponere oculis mortalium inspiciendam sponsi pulchritudinē. Nā Zoroastes ille, antiquus & nobilis philosophus, unitatem, quę Deus est, supra omnem mentem esse affirmabat. Iamblicus quoq; propter sapientiā, diuinus, appellatus, Deum asserbat supra totā esse naturam, maiestate augustissimum, virtute incomprehensibilem: Auicena medicus insignis, in suę artis medicę, principio ait, Deum sibi soli cognitū esse & transcendere humani ingenij omnem intelligentiam. Et supra templorum limina, Aegyptij, Sphynge depingebant, vt eo symbolo notarent, Deū nemini cognitum esse, nisi per enigmata, & rerū sensibilibus integumenta. Vnde magnus Dionys. docet,

impossi-

impossibile esse elucere nobis diuinę naturę radium, nisi sub integumentis rerum visibilium velatum: & Pau. ad Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur. Hinc Ioann. 1. ait, Deum nemo vidit vnquā: & Pau. 1. ad Cor. 13. Videmus nūc per speculum in enigmate. Quapropter, Deus ipse clementissimus, hanc pulcherrimā mundi fabricā effecit, vt in rebus cōditis, quasi in vestigio & umbra, in homine autem & angelo, quasi in viuo quodā simulacro, opificis pulchritudinē intueremur, veneraremur tot ac tantarū rerum authorem, pulcherrimum omnium summo amore cōplecteremur. Sponsa igitur, spōsum suum, per effecta illius ppria, nobis ostēsura, ait, Dilectus meus, candidus & rubicundus, electus ex millibus. Paucissimis his verbis, maxima mysteria de sponso comprehendit: & quidem, dum ait sponsum esse candidum & rubicundum, illius etiam maximā pulchritudinem corpoream cōmendat, quę, authore Platone, sita est in partium concinnitate, cū suauitate coloris. Candor vero rubore permixtus, oculis est color gratissimus, & qui regiā & generosam faciē maxime decet: vnde Regius vates psal. 44. sponsi etiam decorem laudabat, dicēs, Speciosus forma,

Rom. 1.
1. Ioan. 1.

1. Cori. 13.

psal. 44.

no puerbio dici solet (De tal pelo nigato ni per-
ro) Vbi vero cādor est cū rubore permixtus, si Ari-
stot. credimus, indicat animum ad maxima quæq;
idoneum, benignum, mansuetum, & liberalē: pau-
cissimis ergo verbis, ait sponsa, sponsum esse pul-
cherrimū, ad maxima quæq; natū, benignū, mā sue-
tū, & munificētissimū. Patres vero in illis duabus
dictionib⁹, cādīdus & rubicund⁹, aiūt, significari ge-
minā Chri naturā, nimirū diuinā & humanā: cādor
enim diuinā naturā significat: iuxta illud Sap. 7. Cā-
dor est lucis eterne, & speculū sine macula: vnde ad
Heb. 1. Pau. ait de Chro, quod est splendor patris: &
in symbolo, Chrs, lumē de lumine appellat: & Ioā. 1
ait de Chro, Erat lux vera. Rubicund⁹ vero dicitur,
ratione humane nature, quā ex purpureo purissimo
que Virginis sanguine, opificio Spirit⁹ sancti, susce-
pit Verbū diuinū. Dicitur etiā cādīd⁹, propter mā-
suetudinē, placabilitatē & clemētīā, quæ diuine na-
turæ insita est: rubicūdus vero, ppter seueritatē &
vindictā, quā exercet Deus, in sceleratos & impro-
bos: nā rubicūdus color, & purpure⁹, sanguinē pre-
fert, & irā indicat. Cādīdus fuit primis illis parēti-
bus, quos in amenissimo illo horto collocauit, &
tot donis locupletauit. Rubicundus vero fuit erga
eosdem, cū propter peccatum eos à paradiso ex-
pulsit, & magnis miserijs obnoxios reddidit. Candi-
dus fuit erga Magdalenam, quā lacrymantē, clemē-
tēr excepit. Rubicūdus vero erga improbos in die
Iudicij, quibus dicet, *Ite maledicti in ignem æter-*
num,

Sapient. 7
Hebr. 1.

Genes. 2.

Genes. 3.

num, Matth. 25. vnde Apoc. 1. Visus est filius homi-
nis habens capillos niue candidiores: oculi tñ illi⁹
quasi flāma ignis, & ex ore illi⁹ gladius acutus. Can-
didus etiam dicitur propter innocentiam, rubicun-
dus propter mortem & cruorem, quo fuit in passio-
ne perfusus: vnde Ecclesia in dñica passionis, in
Euāgelio, illius candorem nobis demōstrat, cū ait,
Quis ex vobis arguet me de peccato? vnde etiam
Apoc. 19. apparet equus albus, & in eo, eques cui⁹
vestimenta erant cōspersa sanguine: & Esa. 64. ad-
mirabūdi angeli, rogant, quare rubrum est vestimē-
tum tuum, & vestimenta tua sicut calcātium in tor-
culari? Cādīdus, hoc est, fons totius sapiētīe & co-
gnitionis: candor nāq; vt iam diximus, lucē signifi-
cat: rubicundus vero, quia fons est etiam & primū
principium totius amoris & charitatis: qua ratione
candidus est, docet homines scientiam rerum diui-
narum: qua vero ratione rubicundus, igneus & flā-
meus, ait apud Luc. 12. Ignem veni mittere in ter-
rā, & quid volo nisi vt accendatur? Candidus cū
purgat à peccato, redditq; animos hominum niue
candidiores: rubicundus, cum tribulationibus &
reob⁹ aduersis, suos probat, tanquā in camino ignis,
vnde ex latere Christi dormientis iam in cruce sca-
turiuit sanguis & aqua: aqua, vt purificaret & candi-
dos efficeret animos hominū: sanguis vero, vt eos
ad suscipiendos labores incitaret: candidus in vir-
ginibus, rubicundus in martyribus. *Electus ex mil-*
libus. Hoc est, inter homines, siue angelos excellē-
tissimus:

Matth. 25.
Apoc. 1.

Ioann. 8.
Apoc. 19.
Esa. 64.

Luc. 12

IN CANTICVM CANTICORVM

1. J. 3. tisimus: nam idiomate Hebræo numerus hic mil-
Ecclef. 7. lenarius finitus pro infinito vsurpatur, vt psal. 3. Nō
timebo millia populi circūdantis me: & Ecclef. 7.
virum reperi vnum de mille, ibi mille pro quo-
cunque numero sumitur. Græci sequuti septuagin-
ta legunt, Electum ex myriadibus: hoc est, electus in-
ter decem cētenamilla: alludit forte ad illud quod
1. Reg. 16 de David legimus. *1. Reg. 16.* quod erat ruffus, pul-
1. Reg. 17 chra facie, & decorus aspectu. c. vero 17. ingrediē-
ti cū triumpho Hierosolymitanam urbē, occurrit
chorus fœminarum præcinentiū, Saul percussit mil-
le, & David decem millia. Hebræi legunt, Vexilli-
fer in decem millibus, vel, vexillatus in decem mil-
libus. Si legamus cum vulgata editione, electus ex
millibus, significatur æterna illa prædestinatio & ele-
ctio, qua Chri humanitas fuit ad subsistentiam ver-
bi destinata, dicēte Pau, ad Rom. 1. quod fuit præde-
stinatus filius Dei in virtute: & ad Colo. 1. Cōplacuit
Rom. 1 habitare in eo omnē plenitudinē diuinitatis vt sit
Coloss. 1 ipse in omnibus primatū tenēs. Accipitur vero etiā
numerus decē milliū, pro numero quocūq; etiā exco-
gitabili: vnde D. Aug. tom. 7. lib. vni. de prædest. san-
ctorū. c. 15. ait, naturā humanā in Christo, ad tā subli-
mē dignitatē diuina prædestinatione fuisse euectā,
August. vt maior neq; excogitari possit: quin Esdræ. 4. Ostē-
Esdræ. 4. sus est propheta, iuuenis forma & statura cæteris
præstantior, in medio numerosissimæ turbæ candi-
datorum hominum, qui singulorum capitibus co-
ronas imponebat, & manibus palmas dabat, vt signi-
ficaretur

COMMENTARII. CAP. V. 28

ficaretur, Christū esse supra omnes creaturas intel-
lectuales, omniumq; & palmas & coronas ab ipso
proficisci: quod si legamus, vexillifer, aut vexilla-
tus in decem millibus, significatur, quod sponsus il-
le sit, in quo vno, omnes omnium bonorum ratio-
nes inueniantur, vbi obseruandum est, quod quam
primum homines rationis limen attingunt, & eli-
gendi facultate vti valent, statim, natura impellere
incredibili quadā auiditate, quærunt summū illud
bonum, in cuius possessione beatitudo consistit.
Hoc vero summum bonum in nulla re condita sitū
est, nisi tantū in sponso, hoc est, in Deo & Chro,
iuxta oraculum illud Christi, Ioan. 17. Hæc est vita
æterna, vt cognoscant te solum verum Deū. In mil-
libus ergo & decem millibus, imo in tota rerū cō-
ditarum vniuersitate, præferendus est Christus, in
quo vno, & summa pulchritudo, & tota summi bo-
ni ratio inuenitur: vnde Lucæ. 10. dicitur vnum est
necessarium, Maria optimam partē elegit, quæ non
auferetur ab ea. Postremò, sponsus dicitur vexilla-
tus, aut vexillifer in decem millibus, quoniā illi
regnum imperiumq; augustissimum, est numero sissi-
mū & florentissimum, ad illius nanq; regnum perti-
nent, & sub illius vexillis militant, cætus patriarcha-
rum & prophetarum, angelorum innumeræ myria-
des, Apostolorum senatus, vt interim taceam, toti
cœlestis curiæ reginam Virginē Deiparam, marty-
rum inuictissimos cuneos, virginum choros candi-
dissimos, cōfessorum conuentus sanctissimos, &
omnium

Ioan. 17.

Lucæ. 10.

IN CANTICVM CANTICORVM

omnium sanctorū turbas. Vere ergo dicitur vexillatus in decem millibus. *Caput eius, aurū optimum, comæ eius, sicut elata palmarū, nigra quasi cornus.* Iam incipit spōsa spōsum per partes describere, & exorditur à capite, dicens, Caput eius, aurum optimū. Cū audis spōsi caput, aurum appellari, non intelligas ad colorem capillorum hæc esse referenda: cū spōsa paulò inferius dicat, comas seu cincinnos capitis spōsi, nigerrimos esse, sed auri nomine, significatur caput sponsi pulcherrimum esse, & omni ex parte perfectū, nā quæ perfecta in suo genere sunt, aurea solemus appellare, vt poetæ suam venerē auream dicebant, & maximā eloquentiam, aureū dicendi flumen esse dicimus: vnde & Ioan. illum Constantinopolitanum archiepiscopum, Chrysostomū appellauere, quia facundissimus esset Christianus orator: & Dani. 2. monarchia omniū optima in aureo capite significatur. Est etiam aurū, regie dignitatis & potestatis symbolum: vnde tres illi Magi, apud Matth. c. 2. Ch̄so infanti aurū tanquā regi obtulerunt, & aurea corona capiti imposta, regie potestatis est insigne: dicitur vero optimū, vel vt Hebræi obrizum, hoc est, selectissimū, purissimū, & in quo nihil sit ignobilioris metalli permixtum. Et reges suam munificentiam ostentaturi, solēt, visenda proferre vasa aurea per multa, maximo artificio celata, aut magnam auri copiam impartiri. A Christo vero capite Ecclesiæ & rege munificentissimo, quoties die proferuntur in lucē viri, religione, fide, & charitate

Nota.

Danic. 2.

COMMENTARII. CAP. V. 29

charitate præstantissimi, qui non artificio hominū celati sunt, sed diuini opicis manu sapientissima, quos sacra scriptura vocat vasa auri solida, ornata omni lapide pretioso: impartitur vero thesauros bonitatis suæ, & cœlestiū diuitiarū, per sacramēta, quæ sunt vasa quædam aurea, nō vacua & egena, vt antiqua illa, sed plenissima diuinę gratię thesauris: vnde passim apud Pau. leges, mentionem fieri diuitiarum gratiæ & gloriæ Dei. Sed Apostolus Paulus ad Corin. II. testatur, Christū Ecclesię caput esse, in Christo vero, caput esse naturam diuinā. Sēsus ergo est, caput, hoc est, natura diuina in Ch̄so, aurum optimum, quæ natura diuina auro cōparatur: nam quemadmodum homines, incredibili quadā cupiditate aurum quærunt, irruunt in terrę viscera, vt aurum inueniāt, quo locupletētur: quāto æquius est, vt non terram, sed cœlos penetremus, ibiq; Deū quæramus, in quo vno, verę diuitiæ, quæ rerū omnium affluentiam nobis præstent, sunt constitutæ, vel per aurum, charitas sponsi significatur, quæ inter illius virtutes tenet principatum: vnde Apoc. cuidam pauperi & egeno præcipitur, vt emat sibi aurum ignitum, vt locuples fiat (hoc est charitatē) appellatur vero sponsi charitas, aurum ignitū, eo quod pro nobis voluit aurum hoc, in igne tribulationis & passionis, probare. Habet aurum inter cetera metalla dotē hanc, quod nec vsu atteritur, nec exercitatione minuitur & absimitur, idē manēt auri pondus post longa tempora: talis est diuina natura

1. Cor. II.

ra, cui⁹ benignitate etiam si multū perfruamur, nō fit minus benignus, nec minus beneuolus, quā quā illius fruamur beneuolētia: nec enim est apud illū transmutatio, aut vicissitudinis obumbratio. Aurū præterea, inter cætera omnia metalla, tractabilius est, nā facilius dilatatur, attenuatur, & in minutissimas etiā partes diuiditur, ita vt etiā papiro quauis & mēbrana tenuius fiat, neturq; , textur, & mille modis trāsformatur vt humanis vsibus deseruiat: At Christus seruator noster, vere aurum est, qui vt nostris cōmodis cōsuleret, dilatatur, & extenditur per charitatem, & vt sic dixerim (Para nuestro biē hazese cera ypauilo) *Comæ capitis eius sicut elatæ palmarum, nigrae quasi coruus.* Multi per elatas palmarū intelligunt frondes seu ramos palmarum sursum tēdentes: vnde elatæ participium est numeri pluralis, qui sensus placuit etiam Theodoro, in huius loci interpretatione: sed alij putant elatē arborem esse aromaticā, cuius fit mentio apud Plin. lib. 12. c. 28. ex qua cōficitur vnguentum odoriferū & salutariferum, sed mihi semper magis placuit, vt cū Marcello viro doctissimo, elatæ dicantur recentes palmæ fractus, vel potius inuolucra ipsa & folliculi, intra quos fructus palmæ delitescunt. Comparantur sponsi capilli his folliculis, siue inuolucris, quoniam hæc inuolucra densa sunt & nigra: Hebræi vero legūt, *cincinni capitis tui, densi, nigri, quasi coruus.* Alij legunt, *capilli tui, crispi, nigri, quasi coruus.* Est enim niger capill⁹ & crispus, in iuvene speciosus,

ciosus, præsertim erat in pretio apud Palæstinos, & apud priscos Romanos, qui capill⁹, est index fortitudinis & virilis animi. Per capillos sponsi, intelligunt patres, cęlestium spirituum numerosam multitudinem, qui instar capillorū, à diuina natura dependent, ipsamq; exornāt. Illi cōparantur palmarū frondibus sursum erectis, quoniā quāquā Dei iussu, nostrę saluti prospiciāt, tñ secundū mentē, Deū semper intuentur, iuxta illud Matt. 17. Angeli eorū in cœlis semper vidēt faciem patris mei. Dicūtur vero nigri quasi coruus, quia etsi natura pulcherrimi sint & candidi, cōpositi tñ cū diuina pulchritudine, à qua in immensum distant, nigri esse reputantur, iuxta illud Job. 9. Stelle nō sunt mundę in cōspectu eius. Exponūt etiā per sponsi capillos, sanctos in vita præsentis agētes, quos iure optimo in Ecclesia multos fuisse ex sacra scriptura constat: hi vero crispis capillis aut elatis palmarum aptissime assimilantur, quoniam quāquam corpore in vita præsentis sint, animo tñ & cogitatione in cœlis conuersantur, iuxta illud Paul. *Quæ sursum sunt querite,* Colos. 3. *quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Nigriq; appellātur quasi coruus, primum, quoniā multis laboribus pressi nigrescunt, & præsertim, quoniā quāquā in Dei oculis cādidiissimi sint, in sua tñ reputatione vilescunt: vnde sponsa. c. 1. aiebat, Nigra sum, sed formosa, &c. Sed per capillos, melius dicitur, quod intelligātur diuina iudicia, cōsilia, & cogitatus, cōsilia hæc, palmarū elatis iure optimo*

comparantur, quoniam Dei omnia iudicia atq; cōsilia, in ipsam diuinam naturam sunt referenda, omnia enim diriguntur, aut ad diuinā iustitiam, aut in diuinam misericordiam: quod nos vero legimus, Nigrę quasi coruus & sicut elatę palmarum, aliqui ex Hebræo vertūt, capilli eius sicut tilię, nigri quasi coruus: tilia vero materies est dura, nodosa, inter cuius corticem & ipsam materiam, intersunt tunice quędam cōtextę, ex multis filis densis, & implexis, & nigris, quę omnia videntur ad amufim diuina iudicia atque cōsilia nobis representare: sunt enim iudicia dei dēsa, implexa, & obscurissima: vn de circa diuinam prouidētiam antiqui philosophi in varios errores inciderunt: ita vt Regius vates, psal. 35. dicat, Iustitię tuę, sicut mōtes Dei, iudicia tua, abyssus multa: & Pau. ad Rom. 11. In horum capillorum contemplatione suspensus, prorumpit in verba illa, O altitudo diuitiarum, &c. Etrursus, Quis nouit sensum dñi, aut quis cōsiliari⁹ ei⁹ fuit? Nodosa est materia prædestinationis, durissima, ardua, quasi materia tilię: bene ergo ait spōsa, Comę tuę sicut elatę palmarum, &c. Sed dubitat aliquis, cur sponsa hoc loco asserat, sponsi capillos nigros esse: cū tñ Dan. 7. dicatur esse cādidi quasi lana munda, & Apoc. 1. dicatur esse candidi sicut nix: sed facilis est responsio, si cogitemus quod spōsus suscipit speciem & imaginem pro conditione personę, quā agit, & quidem Dan. 7. iudicem representabat, in quo necessarium est longum experimen-

tūm,

tum quod in capillis albis representabatur: Apoc. vero. 1. agebat personā regis & præsidis totius Ecclesię, canitiem præferebat, hoc est, maturum & prudentissimum iudicium: hoc vero loco quoniā agit personam iuuenis sponsam ambientis & amātis, depingitur nigro & crispo capillo: nā apud Palestinos, vt dicebā, & priscos Romanos, nigredo in capillis maxime cōmēdatur, iuxta illud Horatij spectandum nigris oculis, nigroq; capillo. Crispo præterea capillo & simili elatis palmarum esse dicitur sponsus, vt Theodoret⁹ optime obseruauit, post Athanas. & Nissenū, quoniam folliculi in quib⁹ palmę fructus inuoluuntur, si adiungantur, & sint palmę masculinę, admoti palmę femineę, vim illi germinandi fructus & citius maturescendi præstāt: hoc sane nobis præbēt Christi capilli, hoc est, diuina iudicia atq; cōsilia, quoniā nostris actionibus adiuncta, vim illis merendi & pertingendi ad eternā felicitatem præbēt: iuxta illud Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. *Oculi eius sicut colūbæ secus riuulos a quarum, quę lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluueta plenissima.* Oculos sponsi tertio loco laudat, quos ait similes esse oculis columbarum, non quarūcūq; sed earum quę versantur circa aquarū riuulos, suntq; niueo colore suffusę, & nidificant iuxta fluuenta plenissima. Vt quidam Hebręi hoc carmen declarant, est hæc pulchra quędā oculorum sponsi descriptio: oculorum nanq; si Arist. 1. lib. de part. animalium credimus. c. 7. altera pars est cādida, al-

H 3 tera

psal. 115
Rom. 11.

Dan. 7

IN CANTICVM CANTICORVM

tera vero nigra, illi vero oculi pulcherrimi censentur, qui vtrāq; partem habent suo colore insigniter intinctam: quod vero riuulorum aquarū meminit, ad oculorum perspicuitatem est referēdum. Quod autem nos legimus, Et resident iuxta fluēta plenissima, Hebręi legunt, Resident iuxta plenitudinem suam, hoc est, neq; nimium depressi sunt, neq; etiā nimis extant, sed intra suum locum æquabiliter cōsistunt. Sed ad altiora mysteria accedamus: sponsa comparat spōsi oculos, oculis colūbarum, qui oculi iuxta cōmunem sensum antiquorum patrū, expriment dona Spiritus sancti, quę Apoc. 5. oculi sponsi nuncupantur, Vidit supra montem Sion agnū stātem, & in capite eius cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus missi in omnem terram: & Zach. 3. vt exponit Hieron. & patres cōsentiant, Super vnum lapidem dicuntur esse septē oculi, hoc est super Christum, septem dona Spiritus sancti, quę referūtur ab Esa. c. 11. hęc vero dona Chri, oculi bene nuncupantur, quoniā in illis, veluti in genuinis quibusdam effectis, diuini aspectus, & diuinorum oculorum natura atq; vis, nobis innotescit, & in illis etiam diuinus amor maxime elucet: colūbarum autem esse dicuntur, quoniā Spiritus sanctus Matt. 3. in specie columbę dicitur descendisse: hic vero diuinus Spiritus qui in columba significatur, maxime delectatur circa aquarum riuulos, hoc est, circa illos iustos, qui à Christo fonte bonorum omnium, quasi riuuli sunt deducti. Iusti etiā riuuli dicuntur,

Apoc. 5.

Zach. 3.

Matth. 3.

COMMENTARII. CAP. V. 32

tur, nō stagna, aut paludes, eo quod perpetuo lapsu ad æternā beatitudinem festinant, dicente Chřo, Ioā, 4. Qui biberit ex aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternam: qui vero in rebus terrenis & tēporarijs cōquiescunt, stagno cōparantur, cuius aquę cū nō fluāt, & quasi mortuę sint, putrescunt & foētent, loca vero paludosa & lutulēta, sibi potius idonea sunt quā columbis, iuxta illud Sapientis, Spiritus disciplinę effugiet fictū, & auferet se à cogitationibus quę sunt sine intellectu: residentq; hę columbę potissimū iuxta fluēta plenissima, propterea quod Spiritus sancti charismata, potissimum resident in Christo in quo est tota plenitudo diuinitatis, iuxta Esa. vaticinium. c. 11. Requiescet super eum spiritus dñi, Pręterea in Virgine Christifera, quā salutauit angelus Gratia plenā: & deinde, Spiritus sanctus superueniet in te: deinde in Apostolis, qui fuerunt quasi quędam flumina plenissima totū terrarum orbē irrigantia, Acto. 2. Repleuit totam domum vbi erant Apostoli sedētes. Hęc vero columbę dicuntur lotę lacte, propterea quod illi quos Spiritus sanctus gratia sua perfudit, candidissimi sunt, & etiam lactei, hoc est, suauissimis morib; pręditi. Alia est expositio quę magis mihi placet, vt per oculos, Ecclesię magistri intelligantur, quos hoc loco columbis cōparat, quoniam oportet doctores Ecclesię, siue antiquos, siue euangelicos, columbę naturā, ingenium & mores imitari, nimirum mansuetudinem, innocētiam, fidem,

Sapient. 1.

Isa. 11.

Acto. 2.

IN CANTICVM CANTICORVM

Matt. 10
Esai. 62

fidem, foecunditatem, sollicitudinem in prole procreanda, gemitu, & caetera omnia quae logum esset recensere: hinc Chrs Matt. 10. ait, Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colubae: & Esa. 62. Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbae ad fenestras suas? hi vero oculi siue colubae, potissimum circa aquarum riuulos recreantur & delectantur. Aquarum riuuli sunt sacrae scripturae libri, qui veluti riuuli quidam ab ipsa summa sapientia deriuantur, versantur autem haec columbae circa hos riuulos, magna cum voluptate & utilitate, multis de causis: & propter loci amenitatem. Ripa enim ipsius riuuli, viridi herba, & arborum frequentia, solet esse gratissima: & sane in illis qui circa hos riuulos diuinae sapientiae spatiantur & coquiescunt, vident virtutum germina, & arbores proueniunt fructiferae, iuxta illud psal. 1. Erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Lauantur praeterea & purificantur columbae in his riuulis, & contra libidinis aestum & ardorem refrigerantur. In ipsa etiam aqua perlucida & perspicua suam imaginem intuentur. Ostenditur enim viri iusti & iniusti imago, in arcanis literis. Et in aqua etiam vident coeuantis accipitris umbram, atque ita ad foramina petrae & caernam maceris magna velocitate confugiunt. Est vero notandum, quod riuulorum aqua, tacito & silenti murmure decurrunt: torrentes vero magno fragore: quod facile sacrae scripturae libris accommodatur. Lacte vero dicuntur lotae, eo quod doctrina fa-

Nota.

COMMENTARII. CAP. V. 33

cra quae lactis nomine gaudet, prius purificatur & candidantur ipsi magistri, quam ceteros omnes purgent atque purificent. Et residet iuxta fluentia plenissima, quia quanquam veteris testamenti lectio utilissima sit, & magnopere amplectenda: praecipue tamen euangelici doctores, iuxta nouum Testamentum, debent residere, quatuor Euangelia, & Pauli epistolas, quae sunt quasi quaedam fluentia plenissima. Ultima expositio est, vt per oculos columbis comparatos, intelligamus vtrumque intellectum Christi, diuinum & humanum: hi oculis colubarum comparantur, propter munditiam & sinceritatem, dicente Baruc. 3. Mundi sunt oculi tui, ad iniquitatem respicere non possunt. Erant etiam corporei oculi in Christo pulcherrimi, & instar oculorum colubarum, grate nitentes. Sed vt ad internos oculos redeamus, illi in Christo erant perspicacissimi, de quibus Pau. ad Heb. 5. ait, Quod omnia sunt nuda & aperta oculis eius: sed praesertim hi oculi recreantur circa riuulos aquarum, nimirum circa iustos & predestinatos, canente David, psal. 33. Oculi domini super iustos: quos merito riuulis aquarum similes esse canit sponsa, propterea quod a Christo omnium bonorum fonte dulcissimo scaturientes, ad eundem veluti ad bonorum omnium Oceanum, semper festinant atque decurrunt. Hi vero Christi oculi quibus vniuersa prospicit atque gubernat, ac iustos omnes dirigit ad aeternam foelicitatem, dicuntur esse columbarum lactearum & cadissimarum, quoniam diuina natura, totius puritatis & candoris

Nota.

Heb. 5

psal. 33

IN CANTICVM CANTICORVM

est causa, humana etiam quæ ipsius diuine organum est, nostras omnes actiones purgat, & candidissimas efficit. Resident etiam oculi isti iuxta fluentia plenissima, quoniam primo quiescunt oculi Dei in suæ naturæ cōtemplatione, post hæc in cognitione Christi, qui illis est omnium hominum & angelorū longe gratissimus: atq; ita tanto magis diuini oculi in sanctorum cōtemplatione recreantur, quāto maiorem illis bonorum celestium plenitudinem impartitur: resident nāq; Chri oculi iuxta fluentia plenissima. *Genæ illius sicut areolæ aromatum confite à pigmentarijs.* Areola ab area deriuatur, areæ vero duplex est significatio, prior vt area sit, terra plana, purgata, & glabra, in qua fruges arescunt & teruntur. Areola etiā accipitur pro terra bene subacta & purgata, figura quadrata aut circulari, in qua hortorum cultores semina iaciūt, herbas conferūt, & aromata odorifera & saluifera. Quod ergo sponsa sponsi sui genas areolis comparat, in prima significatione, insinuat genas sponsi non esse prominētes, neq; hirsutas, sed planas, æquabiles, & leues, seu glabras. Si vero hortorum areolis cōparentur, in quibus nascūtur flores cādidi, atq; purpurei, significat sponsa, vultū sponsi ipsiusq; genas esse pulcherrimas, quoniam & candidæ sunt, & purpureo quodam colore suffusæ. Quod vero attinet ad verā sponsi pulchritudinem, quæ in interno homine sita est, aptissima est genarū sponsi cū hortensib⁹ cōparatio: vt enim areolæ multis ac diuersorum colorū confite floribus,

COMMENTARII. CAP. V. 34

bus, ex ipso multiplici colorū cōcursu & florū, maxima quædā confurgit pulchritudo quæ oculos allicit, & mirum in modū recreat: ita etiam & in Chro diuersarum & innumerabilium virtutū cōcursus, cōcentum quædam reddebat gratissimū, & speciē oculis maxime spectabilem: melius tñ per genas duas, præcipuas in Chro, facultates accipito, intellectū in quā & volūtātē, in quibus diuini illi pigmentarij, nēpe Pater, Filius, & Spiritus sanctus, quasi in terra bene subacta, purgata, & cōplanata, scientiarum omnium & virtutum semina atq; aromata conseuere. Nam intellectus animæ Chri, si August. D. Tho. cæterisq; patribus credimus, omnium humanarum & diuinarum scientiarum habitibus fuit cumulatifsimus, voluntas etiam & appetitus inferior præditus fuit omnib⁹ virtutib⁹, quæ areolæ cōfite dicuntur esse à pigmentarijs, quoniā quidquid vel cognitionis, vel virtutis animæ Chri, à sacra triade tributum fuit, totum id in hominum salutem, & nostram foelicitatem est referendum: vnde Chrs ipse in arcanis literis hominū salus dicitur, imo ipse saluator. Postremo sicut in genis potissimum elucet pudor, mansuetudo, & morum recta institutio: ita virtutes illæ quæ potissimum splendere in Chro, per duas genas significantur, nimirū misericordia & iustitia, indignatio aduersus peccata, & nostrarū miseriarum cōpassio: hæc nāq; virtutes, areolis cōparentur, propter equitatem summam quam tenet ipse, siue in reddendis præmijs, siue in supplicijs

inferendis propter peccata: ita vt in tāto opere exi-
gat quoq; ipse nostræ conscientię testimonium, vt
nos quasi sententię latę subscribamur: vnde Ioan.
Baptista apud Matt. c. 3. Christũ cōparat agricolę,
purganti aream suam, dicens, cuius ventilabrum in
manu eius & purgabit aream suam, triticum con-
gregabit in horrea, paleas autem comburet igne
inextinguibili. Sed melius hortorum areolis duę
hęc Christi genę, iustitia & misericordia, cōparātur,
ex gemina enim hac virtute quę in Chřo nascitur,
tanquam in quodam amenissimo horto, & in eo
sunt duę areolę, transferuntur germina in Ecclesię
areolas, quibus illamirum in modum viret, floret,
suauissimu mę; odorem spirat. Sunt enim in Eccle-
sia areolę, in quibus sunt flores virginei candidissi-
mi, alię vero in quibus sunt purpurei martyrum flo-
res, alię in quibus multi pallefcunt flores per pœni-
tentiam, multi rutilant per doctrinę splendorem: ac
tandem ex his areolis aromata conficiuntur & me-
dicamenta, aduersus animi morbos, remedia prę-
sentissima. Vocari etiã areolę, & possunt & debent
familię religiosorum hominum, quas vulgo ordi-
nes monachales appellamur, olim ab Antonio mo-
nachorum patre, à Basilio magno, Hierony. Auguf.
Benedi cto, Bernardo, Dominico, & Frãcisco, alijs
quę sanctis patribus religionũ institutoribus, qua-
si à quibusdã peritissimis pigmētarijs cōsitę, quę
vel hoc tempore & antiquo, multo maxime suauif-
simum toto terrarum orbe odorem spirarūt. *Labia*

eius lilia stillantia myrrhã primam. In decore labio-
rum, plurimum inesse gratiæ ad pulchritudinē per-
ficiendam omnibus est cōpertum, quapropter spō-
sa, vt labiorum sponsi pulchritudinem cōmendet,
laudat eorum colorem & odorē, cōparat sponsi la-
bia lilijs, odorē vero myrrhæ selectissimę. Sed pri-
ma facie videre posset hęc inducta similitudo ine-
pta, & incōdita, in labijs enim nō candidus color,
qualis est in lilijs, sed purpureus cōmendatur: vn-
de sponsę labia cōmendabat spōsus superi⁹, quod
essent sicut vitta coccinea. Antiqui interpretes vt
hunc nodum soluant, dicunt labia hoc loco pro lo-
cutione ipsa sponsi vsurpari, quę labijs articulatur
atq; perficitur. Verba autem sponsi, apte cãdidis li-
lijs cōparantur ob cãdorem, veritatem, ac puritatē
Euangelicę doctrine, qua phrasi David psal. 11. di-
xit, Eloquia dñi, eloquia casta, argentum igne exa-
minatum, &c. Vnde Greg. Beda. Ansel. & Gręci nō
nulli dicunt, quod sponsi labia, liliorum candori af-
similatur, propterea quod in Euāgelicis libris, ple-
runq; nobis promittitur cœlestis beatitudo, cuius
est candor & splendor eximius. Sed quoniã ad hęc
beatitudinem non nisi per arduã & laboriosam vir-
tutum viam peruenimus, dicuntur hęc lilia myrrhã
primam distillare: & Chřs apud Matt. c. 4. suam prę-
dicationem auspiciatur, dicens, Pœnitentiã agite,
appropinquauit enim regnũ cœlorũ, quę cũ à san-
ctis patrib⁹ ingeniose & grauitè dicta fuerint, pro-
banda nobis sunt, & maxima cum veneratione susci-
pienda.

Gregor
Beda.
Ansel.

Matt. 4

*Dioscori-
ces.
Plinius* pienda. Sed planior, meo iudicio, & facilior inter-
pretatio erit, si cū Dioscoride diligentissimo natu-
rę herbarum & florum peruestigatore, & cū Plinio
lib. 2. i. c. 5. obseruemus, tria esse liliorū genera: pri-
mū cuius frequenter in sacra scriptura fit mētio, cu-
ius flos est candidissimus & fragrantissimus, Hispa-
no idiomate dicitur (Azucena) & de hoc intelligē-
da sunt verba illa. c. 2. Ego flos cāpi & lilium cōual-
lium. Secundi generis lilia sunt, quę proferunt flo-
res, non candidi sed cærulei coloris, qui flores ra-
dijs quibusdā diuersi coloris cōdecorantur, nō tñ
sunt odore admodum grato. Tertij generis lilia, flo-
res habent purpureos, vt author est etiā Theopha-
stus, lib. de plātis, vt ipse & Plinius putant, antiqui
narcissum esse putauerunt, hic & purpureo colore,
& suaueolentia, & tribus filis aurei coloris, alijs q;
naturę dotibus maxime cōmendatur. His lilijs, ele-
ganti, meo iudicio, schemate, cōparat sponsa spōsi
sui labia: nā hunc florem veteres etiā iridē esse di-
xerunt. Florem autem iridem eloquentię esse sym-
bolum, testatur Homerus poetarū sapientissimus,
qui vt legatos Troianorum eloquentissimos esse
ostēderet, ait eos lilio esse cōmedisse, qua reddi-
ti sunt facūdiffimi: & iridē quidem cœlestē, à qua
herba iris nomen accepit, eloquentiæ Deam vete-
res esse aiebant, quia vt arcus ille cœlestis, varijs co-
loribus oculis est gratissimus, & lilium etiā: ita etiā
oratio varijs figuris & coloribus distincta, audito-
ribus solet esse admodum grata. At Chrii doctrina
quā

*Theopha-
stus.
Narcissus
flos.*

*Iridem flo-
rem*

*Lilio esse
pro eloquē-
tia accipi-
tur apud
Homerum.*

quā sit & iocunda auribus auditorū, & animis salu-
tifera, declarant verba illa Petri, Ioā. 6. Quo ibim⁹
dñe verba vitę eterne habes: illud etiā David pfa.
44. Diffusa est gratia in labijs tuis, &c. et Ioann. 7.
Quidā misi vt Chrm cōprehenderent, audita illi⁹
suauissima doctrina, nō ausi sunt illum capere, sed
potius illius sermone capti & deliniti, dixerunt: nū-
quā sic locutus est homo: & Pau. ad Heb. 1. Locut⁹
est nobis in filio, quem constituit heredem vniuer-
forum, per quē fecit & secula. Et vt peritissimi me-
dicorum docent, narcisus flos, & lilium purpureū,
habet vires quasdā Euāgelicę doctrinę similimas:
nam & prauum halitum corrigit, & optimum spiri-
tum siue halitum cōciliat: ita cū quispiā ex Euange-
licis libris, aut epistolis Pau. quasi ex viridarijs a-
menissimis lilia colligit, & in animi ventrē trajcit:
tunc dicere potest illud pfa. Eructauit cor meū ver-
bum bonum: & illud etiam, Memoriā abundantię
suauitatis tuę eructabunt. Pellit etiam esum lilium
venena: sic verba Chrii, animi perturbationes atq;
peccata, quę lethifera sūt venena, prorsus repellūt.
Stillantia myrrham primā. Labia enim Christi myr-
rham primā stillabant, cū Matt. 5. Aperiens ipse os
suum docebat, & discipulos & populū ad se cōfluē-
tem, dicens, Beati pauperes spiritu, quoniā ipforū
est regnum cœlorū: vbi via ad æternā foelicitatem
nobis proponitur, nō mollis & voluptuaria, sed ar-
dua, dura, & laboris plena. Intrate ait. c. 7. per angu-
stam portā & viam arctā. Myrrha vero hæc, præter
quā

Ioann. 6

psal. 44

Ioann. 7

Hebr. 1

psal. 44

Matt. 5.

Math. 7.

quã quod à corruptione præseruat, nosq; cõseruat immunes & alienos à lethiferis peccatis, præbet etiam odorem gratissimũ, nõ solũ hominibus, sed etiã Deo & angelis: cõsultò vero dixit distillantia nõ effudentia myrrhã primã, quoniã Chrs redemptor noster, amaritudinem laborum & poenitentiã nõ effundit, sed distillat, & facit vt guttatim cadat, plus nobis dulcedinis & suauitatis, quã laboris impartiens. Quod vero lilia dixit hanc myrrhã distillare, vt acute notauit Theodoretus, indicat, eloquentiam Christianam non esse affectatam, non nostra excogitatam industria, sed natiuam, neglectã, cuius pulchritudinẽ Deus ipse tribuerit: vnde apud Matth. 6. dixit, Cõsiderate lilia agri quomodo crescunt, non laborant, neq; nent, amen dico vobis, quod pater vester cœlestis vestit illa. *Manus eius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis.* Manus sponsi celebrat sponsa, quod non sint exangues, ossibus hæretes, carnibus nudatæ, sed carnosæ, bene succulente, & quasi torno elaboratę: aureas vero appellat, propter annulos aureos quibus manus sponsi exornabantur, plenas vero hyacinthis vocat, aut propter gēmas aureis annulis inclusas, aut propter vngues pulcherrimos, qui ad similitudinem hyacinthorũ nitebant. Manus in arcanis literis multiplicẽ habet significationem, quod vero ad nostrum facit institutum, manus hoc loco, pro virtute effectrice Dei, illiusq; operibus vsurpatur: vt enim manus in homine, multorum operũ est administra, ita vt in hac

rerum

rerum natura, quasi alteram naturam efficere conetur: ita diuina illa vis & omnipotentia, omnium rerum quæ conditæ sunt, opifex est causa. Cũ ergo ait sponsa, quod manus sponsi tornatiles sint, aureæ & hyacinthis plenæ, cõmendat in illo, virtutem illam effectricem diuinam, quã appellat tornatilem, propter velocitatẽ, peritiam & rectitudinẽ in operando: tornatoria nãq; ars, in agendo est velocissima, & certa, ita vt nunquã à regula deflectat: circinus nãq; ipse, cui quæ torno elaborantur, affixa sũt, est veluti regula & amufis, eorum quæ sunt efficienda, quæ ascia, scalpelo aut dolabro fiũt, crebro sunt ad normã redigenda: ita quæ à Christo Deo fiunt, cũ ipsi regulæ cõiunctissimæ sint, & magna peraguntur velocitate, & nõ possunt nõ esse recta: inde vox illa Dauid Dei perfectã sunt opera: & Moſis Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Hebræi legũt, manus illius orbes, quoniã prisci illi sapientes, quæ in suo genere perfectã esse significabãt, circulo similia esse dixere, imò Aegyptij, Persæ, & Hebræi, Deũ ipsum circulũ appellabant, vt eum perfectissimum esse docerẽt: & Dion. c. 4. de diuinis nominibus, citans diuinum Hierotheũ, diffinit amorem diuinum, quod sit circulus à bono in bonum perpetuò reuolutus. Sponsa ergo celebrat in sponſo vim operatricem, imo omnia opera à spõſo pducta, quæ sunt quæque in suo genere perfectissima. Nã quanquã quædã esse videantur hominibus prima facie pernicioſa, & in hac mũdi vni

K uerſitate

Nota.

Theodore.
141.

Matth. 6

Nota.

Dionysius
Hierotheus

uerfitate superuacanea, vt venenata animalia, fucus herbarum pestiferi, culices & cimices, mortalibus molestissimi & noxij: hæc tamen, si ad diuinam sapientiam & prudentiam referantur, totiusq; mundi perfectionem, in hac discordi rerum omniũ concordia, suam habet cõcinnitatem, & suauissimũ reddunt concentum. Manus ergo sponsi appellantur tornatiles, siue orbiculares, primũ, quoniã omnia creata, intra supremum illum orbem quẽ empyreũ appellamus, cõtinentur: omniaque cõdita, orbem quendam & circulũ aureum perficiũt, dum à Deo egressa, in eundem pro suo gradu & modo, magno impetu recurrũt. Ipse etiã Deus, quẽ Ioã. Apoc. i. appellat Alpha, & O, principium & finem: circulus dicitur, quia principio & fine caret: & circulari quadam ratione, omnia propter semetipsum operatur. Aureæ præterea manus istæ censentur, tum propter diuinam naturam, quã opera ista præferũt, tum etiam propter diuinam sapientiam, cuius aurũ est symbolum, canente Dauid: Omnia in sapientia fecisti, & etiam quia in operibus ipsis Dei, elucet diuina illa, & vere regia magnificentia: quæ thesauros illos suos, & opes incõparabiles, affluenter impartitur. Plenę hyacinthis vocantur diuinę manus, quoniam tum in rebus sublunaribus, tum maxime in cõlestibus illis corporibus, præter diuinam naturam, magnificentia & diuitias, quas in illis agnoscimus, effulgent maxima quædã vestigia, & lumina diuinæ prouidentia, quas hoc loco, sponsa hyacinthis

cinthis, seu tharsis cõparauerit, vel potius in orbibus cõlestia corpora: in hyacinthis vero sydera ipsa fulgentissima, nobis expressit sponsa: reboat enim ubiq; vox illa cõclorum: & claret in ipso fabrica, ordo ille incorruptus, & acies pulcherrima syderũ: iuxta illud Dauid, Celi enarrat gloriã Dei. Quod si de virtute operatoria Chri sit sermo, illa iure optimo tornatilis & circularis esse dicitur, quoniam illi omnia opera erant perfectissima: iuxta vocẽ illã populi, Marci. 7. Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui: & quia summa velocitate omnia peragebat miracula, & nunquã à regula deflectebat, ipsaq; humana natura, quæ subsistentia verbi existerat, nihil vel cogitabat, vel amabat, aut efficiebat, quod nõ in gloriã Dei referret, teste Ioan. 8. Ego gloriam meã nõ quæro, sed eius qui misit me: & Dauid psa. 18. ait, In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquã sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendã viã, à summo cõelo egressio eius, & occurfus eius vsq; ad summum eius: neq; est qui se abscondat à calore eius: & Ioan. 13. Sciens, quia à Deo exiuit, & ad Deũ vadit, clari⁹ Pau. ad Eph. 3. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cõelos, vt adimplet omnia. Aureæ dicuntur manus sponsi, quoniã in miraculis cæterisq; beneficijs, quæ impartebatur humano generi, præterquã quod splendet diuina sapientia & magnificentia, referũt omnia miracula, ad immortalitatem nostrã & felicitatẽ, quæ

Marc. 7

Ioan. 8.

psa. 18.

Ioan. 13.
Ephes. 3.

per aurum significatur: aureæ dicuntur in primis, propter charitatem quæ in diuinis beneficijs maxime declaratur. An non tornatiles, aureas, & hyacinthis plenas, dixeris omnes illas actiones Chri, uocationem, iustificationem, ipsam quoq; beatitudinem, per quas à Deo egressi, in Deum quoq; reducimur & reuocamur? Dicuntur autem plenæ hyacinthis, quoniam in Christo, omnia etiam terrena, infirma & fragilia, cœlestem quandã splendorẽ, qualis est in hyacinthis, præferrebant: vnde in veste vbratili illius summi sacerdotis, multa erant coloris hyacinthini, balteus, vestis ipsa, & vitta illa, qua lamina aurea cui insculptum erat nomẽ Dei astringebatur: quoniã Christi tota vita, cõuersatio, miracula, doctrina, cœlestem quandã foelicitatem præferrebant: vnde Pau. ad Heb. 5. ait, Talis decebat vt esset Pontifex, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus. *Venter eius eburneus, distinctus sapphis.* Hebræi legunt, Viscera eius ex ebore testo sapphis. Græci vero legunt, Viscera eius quasi pixidicula cõtecta sapphis. Gemina est præsentis carminis expositio, quæ respõdet geminæ significationi vëtris, vteri aut viscerum: venter nanq; & vterus, in arcanis literis, interim pro diuina illa mente patris, gignentis filium accipitur, vt psal. 109. Ex vtero, ante luciferũ genuite. Hunc vterum, sacer Euãgelista Ioã. 1. appellat si num, dicens, Deum nemo vidit vnquã, vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit, neq; solum pro mente

mente ipsa, quæ fecunda est prole illa sibi cõsubstantiali, sed etiam pro eodem intellectu, qua ratione continet in se rerum omnium creandarum semina, idæas atq; rationes: nam quemadmodum in femineo ventre fetus delitescit, suo tẽpore in lucẽ proferendus: ita in diuina illa mente res omnes delitescunt, suo tempore in lucẽ educendę. Vnde Iob. 38. ait, Quis est pluuię pater, aut quis genuit stillas roris? de cuius vtero egressa est glacies: & Boetius elegãter ait, Mundũ mête gerens pulchrũ, pulcherimus ipse. Hic vëter dicitur eburneus, propter lucem immensam & candorem incomparabilem diuini intellectus: vnde Filius, lumen de lumine dicitur, in symbolo Niceno: & Sapietiã. 7. Cãdor ęternæ lucis. Distinctus sapphis appellatur: propterea quod rerum omnium naturæ atq; species non confusa nec vniuerse, sed secundum proprias & distinctas differentias, in diuina mente refulgẽt, inter quas præminent & maxime fulgent cœlestes illi spiritus, qui per sapphis significantur. Accipitur secundo venter, vterus, & præsertim viscera, præcordia, cor, in sacra scriptura, pro humana Chri natura: vnde quod Hebręi legũt viscera, vulgatõ terpres vertit ventrem: viscera autẽ, cor & vëter, significat humanã naturã: quia ratione illius, Chrs maxime cõmiseratione & cõdolentia tãgitur erga genus hominum: vnde Zacharias Lucę. 1. dixit, Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quib; visitauit nos oriens ex alto: & Genes. 43. de Ioseph dicitur,

Zacharias
Lucę. 1.

Genes. 43

3. Reg. 3.
1. Sa. 63.
Esa. 46

Esa. 66

2. Cor. 15.

Hebraic

Cōmota sunt viscera illius, super fratre suo: & 3. Regum. 3. Cōmota sunt quippe viscera eius, super filiū suum: & Esa. 63. Vbi est multitudo viscerum tuorū? & præterea Esa. 46. Audite me domus Iacob, & residuum domus Israel, qui portamini à meo utero, qui gestamini à mea vulua: & postea. c. 66. Ad vbera portabimini, & super genua blandietur vobis. Hic vero venter eburneus est propter innocentiam & castitatem, puritatemq; morū, quæ in Ch̄so maxime enituerunt: ebur ex ossibus & dentib⁹ elephantum fit, quæ animalia, sunt à natura morigera & obsequentissima, ita vt in bello etiam turrigeros videam⁹ elephantes acriter olim aduersus hostes pugnasse: de viro autē obediente, ait sapiēs quod loquetur victorias: Christus autem patri obtemperans vsque ad mortem, tam præclaram adeptus est victoriam, vt Pau. ad Philip. 2. dicat, quod propter hoc exaltauit illū pater, & donauit illi nomē quod est super omne nomen. In hac vero Christi sacrosancta humanitate atq; anima, tanquā in vtero quodam, continentur omnes iusti, beatitudine suo tēpore & præmia meritorū percepturi: est autē hic vēter, distinct⁹ sapphyris, quoniā iustis repēdetur beatitudo nō æqualis, sed diuersa pro meritorū varietate: iuxta oraculū Pau. 2. ad Cor. 15. Stella differt à stella in claritate, legūt Hebræi, Cōtect⁹ sapphyris, quoniā etsi vita præfens, laboriosa videatur, & difficilis, sit virtutis viā, iusti non quæ videntur, sed quæ nō vidētur contēplātur: vnde fides diffinitur à Pau.

à Pau. Substātia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Tegitur ergo labor vitæ presentis sapphyris, quoniam in terrenis laboribus & perituris, æterna delitescunt præmia: Exo. 24. hui⁹ rei pulcherrimam vmbra nobis præstitit Deus, nam dicitur, quod ascenderunt Moyses & Aaron, & septuaginta seniores in montem, & viderunt sub pedibus Dei, quasi speciem lapidis sapphyrini, quasi cælum cū serenum est: est enim humana naturā in Christo, tota cęlestis, & quæ aureis quibusdam pūctis distinguitur & vermiculatur: quemadmodū cælum serenum astris pingitur atq; distinguitur, sic etiam diuersi status prædestinatorum ad cælum tendentiū, & diuersi Ecclesiæ gradus, continentur in humana Christi natura: & tandē. 3. Reg. 10. dicitur, quod fecit sibi Salomon thronū ex ebore grandē, coopertum auro fulgentissimo, cuius vertex rotundus erat, tantaq; erat huius throni pulcritudo, vt nullius regis solium, illi esset equiparandum: quem thronum, merito dixeris Christi humanitatem. *Crura illius, sicut columnę marmoreæ, quæ fundatę sunt super bases aureas.* Qui de hominis opificio scripsere, vt Plato, Aristot. Marcus Tullius, Ambr. Laetantius Fir. & Theodoret⁹: crura in homine veluti columnas quasdam esse dicebant, quibus incūbit totius humani corporis pondus & structura: pedes vero, bases quibus columnæ istę innitantur: sed multo antea, Salomō hęc philosophiā tradens, hoc loco comparat sponsi crura, columnis marmoreis, quæ super

Exo. 4

3. Reg. 10

2. Cor. 15

IN CANTICVM CANTICORVM

super aureas bases fundantur & fulciuntur, quod si physionomiæ peritis credendum est, qui exilibus sunt cruribus, vt plurimum, sunt animo & corpore imbecilles, qui vero habent crura succulenta, orbiculata & firma, solent esse corpore & animo robusti: quemadmodū fundamenta infirma & cito ruitura, in causa sunt vt superstructum ædificium facile nutet, & corruat: iuxta illud Satyrici, nos urbem colimus, tenui tibicini sultam. Vt ergo sponsa significaret, spōsum esse fortissimū & robustissimum, celebrat illius crura, quod sint quasi columnæ marmoreæ, quæ basibus aureis innituntur: huic diuinæ philosophiæ, suffragatur Pau. ad Heb. 1. dicēs de Christo, quod portat omnia verbo virtutis suæ: & psal. 32. Dauid, Verbo dñi cœli firmati sunt, &c. et psal. 24. Ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eam: & psal. 103. Fundauit terram super stabilitatem suam, nō inclinabitur in seculū seculi. Sūt tñ ex antiquis patribus, qui per crura & pedes exponant itinera quæ Chrs suscepit, ad docendum populum illum Hebræum: sunt enim crura & pedes ambulandi instrumēta, accipiūtur etiam pro doctrina ipsa, quā firmissimā esse & cōstantissimam, perpetuoq; māsuram, docet Chrs dicens, Cœlū & terra transibunt, verba autem mea non transibunt: vnde ipsa Ecclesia, hac doctrina fulcita, appellatur à Pau. columna & firmamentum veritatis. Duo etiā crura multi ex patribus, intelligunt duas illas virtutes, quæ sponsam in hūc mundum quasi detulerūt,

Heb. 1.

psal. 32
psal. 24

Matt. 5.

requi

&

COMMENTARII. CAP. V. 41

& causa seu ratio fucere in illo, omnia faciendi: iuxta illud psal. Vniuersę vię dñi misericordia & veritas. Sunt istę columnę marmoreæ, quia fidelis dñs in omnibus verbis suis: summāq; tenet semper in dictis & promissis constantiam, in remittēdis peccatis exhibet summā misericordiam. Eorum tñ interpretatio mihi magis placet, qui per duo crura sponsi, quę sponsa marmoreis columnis similes esse ait, interpretantur Apostolos & eorum successores, præsertim Petrum & Paulum: hos nāq; vt iam c. 3. cōmētati sumus, merito columnas dixeris, quibus totius Ecclesię pulcherrimum ædificium & pōdus incumbit. Sunt vero columnæ marmoreę, nō ligneę, quales erant veteris tabernaculi columnę: marmoreę autē columnę, præterquā quod rectę sūt & candidæ, sunt etiam firmissimę: de Petro enim ait Chrs Matt. 16. Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo Ecclesiam meam. De vniuersis autem Apostolis, atq; ad eò de Paulo, Ego confirmaui columnas eius: fundantur autē hę columnę, super bases aureas, quoniā Apostoli ac diuini verbi concionatores, suam firmitatem mendicāt & accipiunt ex prima veritate, fidei mysteria reuelante: ipsi præterea, quęcunq; pericula alacri animo sustinebant, pro huius veritatis defensione, radicati & firmati charitate, quæ ita firmabat Paulū, vt diceret, Quis nos separabit à charitate Christi? Vnde quęadmodum Chri vestis incōsutilis, desuper contexta per totum, authore Ioāne, non fuit diuisa, quoniā gere

psal. 24.

Petrus & Paulus duo crura ecclesię sicuti corporis.

Matt. 16.

I. 1111. 19

L bat

bat typū Ecclesie, cuius vnitas nullo modo aut potest aut debet rumpi: ita etiam Christi sanctissima crura cōfracta non fuere, vt significaretur Apostolorū & Apostolicæ Ecclesiæ Romanę fundamēta, ne labefactari posse neq; cōfringi: habet enim præter duos illos heroes Petrū & Paulū, Romana Ecclesia duo firmissima fundamēta, & quasi bases aureas, quibus innitur, nimirū Cōciliorū generalium sanctiones, & Romani Pōtificis autoritatē in de finiendo: his enim basibus aureis, tota ecclesiastici ædificij ipsarum etiā columnarum firmitas, cōstitit. Bene ergo ait spōsa, crura sponsi esse quasi columnas marmoreas, fundatas super bases aureas. Quod vero Apostoli & ministri euāgelici in sacra scriptura pedes appellētur, aperte testatur Esa. 25. vbi post multa alia, quę de prædicatione Apostolorum Romæ facta, sunt intelligenda, tandem ait, Ciuitatem superborem humiliabit, humiliabit eam vsq; ad terram, cōculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorū: vnde gratulabundus. c. 52. ait, Quā pulchri super mōtes, pedes euāgelizantium pacem, euangelizantium bona, annuntiantis salutem. *Aspectus eius vt Libani, electus vt cedri.* Quę de spōso per partes dixerat, vniuerse & in summa cōpletur, dicens, illius aspectū simile esse aspectui mōtis Libani, eum etiā antecedere cæteros homines & angelos, quę admodū cedri cęteras arbores celsitudine exuperant. Vocabula hæc montis & cedri, in canonicis libris, præsertim veteris Testamenti, transferri,

transferri solent ad significandā insignē aliquā & eximiam præstantiam: qui enim cæteris aut potestate aut dignitate præstant, montes in sacris literis appellantur, cuius rei exempla nos superius multa protulimus, nunc satis sit illud psal. 72. Suscipiāt mōtes pacem populo, & colles iustitiam, mōtib; nanq; in terra nihil elatius, nihil sublimius: cū vero duo hæc nomina, mons & cedrus, ad eandē rem significandam transferuntur, tunc præferunt, nō qualēcunq; celsitudinem & excellētiam, sed eximiā, immensam, & cui nullius celsitudo sit cōparanda. Sponsa ergo vt testetur nullum esse, siue hominē, siue angelum, vlla ratione in pulchritudine cū spōso cōponendum, ait, illum esse pulchrum vt Libanū, & electum vt cedrum: quod Esa. 2. plane explicat dicens, Erit præparatus mons domus dñi, in vertice mōtium: & Dauid præcinens psal. 44. spōsi excellentiam, ait, Vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ participibus tuis: & Pau. ad Ephes. 1. proposuit instaurare in eo omnia, siue quę in cęlo sūt, siue quę in terra: & paulò inferius, Cōstituens eum ad dexteram suam in excelsis, vt sit ipse, supra omnem principatum, & virtutem, & dñationem, & super omne nomen quod nominatur, siue in hoc seculo, siue in futuro: cui cōsonat illud Pau. ad Phil. 2. Dedit illi nomen quod est super omne nomē: & ad Colos. 1. Vt sit ipse in omnibus primatum tenēs, quia in ipso cōplacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare. Cū igitur ait, *Aspectus eius vt Libani,*

psal. 72

Esa. 2

psal. 44

Ephes. 1

Philip. 2

colos. 1

Libani, perinde est ac si dicat: quemadmodum Libanus mons amenitate, arborum copia, virentium herbarum vbertate, perennibus fontibus, florum etiam diuersi colorum pulchritudine, aspicientibus est gratissimus, multaque alia præbet hominum visibus opportuna: ita sponsus meus, multigenarum virtutum in eum confluentium amenitatem aspicientibus est gratissimus: neque hoc tantum nomine, Libano comparatur sponsus, sed alia peculiari ratione, quoniam Libanus suppeditauit omnem materiam (vt lib. 3. Reg. legimus) ad Salomonici templi structuram, quod templum nullus est qui nesciat Christianæ Ecclesiæ typum gessisse, cui Christus non solum materiam & ligna ex quibus construeretur suppeditauit, sed omnem illi & formam præstitit & pulchritudinem: ipse enim fundamenta iecit firmissima, & erexit ex viuis lapidibus parietes: ipse hoc pulcherrimum ædificium claudit & tegit, ipse fide, spe, & charitate, perficit atque conseruat: quod Pau. ad Ephes. 4. eleganter demonstrat Electus vt cedri: quasi dicat, vt omne sylvarum decus, cedris altitudine, materiam incorruptibilitate & dignitate, odoris suauitate, facile cedit: sic omne hominum genus & angelorum, ipsi quoque seraphici spiritus, Christo palmam porrigunt, siue spectes sapientiæ candorem, siue gratiæ & sanctitatis pulchritudinem, siue decorem virtutum omnium: vnde Esa. 52. dicitur, Intelliget puer meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde, ab ipso enim & sublimitas Apostolorum, & cognitio

Euange-

Euangelistarum, & candor virginum, & inuictum martyrum robur, & sanctorum omnium bonus odor, defendit & deriuatur, merito ergo sponsa ait, Electus vt cedri. *Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis.* Genebrardus ex Hebræo vertit, Guttur illius dulcedines, & totus desideria: quasi dicat sponsa, nullus est siue hominum siue angelorum, qui dulcedinem sponsi mei, sermone possit exprimere: oratio namque ex illius labijs profluens, nec tunc quouis est suauior, parum dixi, ipsa est dulcedo atque suauitas: sed quid verbis moror? totus quantus est sponsus meus, gratijs & venustate est plenissimus, motu, gestu, habitu, oculis, verbis, ipsoque incessu omnium amorem sibi conciliat, ita vt merito dicatur totus desiderabilis. Quæ de gutturis opificio atque muneribus ex Arist. Plin. Cicer. Amb. Theodo. & Laetatio. c. 4. diximus, cum interpretaremur laudes illas quas sponsus protulerat de collo sponsæ, ea in quibus omnia sunt vobis nunc memoria repetenda. Nunc guttur pro sermone ipso accipitur, quæ suauissimum esse iam multis testimonijs sacræ scripturæ demonstrauit: illud nostro instituto sit satis ex psa. 118. Quia dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo: ex gutture enim sponsi, cum primum apud Matt. c. 5. Fons ille signatus aperiri coepit, fluxere verba illa, quæ nihil aliud nobis sonant & proferunt, nisi perennem beatitudinem: inde verò Regius vates, psa. 82. Audi quid loquatur in me dominus Deus meus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, &c. Loque-

L 3 tur

tur, ait, pacē, pace autē nihil optabili⁹, nihil suauit⁹
 autore Aug. lib. 13. de ciuitate, per multa cap. &
 Chrs ipse apud Ioā. 16. ait, Pacē meā do vobis, pa
 cē relinquo vobis, nō quomodo mūd⁹ dat, ego do
 vobis, cui⁹ pacis encomia celebrans Pau. aiebat,
 Pax dñi quæ exuperat omnē sensum, custodiat ani
 mas vestras & intelligentias vras. Guttur illi⁹, &c.
 Id solum obseruandū est, quod quāquā sponsa, spō
 si labia iam cōmendauerat, comparando illa lilijs
 purpureis: nunc autem guttur cōmendat, quod est
 veluti fistula, & quasi vena, per quā spirit⁹ à pulmo
 ne & visceribus ductus, in os trāsuehitur, vt ibi lin
 guæ, dentium, & labiorum ministerio, verba formē
 tur, à gutture ergo, in labia ipsa, spiritus deriuatur,
 tractus à visceribus & præcordijs Chri, quæ cū mi
 sericordia, benignitate, & charitate plena sint, ver
 bis imprimunt vim quandā, atq; energiā potentissi
 mā, qua affecti & incitati, animi auditorū & lecto
 rum, post habitis omnibus terrenis & sensibilibus
 oblectamentis, vnus sponsi amore ardeant: quod
 mihi videtur explicasse Apostolus, ad Titum. 3. di
 cens, Apparuit gratia Saluatoris nostri Dei, omni
 bus hominibus, erudiens nos, vt abnegātes impie
 tatem, & secularia desideria, sobrie, & pie, & iuste
 viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem,
 & aduentum gloriæ magni Dei: & planissime. 1. Pe
 tri. 2. dicens, Quasi modo geniti infantes, rationa
 biles, sine dolo lac cōcupiscite, vt crescatis in cha
 ritate, si tñ gustatis quā dulcis est dñs: vnde Chrs

apud

apud Ioann. 20. vt hunc suauissimum spiritum, suis
 discipulis impartiretur, insufflauit in eos, dicēs, Ac
 cipite Spiritū factū: vt in remittēdis peccatis, mor
 bis animorū curādis, & hominib⁹ ad bene beateq;
 viuendum instituendis, hoc spiritu salutifero vtan
 tur, quo durissima quoq; corda mollescant, & frigi
 dissima inflāmentur. Sed maior multo affluentia
 collata est Apostolis in aduentu Spiritus sancti,
 quando Act. 2. Factus est repente de cœlo sonus,
 tanquā aduenientis Spiritus vehementis, & reple
 uit totam domum. Quo Spiritu afflati & inspirati
 Apostoli, totum terrarum orbem, ad Christi fi
 dem & religionem conuerterunt: merito ergo ait
 spōsa, Guttur illius suauissimum. Totus deside
 rabilis dicitur sponsus, vt concinat vaticinio Ia
 cob, Genes. 49. vbi appellat Christum, desiderium
 collium æternorum, quoniam omnium sanctorū an
 tiquorum desideria, vota, suspiria, in Chrm refre
 bantur: inde illę voces, Vtinā dirūperes cœlos, &
 descenderes, illę etiam, Rorate cœli desuper. Quā
 quā æternorum collium nomine, aptissime intelli
 guntur cœlicolæ: de quibus ait Petrus. 1. Cano. 1.
 Quod angeli desiderant in Chrm prospicere: quod
 si opponas Esa. 33. dicentem, Vidimus despectum
 & nouissimum virorum: vnde nec reputauimus eū,
 huic calumnię facile respondet Esa. dicens, Ipse
 autem vulneratus est propter iniquitates nostras,
 attritus est, propter scelera nostra, cuius liuore sa
 nati sumus. Cū ergo intueris Chrm cruci affixū, &

illius

Ioann. 16.

Act. 2

Gene. 49

Ad Tit. 3.

1. Petr. 1.

1. Petri. 2

Esa 33

Ioann. 20

Nota.

illius sacrosanctum caput, spinis acutissime pungētibus coronatum, oculos vigilijs exhaustos, & lacrymis cruore permixtis suffusos, gēnas alapis cęfas, & sordidis sputis deformatas, os illud suauissimum, fele amarissimo affectū, manus tot miraculorum effectrices, clavis perforatas, humeros crucis pōdere attritos, tergum flagris discisum, pedes clavis etiam transfixos, & totū corpus vulneribus liuidum, atq; cruentū, merito dixeris, Christū etiam in cruce pendentem, totum desiderabilē: quoniā mēbra omnia illa, tot cruciatibus affecta, nostrę salutis efficacissima quędā medicamenta fuere, & media atq; instrumēta nostrę felicitatis: est ergo Chrs totus desiderabilis. *Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filia Hierusalem.* Epilog⁹ est totius encomij, quod sponsa hactenus cecinit, de pulchritudine sponsi: ait ergo nulla vestrum mirari debet, filia Hierusalem, quod ego sponsum meū, super omnes homines & angelos diligam: cū in eo tot eluceant dotes, tot clarissima lumina animi & corporis, nihilq; in eo occurrat, quod nō sit summo amore prosequendum: accedit etiam, quod ipse me ex æternitate ipsa supra modum dilexerit: ita vt amantem non redamare, sit turpissimū: ipse enim est amicus me⁹. Qua oratione veluti quodā amatorio poculo hausto, adolescentulę, ipsius sponsi amore ardere incipiunt, illiusq; quęrendi, tanto flagrant desiderio, vt iam nihil aliud cupiant, nisi sponsum inueniri, tenere, amplecti, & illius dulcissimo conspe

Au

ctu perpetuò frui: idq; explicāt, non sine sponsę cōmendatione, dicentes, *Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? quo declinavit dilectus tuus, & quæremus eum tecum.* Quę de spōsi pulchritudine, dixerat toto cap. sponsa, iuxta Tyconij primā regulā facile possunt populo Chřiano accōmodari: de ipso nanq; vere dici potest, quod est cādidus & rubicūdus, electus ex millibus: est enim cādidus, propter doctrinę, diuinęq; sapientię candorē, & splendorem eximium, quod cū purpureo charitatis colore permixt⁹ est, vt sit Ecclesię insignis pulchritudo, tantaq; præstantia, vt nulla respub. aut doctrinę puritate, aut splendore sapientię, aut morū & vitę integritate, aut charitatis fulgore, sit vlla ratione cū nostra respub. Christiana cōparanda: quę meritò dicitur populus electus ex millib⁹. Huius augustissimi regni caput, aurū optimum nūcupatur, caput appellatur prima huius regni ætas, quę ab ascēsu Christi in cœlū, vsq; ad Constantini Christianifimi Cęsaris imperium, foeliciter decurrit: fuere nāq; secula illa, foelicissima, & vere aurea: primum sub Apostolis Petro & Paulo, Iacobo, Ioanne, Andrea, cæterisq; Apostolis, & Christi discipulis, & sub Apostolorum discipulis, Dionysio Areopagita, Ierotheo, Ignatio, Polycarpo, Clemente huius nominis primo: deinde sub Iustino martyre, Quadrato, Aristide, Ireneo, Clemēte Alexandrino, alijs que hęroibus qui tempora illa foelicissima reddiderunt. Habuit caput hoc oculos columbarū, hoc

Tyconius.

Nota.

M est,

est doctores sacrarū scripturarū intelligētia præstātes, qui instar columbarum, ad limpidos riuulos scripturarum diuersati, super plenissima diuinæ sapientiæ fluentia iugi studio residebant. Cerneret in hoc capite, capillos tali capite dignos: cætus in quā sanctissimorum hominū, copiosos bonarum mentium greges, choros virginum, cuneos martyrum, qui ab omni humano sensu alieni, cœlestem vitam in terris meditabantur & agebant: atq; ita, eos elatis palmarum sursum semper assurgentibus, similes esse fatereris. Nigri tñ dicuntur quasi corui, quia etsi vitæ puritate, & morum integritate nitescerēt, sibi tñ nigri & peccatores esse videbātur, & tenui victu atq; habitu cōtenti, humiles, despicabiles, & ludibrio habiti, vertice tñ mentis, cœlū pertingebant: aut si verum fateri volumus, supra omnes cœlos cōscendentes, in solius summi boni contēplatione quiescebant. Successit huic primæ ætati, post Constantini obitum, secūda, quæ vsq; ad Gregorij Papæ huius nominis primi, tēpora protēditur: tūc nanq; pace Ecclesiæ reddita per Cōstantinū, regnū Christi, lōge lateq; fuit propagatum, & non solum quocūq; Romanū patebat imperium, sed etiam ad remotissimas terræ oras, & ad feras barbarasq; nationes delatum: vnde videtur regnum illud per pectus, brachia, ventrem, femoraque representari: & quāquā in tanta illius regni tranquillitate, debuit florere, virtutūq; maxima incrementa suscipere, tñ nescio, quomodo rebus in deterius sensim paulatimq;

timq; labētibus, iam status ille nō aureus sed eburneus appellatur: cœpit nāq; fulgor ille ardētissimæ charitatis, nō nihil obscurari, quāquā doctrinæ & sapientiæ puritas maxime vigeret, quæ per ebur optime exprimitur. Retinebat præterea seculum illud, multum de pristina illa & Apostolica morum integritate: vnde pectus, brachia, manus, venter & femora, auro, gemmis, hyacinthis, & sapphiris distinguebantur: fuere nāq; in illa ætate, quæ ipso ebore factis beata erat, Athan. Basil. Greg. Nazian. Grego. Nis. Chryf. Hier. Amb. Aug. Cyrilus, & multi alij, Ecclesiæ splendidissima ornamenta, & fulgentissima sydera: fuere præterea monachorum greges, & examina frequentissima, sub Basilio, Hiero. Aug. Benedicto, qui Ecclesiā quasi sapphiris distinguebant. Secūde huic, post tempora Greg. magni, successit tertia à prima & secūda multum degenerās, quā spōsa in cruribus lapideis nobis adumbravit: nam quātum distat marmor ab auro & ebore, tantū imò multo magis huius ætatis homines, ab illis Apostolicis, & secūde ætatis viris degenerauerūt: cū in hoc seculo tertio, præter quandā fidei firmitatē, & in religione cōstātiā, sed vt marmoris frigidā atq; lapideā, virtutum præsertim, charitatis, & earū quæ charitatē cōmittātur, penuria sit maxima. Euanuere iā pristina illa diuinarū virtutū ornamenta læguent, & emortuæ sunt in nobis, actiones honestæ, speciem tantū & personam virtutū sectamur, super suntq; paucissimi singulari Dei beneficio, in quib⁹

manent, pristina illius ætatis aureæ & eburneæ vestigia & femina. Sed bene habet, quod crura lapidea in pedes aureos desinent, & columnas marmoreas, bases aureæ suffulcient: post tertiam namque ætatem, quæ usque ad tempora Antichristi est duratura, sequetur ætas quarta & postrema, quæ sicut primam, vere auream possimus asseuerare: in qua Deus, Spiritus sancti dona hominibus copiose impartietur, & pristina illa Christiana quoque iustitia, & charitas aurea, quasi longo postliminio, in Ecclesiæ solû auitû est reditura: redibit verò, ut Christianus populus, pericula illa maxima quæ ipsi ab hostibus domesticis & externis impendent, possit euincere, maxime hostem illû potentissimum humani generis Antichristû. Hæc vero arma quibus ille superandus est, auctore Pau. 2. ad Corin. 10. non sunt carnalia, sed potentia à Deo ad destructionem munitio, consilia, destruentes & omnem altitudinem, extollentem se aduersus scientiam Dei. Tunc Hebræus populus, multis iam seculis in perfidia sua & cæco errore versatus, dñm nostrû Iesum Christû, suû & humani generis liberatorem agnoscens, in Ecclesiæ gremiû seipsum recipiet: id quod & olim propheta, & noui testamenti quedam oracula, aperte testantur: Zacha. enim. c. 12. erit ait in nouissimis diebus, effundam super domû Dauid, & super habitatores Hierusalem, spiritum gratiæ & precum, & videbunt in quem cõfixerunt: quem locum intelligendum esse de nouissimis temporibus, & de cõuersione Iudeorum

1. Cor. 10.

Zacha. 12.

rum ad Christû, probat Aug. lib. 20. de ciuit. c. 30. & satis cõstat ex Ioã. Apoc. 1. qui de postremo aduentu Christi, ad iudicium locutus ait, Ecce venio in nubibus cœli, & videbunt me omnes gentes, & videbunt me qui cõpunerunt. & Esa. vlt. quasi gratulabundus, hanc cõuersionem Iudaici populi eleganter describēs dicit: Lætamini cû Hierusalē, & conuentum facite omnes qui diligitis eam, gaude te cum lætitia, ut suggatis & repleamini ab vberibus cõsolationis eius, ut mulgeatis & delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius, quia ecce ego declino super eam, quasi fluuium pacis: & Pau. ad Rom. 11. Si peccatû, ait, Iudeorû diuitiæ sunt mundi, & diminitio eorû diuitiæ gentium factæ sunt, quâto magis plenitudo eorû? Futurû ergo est aliquâdo ut cœtus Iudeorum gratia sit plenus, & tunc postrema mundi ætas, & regni Chri exitus felicissimû erit, & verè aureus, ut aureo capiti & aurei pedes respõdeant, iuxta vaticinium Dauid psa. 64. dicētis, Exitus matutini, & vespere delectaberis, hoc est, læta fuere principia Ecclesiæ atque faustissima, sed iam iam, ad occasum accedente Ecclesia, extrema etiam erunt lætissima.

August.

Apoc. 1.

Esa. vlt.

psal. 64.

Caput sextum.

Dilectus meus descēdit in hortû suum, ad areolam aromatatum, ut pascatur in hortis, & libia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi

hi, qui pascitur inter lilia. Pulchra es amica mea, suavis & decora, sicut Hierusalē. Terribilis ut castrorum acies ordinata, auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt, capilli tui, sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad, dentes tui, sicut greges ouium, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis foetibus, & sterilis nō est in eis. Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ, absq; oculis tuis. Sexaginta sunt reginæ, octoginta cōcubinæ, & adolescentularū nō est numerus. Vna est colūba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filiae Sion, & beatissimam prædicauerūt, reginæ & cōcubinæ, & laudauerūt eam. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora cōsurgēs, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Descendi in hortum meum, ut viderem poma cōualliū, & inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica, nesciui: anima mea cōturbauit me, propter quadrigas Aminadab. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere reuertere ut intueamur te.

Dilectus meus descēdit in hortum suū, ad areolam aromatum, ut pascatur in hortis, & lilia colligat. Huius sexti capitis principium, cū sine præcedentis maxime cohæret: ita ut Hebræi, finem præcedentis capitis, ad initium huius sexti pertinere existiment, & patres antiqui, ac recentiores quidā, qui hoc epithalamium, in decē cantica seu dramata, diuisere, octauum canticum putāt incipere ab illis verbis, Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima

cherrima mulierum? Sed cū nos vulgatam editionem sequamur, dicamus, initium præsentis carminis, respondere interrogationi præcedentis capituli: rogauerant namq; adolescentulæ sponsam, quo declinauerat spōsus, illa vero, ut earum satisfaciat votis, respondet, Dilectus meus descendit in hortum suum, ad areolam aromatum. Ecclesiam tā veterem illā, quā nouam hanc nostrā, hortū esse amēnissimum, iam c. 4. & 5. copiose ostēdimus. In hoc præterea horto, areolas esse vel orbiculatas, vel quadratas, herbis, floribus & aromatis distinctas, ostendi c. 5. cū exponerem verba illa sponsæ, cōparatis genas sponsi areolis aromatum, cōfitis à pigmentarijs. Quod ad præsentis loci intelligētiā facit, est nobis primo obseruandū, quod spōsa docet sponsum, aspectum illum suum gratissimum non lōgo tēpore, sed breuissimo subtrahere, idq; eo cōfiliio ut ardentius desideretur, & diligentius quæretur, & inuentum, maiori cū studio eum teneamus, & amplectamur: & quāquā pro eo tēpore à nobis videri nō possit, ipse tñ, oculos illos amatissimos à spōsa charissima nūquā defleat: cū dicat c. 8. huius libri, Vineam meam corā me est. Monet etiā spōsa, spōsum nō corporeis sensib^{us} esse quæredum, præsertim si diuinā naturā in eo inuestigare contendimus: cū neq; oculis cerni possit, coloris omnino expers, neq; aurib^{us} percipi cū sit incorporeus, aut aliquo alio sensu, cū nullis sit corporeis qualitib^{us} affect^{us}: vnde Esa. de illo ait, Vere tu es Deus absconditus: Esa. 45

ditus: & Act. 17. in Areopago vidit Pau. aram, cum hac inscriptione, Deo ignoto: & Pau. ait, quod lucem habitat inaccessibilem, docet etiã his paucis verbis sponsa, sponsum nullo loco circumscribi, aut præfiniri, sed implere omnia, & in loca recõditissima, illius vim, præsentia atque potetiam penetrare: hoc nãq; testatur ipse Ierem. 23. Coelum & terram ego impleo: & 3. Reg. 8. Si cœli cœlorum te capere nõ possunt, quãto magis domus ista quã tibi edificauimus? & eleganti carmine, hoc prosequitur Dauid psal. 133. Quo ibo à spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero in infernum, ades. Notat insuper, spõsum nõ esse quærendũ in mõtibus, in syluis, aut desertis locis, vel lapidosis, vel senticosis, sed in horto suo, hoc est, in Ecclesia Catholica, quã esse hortum deliciarum testatur Prouerb. 8. Cũ appēdebat fundamenta terre, cũ ipso eram cuncta cõponens, & delectabar corã illo, ludens in orbe terrarum, & delitię meæ esse cum filijs hominum: ac si diceret spõsus, mihi pro amenissimo horto fuit semper parës æternus, simul cũ Spiritu sancto, in quo ex ipsa æternitate semper eram, sed tantopere diligebã hominũ genus, vt homines pro delitijs & horto amenissimo haberẽ: & quanquam in ipso statim mundi principio, supra mundanum quendã hortum cõseuissem, nimirum cætum omnium angelorum, qui in empyreo cœlo sunt creati, alium tñ hortũ in hoc sublunari mundo & terre globo plãtaui, mihi multo charior:

rem: cuius germina & arbores, in cœlestem illũ trãferendæ sunt: & inter illas, est Chrs, & Deipara, quibus nec seraphici spiritus possunt cõparari. De illõ igitur horto supercœlesti, intelliguntur verba illã Ezech. 28. In delitijs paradisi dñi Dei tui fuisti, & hac de causa, prudenter spõsa dixit de spõso, quod descendit in hortum suum, quoniã præter illũ hortum sublimẽ & altissimo loco situm, est alius in hac lacrymarum valle: nẽpe Ecclesia, ad quã descendere dicitur. Dicitur etiam descēdere propter susceptam naturam, vt in symbolo: Descendit de cœlo, descenditq; in hortum quendã vernantissimum, & pulcherrimum, nimirũ in vterum Virginis: de qua iam diximus, quod est hortus cõclusus, & fõs signatus. Et quemadmodum Salomon, vt 3. Reg. 7. legimus, præter amplissimã, opulentissimam, & singulari artificio cõstructam domũ regiam, quã habebat Hierosolymis, ædificauit etiã in nemore quodã propinquo Hierosolymis domum quandam, ad quã diuertebat relaxãdi animi gratia, quæ ambularis, porticibus, columnis, atrijs, aulis insignis fuit: ita etiã verus Salomon Chrs redẽptor noster, præter hortum amenissimum & regiã domum, quã in cœlis possidet, habet Ecclesiã veluti secessum quẽdam, ad quẽ veluti recreandi animi gratia descendit: & de quo ait spõsa, quod descendit in hortum suum, ad areolã aromatu. Areolas appellat hoc loco, vel diuersos populos Catholicos & Ecclesias, vel forte varias religiosorum hominũ familias, aut

Singulos iustos, intra quorū animos, varij sunt vir-
 tutum flores, ac multigena aromata, vt pascatur in
 hortis: nā vt solent qui relaxandi animi gratia ad
 hortos descendunt, flores carpere, eosdēq; narib⁹
 admouere, oculos aspectu pascere, animū oblecta
 resita etiam sponsus cū ad sanctorum hominū coe-
 tus per gratiam descendit, virtutum & sanctorū co-
 gitationum flores carpit, odoratur, expenditq; quo
 animo fiat, & præmia digna illis operibus suo tem-
 pore rependit: descendit ergo in hortum suum. Vn-
 de quod nos legimus psal. 41. Quemadmodum de-
 siderat ceruus ad fontes aquarum: D. Hieron. ver-
 tit ex Hebræo, quemadmodū areolę paratę ad irri-
 gationes aquarum, sic anima mea parata est ad te-
 dnē. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. &c.*
 Hęc verba iam sunt exposita, cū interpretaremur
 cap. 2. *Pulchra es amica mea, & suavis sicut Hierusalē,*
terribilis vt castrorum acies ordinata. Rūpit iam spon-
 sus diuturnum silentiū, neq; enim poterant clemen-
 tissima illius viscera nō cōmoueri, tot vocib⁹, suspi-
 rijs & lacrymis, sponsę charissimę eius absentiam
 ex animo deplorantis, maxime postremis illis ver-
 bis, *Ego dilecto meo & dilect⁹ meus mihi*, qui pas-
 citur inter lilia. In quibus per subiticiam illā, te-
 statur spōsa, ardētissimū quendā amoris affectū, &
 quod subita inopinataq; inuēti sponsi lætitiā, præ-
 gaudio gestiens, vix sensum & lætitiā suā possit ex-
 primere: illud enim indicāt verba illa, *Ego dilecto*
meo & dilect⁹ meus mihi: quasi dicat, *Ego charissi-*

COMMENTARIIL. CAP. VI. 50
 mo spōso, vitam, honorem, mentē, voluntatē, meq;,
 totā penitus dedicaui, ipse vero mihi seipsum ostē-
 dit, mutuam rependit benevolentiam, & bona om-
 nia supercælestia cōmunicat: cōmunicatur⁹ perpe-
 tuo etiam æternam fœlicitatem, si ego illi fidem &
 pudicitiam seruauero, quoniā ipse inter lilia, hoc
 est, inter castos & pudicos ac virgineos animos
 pascitur. Prorumpitq; in laudes illas sponsę suę.
 Pulchra es & suavis sicut Hierusalem, terribilis vt
 castrorum acies ordinata. Hebræi, vt Genebrard⁹
 transfert, legunt, *Suavis es amica mea, sicut Tyrsa,*
pulchra vt Hierusalem, formidabilis vt castra. Spō-
 sus itaq; qui supra ita spōsam laudauerat, vt nec si-
 bi, nec cæteris, vberioris laudis locum reliquisse
 videretur, iam seipsum superare contendit, & no-
 uis inauditisq; laudibus, Ecclesiam celebrare: nā
 hætenus, eam cōmendabat ductis similitudinib⁹
 ex agro, re rustica & pecuaria, modo altius seipsū
 attollens & augustius, nescio quid de spōsa suā co-
 gitatione cōplectens, non capreis, nō ceruis, nō li-
 lijs, aut rosis sponsam cōparat, sed rebus quibusdā
 in quibus magnificentia, amplitudo, & dignitas ve-
 re regia, maxime elucet: nimirum Tyrse vrbis regie
 in sorte Ephrain sitæ, in qua olim Israelitici popu-
 li principes residebant, & Hierosolymitanæ ciuita-
 ti totius Iudeæ metropoliquā & veteres, Plinius,
 atq; alij, opulentissimā & pulcherrimā ciuitatē ef-
 se dixerunt. Postremò cōparat eam, instructissimis
 cuneis militaribus siue castris: in quib⁹ præter pul-

chritudinem, magna est vis ad arcendos hostes, & eorum animos perterrendos: ita in Ecclesia Chriana, quã Christi sponsam esse sæpius declarauim⁹, tria præcipua expectanda sunt. Primū, quod suauissima sit, & Thirse ciuitati simillima, quę agri vbertate, amenitate loci, rerum omnium ad vitam pertinentiū copia exuberabat: atq; Thirsa quod Latine suavis, beneplacitum, aut benevolentia dicitur, appellabatur. Est enim Ecclesia sponso Chro suauissima & gratissima, tum propter fecunditatem, & vbertatem quã habet maximã, tum etiam propter amenitatem, suauitatem morum, virtutū omnium splendorem, dotem, & diuitias eximias, quę illam sponso suo reddunt amabilem. Comparat eam præterea ciuitati Hierosolymitanę, quę regni illius, vt diximus, metropolis fuit, & omnium fere vrbiū totius orbis celeberrima. Sonat autem Hierusalē, vt sæpius diximus, visionem pacis: quã Catholicę Ecclesię imaginem prætulisse, omnes sancti patres vno ore testantur. Quapropter Pau. ad Galat. c. 4. beatorum cętum in empyreo cęlo agentē, Hierusalem cęlestem appellat, quoniam illi Deum videntes, sempiterna pace fruuntur: & D. Ioannes Apostolus in sua Apocalipsi, cap. 21. hanc nostram non triumphos agentē, sed in procinctu & acie strenue militantem, appellat nouam Hierusalem descēden-
 tem de cęlo, & ad huius nominis notionem alludens Regius vates, psa. 122. ait, Stantes erāt pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem, Hierusalē quę edi-
 ficatur

ficatur vt ciuitas, cui⁹ participatio eius in idipsum: & (vt nomini respondeant suo huius vrbis ciues) ait, Rogate quę ad pacem sunt Hierusalē: & deinde, Fiat pax in virtute tua: & Salomō illius veteris ciuitatis rex opulentissimus & sapientissim⁹, inter cætera nomina, potissimū Salomō nominatur, hoc est pacificus: quoniam præferbat imaginem Chri qui humanã naturam ineffabili vinculo diuinę copulauit, homines Deo inimicos, in cruce oblato illo incōparabili sacrificio, sempiterno foedere conciliauit: & cęlestia terrenis, angelos hominibus, Iudaicum populum Gentili, charitatis nodo sacratissimo cōiunxit. Quare merito, sponsus Salomō nuncupatur, quoniam verę concordię, tranquillitatis & pacis author est & cōseruator: & quidem ad illã terrenam Hierusalem Iudaici regni metropolim, iuxta legis antiquę præscriptum, stans diebus, quotãnis omnes tribus cōfluebant, vt ibi hostias in tēplo pro peccatis offerrent, preces ad Deum funde-
 rent, & debitam illi reuerentiã & cultū exhiberēt. Ad nostram vero nouam Hierusalem, nō solum stans dieb⁹, sed quotidie, nō ex vno populo Hebręo, sed ex cunctis populis & gentibus cōcurritur, tanquã ad vnicū salutis æternę asylum & perfugium, vbi nō in vno tēplo Salomonis, sed in ecclesijs toto terrarum orbe diffusis, offertur nō animalium hostia cruenta, sed incruentum & sanctissimū Euchari-
 stię sacrificium: à quo bonorum omnium cęlestium summa ad nos deriuatur, hic verus est Dei cultus,

hic corpus animumq; nostrum Deo cōsecramus. Erat præterea in antiqua illa Hierusalem, regni solium, sacerdotium, tēplum, cęremoniarum apparatus, & in rebus dubijs certum oraculū: at in hac nostra Hierusalem Romana Ecclesia, multo excellentius & augustius est regni solium. Est enim Chřiani regni solium Romę a Deo cōstitutum, cui regū & Cęsarum potētia, imo inferni vires facile cędūt & ceruices submittunt: hic inuenitur summū sacerdotium, estq; in Ecclesia ministrorū ordo pulcherrimus, & sanctarum cęremoniarū apparatus, inter quas sunt septem sacramenta, quę gratiā iam nō significan tātum, sed cōtinent, efficiunt, conseruant, promouent, atq; perficiunt. Vnde quāquā iuxta cōmunem Hebręorum interpretationē, psal. 86. de terrena Hierusalem intelligatur: tñ iuxta cōmunē antiquorum patrum intelligentiam, quibus aliqui etiā ex Hebręis veritate cōuicti consentiunt, totus ille psal. non tam veteris illius quā nouę Hierusalē est encomium: nam esto cōcedamus quod antiquę illius præsidium fundatum sit in monte Sion, & templum in mōte Moria, hæc tñ nostra multo firmiora & sublimiora habet fundamenta, nēpe Christū quem Esa. 2. appellat mōtem domus dñi in vertice mōtium, & super Apostolos, quos Ioan. Apoc. 21. testatur esse huius ciuitatis Hierusalē fundamēta, sunt q; etiā eiusdem Ecclesię fundamēta, fidei articuli, quos Deus per Apostolos nobis tradidit. Et quanquā fatemur ingenue, terrenam Hierusalē insignem

exponitur
psal. 86

exponitur
psal. 86, 10
III.

Fundamēta
eius in mō
tib; sanctis

insignem fuisse, non modo propter templum, arcē, pinacula, & des amplissimas, atq; plateas, sed etiam ppter portas, quas habebat ipsa fortitudine & amplitudine clarissimas: & præterea subfeliorū in quibus senatores cōsdebāt, opera illustres. Nostra tñ Ecclesia, vt iam diximus, pulchriora habet edificia sacratius templum, muros firmiores, portasq; lōge augustiores: quas nobis describit Ioā. Apoc. 21. esse duodecim, in illisq; insculpta esse duodecim Apostolorum nomina: nam doctrina duodecim Apostolorū toto terrarum orbe propagata fuit, quasi ad dit^o & porta qua ingredimur in Chřianā Ecclesiā, has vero portas chariores habet De^o & gratiores quā veteris Ecclesię tabernacula: vnde quod Balā Numer. 24. de antiquo populo dixit, Quā pulchra tabernacula tua Iacob: hæc multo verius & aptius possunt nouę Ecclesię accōmodari. Dixerint sane multa prophetę de antiqua illa vrbe Hierosolymitana, quibus illius gloriam extollant & prædicent: multo tñ maiora sunt quę in quinq; libris Moyfi, in sacrarum literarum monumētis, in oraculis patriarcharum, in vaticinijs, de noua Hierusalē literis sunt cōmendata: ad illā quidem nō solum ex Iudæorum genere, sed ex Chanangis Raab meretrix Hiericontina ex Babylonijs, nō pauci ex Aegyptijs, Tyrijs, & Aethiopibus multi ad Hierusalem terrenam cōfluebāt, vt illius municipatu gauderēt, verū longe foelicior est fors illorum & municipat^o qui ex omni terrarū orbe, Gręcis, Latinis, & Barba

disigi dñs
portas sio
super om-
nia taber-
nacula Ia-
cob.

gloriosa di-
cta sūt die
ciuitas dei

Memor e-
ro Raab et
Babylonis
scietū me

Ecce alie-
nigenę &
Tyrijs, &
popul^o Ae-
thiopū hi
fuerūt illic

*Nunquid
Sio dicet,
homo, et bo-
nu nat' est
in ea, & ip-
se fundavit
eam altissi-
mum.*

*Dñs narra-
uit in scri-
pturis po-
pularū &
principum
horum qui
fuerunt in
ea.*

*Sicut letā-
tiā omnīū
habuit
est in te.*

ris ad Ecclesiam tanquā ad vnicū verę salutis per-
fugium cōcurrunt. Quod vero illi antiquę, meo iu-
dicio, nullo modo cōuenire potest, illud est quod
alio versu canitur, nimirum nunquid Sio dicet ho-
mo. Nam exaggerat & amplificat vates nostrę ciui-
tatis dignitatē, quod in illa natus sit Chrs, qui eius-
dem ciuitatis opifex est & conseruator princeps &
caput, cū ad hęc ciuitatē nempe Chriānā Ecclesiā
pertineat Christifera Maria, in cuius utero Christ⁹
suscepit humanā naturam, & quā matrem Christus
agnoscit & reueretur: ipse ergo fundator Ecclesię
in eadem Ecclesia fuit natus: vel si hęc ad spiritua-
lem natiuitatem referātur, ait vates, quod multi in
ea nascuntur per baptismum, neq; huius prolis foe-
cunditas vnquā est defutura, quę ab altissimo Deo
fundatur & ppagatur: & vt tantę huius ciuitatis, re-
gnum, amplitudo, leges, cęteraq; omnia ad illi⁹ pa-
cem & tranquillitatem pertinentia perpetuo confi-
sterent dñs ipse rationē gubernandi & administran-
di hanc Ecclesiam, per quatuor Euangelistas & A-
postolos, literarum monumentis cōsignata esse vo-
luit: & etiam viua voce per traditiones, quę à Chri-
sto principe, per Apostolos ad nostram vsq; ætatē
emanarunt. Et vt omnia essent faustissima & felicis-
sima in hac florentissima ciuitate prouidit De⁹, vt
post labores, certamina, periculaq; vite præsentis,
finis nobis proposit⁹ sit beatissim⁹, in futura illa &
cęlesti Hierusalē: in qua omnes Deū intuētes, sem-
piterna lætitia in eum exultāt. *Terribilis vt castrorū*

acies

acies ordinata. Tertia cōparatio elegantissima est,
in qua sponsus assimilat Ecclesiam cuneo instru-
ctissimo militū, qui iam sunt in procinctu & in acie
parati ad manus cū hostibus cōferendas, quę simili-
tudo videtur sumi ex Hebręa lectione, vbi dicitur,
Terribilis vt acies vexillata: acies nāq; sua vexilla
sequentes, & in equitum catafraçtorū & leuis arma-
turę ordines distributę, globis peditū, hastatorū
& iaculatorum confertę, armis fulgentes diuersis
signis & symbolis inter sese distinctę: nō solum spe-
cie pulcherrimę sunt, sed tympanorum horrifono-
tarantara, atq; tubarum clāgore, militū clamore,
hostium animis vehementē timorē incutiunt. Sed
quia Genebrardus & alij Hebręi legunt, Formida-
bilis vt castra: cōparatio sumitur ex castris, quādo
iam milites statua agunt. Castra vero iuxta milita-
ris disciplinę regulas locata, sunt in loco tuto & cō-
modo, aquę salubri propinquo, pabulationi & li-
gnationi opportuno, suntq; vallo & fossa cincta, pi-
nis & propugnaculis munita: intra castra vigiles, di-
ligenter custodię castrorū incumbūt. Equites vero
extra castra circuncursant, vt hostium insidias re-
moueant, quę omnia, Ecclesię nostrę clarissima
sunt symbola: sunt enim in Ecclesia imperatores,
tribuni, duces, centuriones. Totius Ecclesię impe-
rator Rom. Pont. tribuni, archiepiscopi & patriar-
chæ: duces, episcopi: centuriones, parochi: decu-
riones, alij ministri: cernas autem in Ecclesia, mar-
tyrum cuneos inuictos, virginum choros inexpu-
gnabiles,

Nota

gnabiles, legiones etiã sanctorũ monachorũ, quos merito castrorum acies ordinatas esse dixeris: has acies, mundus, caro, & demõ vehementer reformidant: atq; vt in vno Paulo aut quocũq; iusto, qui iã apicem Euangelicę perfectionis tenet huius rei specimen exhibeamus, audite Pau. ad Rom. 8. dicentem, Quis nos separabit à charitate Christi, angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an gladius? Et Ecclesiam magna cũ fiducia dicentẽ, Nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Nã si opes tentet hostis auferre, illas vir iustus propter Christũ iam olim cõtempnit, & veluti impedimenta ac remoras ad æternã felicitatẽ currenti abiicit. Honores vero & magistratus, vir sapiẽs & iustus, quasi quædã ludrica & breui peritura signemta floccipendit, libertatẽq; si coneris ab eo tollere, virum iustum & in sublimi virtutum arce constitutum, vera libertate spoliare nullo modo poteris. Tandem si mortẽ illi machineris, per mortẽ ipsi patet ad æternã felicitatem aditus. *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt.* Nihil excogitari potuit accomodatius aut elegantius, ad exprimendam & amplificandã oculorũ spõsę pulchritudinẽ vimq; incõparabilem, quę inest illis ad afficiendũ, capiendũ, rapiendũ, & alienãdum & transformãdum spõsi animum. Nam cũ iam cõmẽdasset oculos illius quod essent columbini, & postea dixisset quod ipsorum aspectu esset vulneratus: nunc quasi vim oculorum ferre nõ sustinens, exclamat dicens,

Auer-

Auerte oculos tuos à me. Et quidem cũ nihil Deo potentius sit, nostri tñ amore & spõsę suę charitate, ita ardet, vt humanã naturã induerit: iuxta illud, Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. In natura autem suscepta, nihil videatur Deo infirmius nihil imbecillius: alget recens natus in præsepio, lacrymatur, sudat, imo in horto totum illius corpus sanguineo sudore perfunditur, in cruce charissimã animã effundit, quapropter nunc exclamat, Auerte oculos tuos à me. Secũda expositio est, vt sit veluti admonitio, qua ardentissimũ desiderium inquirendi, & cognoscẽdi dotes & pulchritudinem spõsi moderatur. Nã quanquã gratũ illi sit, quod homines in illius cõtemplatione diligenter incũbant, monet tñ diuina potius adoranda esse quã curiosius inquirenda: iuxta illud Prouer. 25. Scrutator maiestatis opprimetur à gloria: & ad Rom. 12. Non plus sapere quam oportet sapere: ad Rom. 11. Noli altum sapere, sed time. Hoc idem docet hoc loco dicens, Auerte oculos à me, quia ipsi me auolare fecerunt: hoc est, ne curiosius diuina mysteria scrutari coneris, sed quãdiu est in vita presentis, in qua diuina cognoscim⁹ per speculum, & in enigmate, hac cognitione contentus esto, clariorẽ vitæ futuræ relinquito. Congruit huic sensui translatio ex Hebræo, Auerte, ait, cõspectum tuũ à me, quia ipse me extulit inã iuxta oraculũ Dauid, Accedet homo ad cor altũ, & exaltabitur Deus. Cætera quæ proxime sequũtur iam à nobis superi⁹ sunt ex-

O 2

posita.

Ioann. 3

Prouer. 25
Rom. 12

psal. 63

IN CANTICVM CANTICORVM

posita. Sexaginta sunt reginae, & octoginta concubinae, & adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suae, electa generici suae. Viderunt eam filiae Sion, &c. Nullus est in hoc libro locus, praesenti difficilius, & de quo apud interpretes fit tanta controversia. Et sane illi qui in hoc epithalamio, non nuptias Christi & Ecclesiae, sed Salomonis, & filiae Pharaonis celebrari existimant, aiunt: sensum huius carminis esse, quod licet Salomon multas haberet uxores, quas reginas numero sexagenario hoc loco appellat, plures etiam concubinas, quas octoginta vocat: puellas vero formae praestantes tot in delicijs habuit, ut certo numero comprehendi non possent. Inter caeteras tamen, vna erat Pharaonis filia omnium princeps, quamque ipse praeter caeteras diligebat, atque ita columbam eam vocat & perfectam: cuius tanta erat pulchritudo, totque corporis & animi dotes, ut populus Hierosolymitanus, vno ore eam omnium principem & felicissimam esse diceret: ipsae quoque reginae & concubinae, virtute inuidiam superante, eam summis praeconijs extollebant, dignaque esse testabantur, cui Salomon primos honores & summam benevolentiam exhiberet. Verum iam ego & communi sanctorum iudicio, & totius Catholicae Ecclesiae sensu & conspiratione, magnis etiam prolatis argumentis, ostendi hanc sententiam non posse defendi, sine graui errore in doctrina Catholica. Quapropter alij recentiores putant, ea quae dicuntur de reginis, concubinis & puellis, vnaque sponsa omnium

nium

COMMENTARIIL. CAP. VI.

nium charissima, significare & figurare Ecclesiam Christianam: & Salomonem qui tot mulierum turbis fuerat implicitus, imaginem & typum praeferre Christi saluatoris nostri, qui sicut Salomoni alienigenas foeminas, vel uxores, vel concubinas, vel pellices habuit, sic ipse, paganos & idolorum cultores, & alienigenas, sibi per baptismum, fidem & charitatem, matrimonio copulauit. Sed haec mihi expositio, multis nominibus videtur refellenda: tum quia alienigenae illae foeminae, quae aut coniugio, aut concubinato, aut soluta libidine, Salomoni fuere coniunctae, ipsum ut constat 3. Reg. 11. ita seduxerunt, & suis blaudimentis ac voluptatibus, corruptisque moribus ita dementarunt, ut a vero Dei cultu illum ad falsos deos colendos traduxerint, & in omnem impietatem praecipitauerint: quod sane Christo & Ecclesiae, non nisi impie, aut potest, aut debet accommodari. Quid quod numerus etiam ipse, qui hoc carmine proponitur reginarum & concubinarum, ab illo qui recensetur 1. Reg. c. 11. longe diuersus est: illic namque dicuntur reginae fuisse septingentae, concubinae trecentae, quae omnes complebant millenarium numerum: hic vero dicuntur sexaginta reginae, & octoginta concubinae. Quapropter quidam dicunt, haec dicta esse ab sponso, quasi per quamdam oppositionem, ac si diceret, habeat sibi Salomon plures uxores, & concubinas, & puellas, quarum potiarur delicijs, mihi vna est sponsa charissima, quae instar colubae me solum diligit, cuique ego ut colubis mutuam rependam benevolentiam:

Prima expositio refellitur

Secunda expositio refellitur.

Nota.

Tertia expositio.

Quarta
positio rab
binaria

tiam: quā populus Iudaicus, inter cæteras diligit, quamq; vno ore omnes fateantur, esse meo coniu-
gio dignissimam. Rabbi Salomon, & alij Hebræo-
rum interpretes, dicūt, per sexaginta reginas, acci-
piendam esse posteritatē Abrahę: quib⁹ reginarū
ritulus ea ratione tribuitur, quia in vera religione,
fide, & spe, & charitate, Abraham & illius poster-
i, maxime enituere. Hi verò vsq; ad nepotes Iacob,
fuere sexaginta, vt constat ex arcanis literis: filij au-
tē ex Noe descendentes, & nepotes, vsq; ad Abra-
ham, vt constat Gene. 12. fuere octoginta: ceteri ve-
ro qui vel ex Ismaele, vel ex Chan, vel ex Esau ori-
ginem traxerunt, non poterant certo numero com-
prehēdi. Inquit ergo sponsus, fuit mihi Abrahę po-
steritas, vsque ad Iacob nepotes gratissima, chara
quoq; fuit soboles Noe, vsq; ad Abrahā, quę signifi-
cata fuit per octoginta cōcubinas: nā de alijs poste-
ris, qui ex Ismaele, Chā, & Esau originē traxere, nō
potest sub certo numero fieri mētio: ex omnib⁹ tñ,
elegi mihi Israeliticū populū, quē per circumcisi-
onē, legē, & sacrificia mihi desponsau: quēq; omnes
siue qui ex Noe descendūt, siue qui ex Abrahamo
originē trahunt, beatissimū & felicissimū esse præ-
dicāt. Verū quāquā hęc nō sint fidei Catholicę dis-
sentanea, vera tñ expositio, & cōmuni sanctorū pa-
trū iudicio recepta, illa est, vt per reginas, concubi-
nas, & adolescentulas, tres Ecclesię classes, perfectō-
rum, scilicet, proficientium, & incipientium, signifi-
centur: ex quib⁹ omnibus, cōstat Ecclesia vnica co-
lumba,

Vera &
germana
expositio.

lumba, atq; perfecta. Per adolescentulas, quæ pro-
pter multitudinē innumerabiles esse dicūtur, signi-
ficat spōsus, illos qui in infimo gradu cōsistūt: quos
exprimunt adolescentulę, in quib⁹ carnis illecebrę
maxime feruent, quāuis ipsi per pœnitentiā, aduer-
sus voluptates, carnem, & dēmonem colluctentur:
suspirātes cū Paulo ad Rom. 7. Infelix ego homo: *Rom 7.*
quis me liberabit de corpore mortis hui⁹, dicitur-
que harū nō esse numerus, quia pœnitentiū cœtus
innūmerabilis est. Cōcubinæ vero, quæ sunt in se-
cunda classe, eos repręsentant, qui iam in virtute &
charitate prouectiores facti, ad summā virtutū ar-
tem pro virili ascendere conantur, qui aperte per
cōcubinas significantur, quoniam Deo sunt per bā-
ptismi sacramentum, fidem, spē, & charitatē quasi
quodam matrimonio copulati: quemadmodū & cō-
cubinæ Abrahę, aliorūq; patriarcharum verę vxor-
es erant, sed non præcipuę: hisq; prudenter & con-
sultò ascribitur numer⁹ octoginta, qui cōstat ex de-
nario & octonario, quorū denarius perfect⁹ est nu-
merus, octonari⁹ vero imperfect⁹. In suprema clas-
se reginæ collocantur, hoc est, illi qui spretis rebus
corporeis, & sensibilibus illecebris p̄fligatis, vni⁹
Dei obsequio & contēplationi incūbunt, ita vt cū
Paulo dicere valeant, *Galat. 2.* Viuo ego iam nō ego, sed vi-
uit in me Chrs: & illud, Mortui sum⁹, & vita nra ab-
scōdita est cū Chro in gloria. Sexaginta vero esse
dicuntur, qui numerus perfect⁹ est, quia sex dieb⁹
omnia sunt condita, & fructus sexagenarius in Euā-
gelio

gelio celebrat: & viri fortes lectulū Salomonis circuncingentes, sexaginta esse dicuntur. Appellātū vero reginę, quoniā sibi ipsis imperantes, animiq; perturbationes coërcentes, de carne, mūdo & demone, clarissimos quotidie reportāt triūphos. Ex his vero omnib⁹, cōstat vna Ecclesia Catholica & Apostolica, quā spōsus columbam suam esse testatur & perfectam, celestib⁹ incolis charissimam, & quā omnes ad hanc militantē Hierusalē pertinentes, summis laudib⁹ prosequuntur: quod significatur illis verbis, Viderunt eam filię Sion, & beatissimam prædicauerunt: reginę & cōcubinę, & laudaerūt eā. Veteres etiā interpretes, hunc locū exponere solent: ita vt per reginas accipiam⁹ eas resp. quę à legitimis regibus gubernātur: est enim inter reges & has resp.ub. quasi legitimū cōiugium. Per cōcubinas accipiunt prouincias, aut regna, quę tyrannorū violentia administrantur. Per adolescētulas autem, omnes subditos interpretantur. Sit ergo sensus: quāquā in hoc sublunari mundo, quædā regiones sint à legitimis regibus administratę, quę perfecto numero & reginarū nomine insigniūtur: sintq; alię quę per vim & tyrannidē reguntur, quę propter imperfectionē & miserā seruitutē sub tyrāno cōcubinę esse dicuntur, est etiā innumerabilis populorū multitudo: sed his omnib⁹ antepōnda est Ecclesia Chřiana, vna propter vnitatē fidei, & quia ab vno principe Chřo, sub vno capite Romano Pōt. gubernatur: & colūba vocatur, ppter as-

sistentiam

sistentiam Spiritus sancti Ecclesiam regētis, & propter fidem quā spōso suo seruat illibatā, & superne Hierusalem est filia charissima, quā & reginę, & cōcubinę, & fideles omnes, dignā esse testantur quā sponsus præ omnib⁹ regnis diligit. Placet etiā vltima expositio, quę Epiphaniij esse videtur, vt per sexaginta reginas, interpretemur omnes Ecclesias, quę in Catholica fide, & religionis puritate & veritate perseverantes, reginarū nomē merito sortiuntur. Per cōcubinas vero, intelligamus eas Ecclesias, quę quāuis nomē retineant fidei & religionis Christianę, in multis tñ à Catholica fide discedūt: adolescētule vero, illi nominātur, qui in varias sectas Chřianę religioni cōtrarias, distribuuntur: quales sunt Mahumetani, Turcę, idolorū cultores, Iudęi atq; Pagani, inter quas sectas, Chřiana resp. caput mirifice attollit, est enim vna colūba perfecta. *Quę est ista quę progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castorū acies ordinata?* Quale sit puellarū, cōcubinarū & reginarum, de spōsę dignitate & maiestate elogium, recenset sponsus dicens: quod cū illa in publicum prodiret, puellę, & cōcubinę, & reginę admirabūda, ita dicebāt, Quę est ita quę progreditur? & c. vbi singulari eloquentię & verborū proprietate, spōsę pulchritudinē & præstantiā declarant: in vnū conferentes res illas, quę in natura maxime sunt, & pulcherrimę, aurorā, lunā, & solē, & militum acies instructas, & vt maioris ponderis esset oratio, crescit

P illa

Veterū
p
rrum pul-
braexpla
natio.

Epiphaniij
interpretatio.

illa per verba singula: aurora sane pulchra est, pulchrior luna, sol lōge pulcherrimus: acie vero militū instructa nihil videtur esse speciosius aut admirabilius. *Quæ est ista quæ progreditur vt aurora?* Auroram, poetarum carmina multis nominibus commendant: tū quia noctis, diei q̄; cōfinium est: noctis quidem terminus, diei vero initium optatissimū: tum quia ex orientem solem prænūtiat atq; præcurrit, & aurora in albescens, ita properat inaduenientis solis occursum, vt nihil illi gratius sit, quā in illius oscula & amplexus ruere: non tñ nocturnas tenebras subito dispellit, sed paulatim sensimque, & per incrementa quædā, atrā & lugubrem tenebrarū vestem exuens, cādīdum & purpureum matutine lucis amictū induens, roseum illud & aureū caput attollit: vnde in sacris literis, aurora surgēs aut ascēdens, appellatur Iob. 3. Expectet lucē & non videat, nec ortum surgentis aurorę: & Genes. 32. Dimitte me, iā enim aurora ascēdit: & hoc loco, *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens?* Ex Hebręo quidā vertunt, vt aurora desursum proficiens, & illud tēporis spatium, quo albescēte aurora, solis aspectus nobis nondum effulget, à Latinis, matutinū crepusculum appellatur, & pictæ volucres, solis iam appetentis & ad nos appropinquantis aduentum, præfagiētes, læte garrunt, & suauiter cātillant: prata quoq; roris desuper cadētis guttis, quasi gēmis distincta, rident & exhilarantur: arbores, herbæ, floresq; suam lætitiā explicantes, paren-

Aurora

Iob. 3
Genes. 32

ti rerum sublunarium soli applaudūt & gratulātur. Quæ omnia, Ecclesiam nō adumbrant modo, sed quasi in speculo, ad viuam inspiciendam representant, sunt nanq; iuxta cōmunē sanctorum patrum & theologorū iudicium, tres Catholicæ Ecclesię status: primus, legis naturalis: secundus, scriptę: tertius, Euangelicæ: & primus quidem per auroram, secundus per lunā, tertius per solem significatur: in quo Apostolorum chorus, & martyrum acies inuictæ, per castrorum aciem ordinatam representātur. Sane quemadmodum aurora cōfinium est diei & noctis, habetq; lucem tenebris permixtā, ita stat⁹ ille, quē nrī theologi, legis naturalis appellauere, quasi cōfinium quoddā esse videbatur diei & noctis, habereq; lucē exiguā & tenuem, multis tenebris circumfusam. Nam quāquā ante Noe, fuere quidā iusti, Abel, Seth, Enoch, atq; alij, qui sub horū ductu & magisterio vivere: erat tñ in illis lux imperfecta, & quæ sinilitudinem crepusculi matutini præferre videretur: credebant, sperabant, & diligebant patres illi, & Christi futuri ac liberatoris humani generis notionem aliquā habuerunt: sed & sacramēta & sacrificia, & cęremonię quę ad diuinum cultū pertinebant, & leges quibus ad æternā felicitatem dirigerentur, rarissima fuerunt: & quæ merito auroræ albescenti debeāt cōparari. Progrediebatur tñ Ecclesia, & per incrementa quædā ad solis occursum festinās, magis ac magis accedebat. Successitque primo illi statui, post Abrahā, Isaac, & Iacob,

longāq; populi Hebræi morā in Aegypto existentis, lex alia, quæ prioris lucē & perfectionē non parum superabat: vnde Deus Exo. 3. dixit Moyfi, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: & nomen meum Iehoua non indicaui eis, quasi dicat: etsi maximis beneficijs & luce supercælesti nō exigua, Abraham, Isaac & Iacob, hætenus cumulauerim, tibi tñ multo maiora beneficia meoq; populo sum collaturus, maioremq; lucem rerū diuinarum ac cognitionem vobis impertiturus: vt nomē meum vobis magis innotescat. Hic ergo status est legis scriptæ, quæ aptissimè lunę cōparatur, nō solū quia crepusculi matutini lux, cū plenæ lunę splendore cōparata, exigua esse videtur: sed etiam quia luna iter agentibus noctu, ductrix, singulareq; solatium est: ita sub Mosayca lege viuentes, multo maiori rerum diuinarum cognitione, cæremoniarū & sacramētorum vsu, Dei colendi notitia atque frequentia exornabantur: & qui per nocturnas vitæ præsentis tenebras, ad æternā felicitatē properabant, Synagogę doctores, ministros & prophetas, quasi duces habebāt: & inter vitæ præsentis miseriae vnicum solatium. Et sicut luna, lucem suā, pulchritudinem & dignitatē, à sole, quasi à fonte quodam mendicat, & haurit: sic vetus illa Ecclesia, rerum diuinarum notitiam, fidem, spem & charitatē, cæterasq; omnes virtutes, vnde illam suam accipit pulchritudinem & dignitatem, à Deo, quasi bonorum omnium cœlestiū fonte, mutuatur. Et quāquā

lunę plenę splendor maximus esse videatur, si cū aliorum syderum splendore cōferatur, ille tñ mutabilis est, & tandem euacuand⁹: sic synagogę, illius antiqui populi lux, dignitas, pulchritudo, & decor per Christi legem debēt abrogari: vnde Pau. 2. ad

2. Corin. 3.

Corin. 3. Mosem veteris Ecclesię principē, cū Christo spōso nouę Ecclesię cōponens, ait, Si ministratio mortis, literis deformata in lapidib⁹ fuit in gloria, ita vt nō possent intendere filij Israel in faciem Moyfi, propter gloriam vultus eius quę euacuatur: quāto magis ministratio spirit⁹ erit in gloria? Et vt illi qui nocturnis tenebris, & lunę exiguo splendore affuescunt, ad solis splendidissimi radios, caligare solent: ita Iudæi ad Euangelicā lucē & veritatē caligauerunt, eorumq; acies fuit hebetata, & retusæ: imo ipsam quoq; faciem Moyfi, propter imbecillitatem, Hebræorum oculi intueri nō poterāt: sed vt eorum infirmitati cōsuleret Moses, faciem velo tegebatur. De Chriānis vero ait Pau. Nos vero omnes reuelata facie gloriā dñi specularē, in eandē imaginem transformamur, à claritate in claritatē, tanquā à dñi spiritu. Et vt fabulosa poetarum carmina fingebant, lunā ita solis pulchritudinem, & lucē deperire, vt eum semper asseñtetur, ad illūq; semper festinet, vt illi accedat, illiusq; cōplexibus perfruat: sic etiā Ecclesia illa antiqua, Chriā verū solem Orientē vnicē diligens, illum semper asseñtatur, illius vestigia sequitur, ipsiusq; amplexas & oscula suspirat: imo antiqua sacramēta, sacrificia, oracula,

vaticinia, lex, & prophetę in vnũ Chřm dirigebantur, eumq; solum expectabant: quapropter apte dicitur antiqua Ecclesia, pulchra vt luna. Interpretantur quidã auroram & lunam symbola esse Ecclesię, in vitę presentis statu: nã initia Ecclesię, sub Apostolis eorũq; successoribus, vsq; ad Cõstantini magni tempora, aurorę cõparantur: quę profligatis noctis tenebris sensim paulatimq; ad diei claram lucem festinat. Et quidem initio profligatis idololatrię & Paganismi erroribus, Ecclesia aureum atolebat caput, exuens veteris vitę errores, & nouo Euãgelicę vitę splendore amicta: vnde Pau. Rom. 13. aiebat, Nox præcessit dies autem appropinquauit, abiiciam⁹ ergo opera tenebrarũ. Cerneret tũc apparenti & aduenienti soli, nempe Chřo, cœli pitctas volucres, id est, viros cõtemplationi deditos, Chřo laudes canere, quod Philon in lib. de vita cõtemplatiuorum sub disciplina Marci Euãgelistę apud Alexandriam agentium, multis verbis recenset: & Plinius secundus in quadã epistola ad Traianum, de Chřianis ait: quod canebat Chřo vigilias antelucanas. Post tempora vero Cõstantini, pace Ecclesię reddita, & luce Euãgelica per totũ pene orbẽ diffusa, Ecclesia erat quasi luna plena, nocturnas tenebras suo lumine illustrans: bene autem lunę cõparatur Ecclesia, quia vitę præsetis cognitio, ad futurę foelicitatis clarissimã lucem nunquã pertingit: dicente Pau. 1. ad Corin. 13. Videm⁹ nũc per speculum & in enigmate, tũc autẽ, facie ad faciem:

&

& rursus, Cũ venerit quod perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est: vnde Apoc. 21. & vlt. de super na illa Hierusalem dicitur, Ciuitas illa non eget sole neque luna, quia claritas Dei illuminat illã, & lucerna eius, est agnus. Soli igitur cõparatur beatorũ status, de quibus Matt. 13. dicitur, Tunc fulgebũt iusti sicut sol in regno patris mei: erit lux illa qua beati perfundentur, immutabilis & ęterna, nõ sicut lunę variabilis, quę nunc plena est, nũc autem semiplena, aliquãdo ex parte quę dextra est, lucet, interrim illa quę est sinistra. Olim in Oriente, fides & diuinus cultus, maxime floruit: nunc in Ecclesia Occidentali, ad Hispaniarum & Italię angustias, redacta est. *Descendi in hortum nucum, vt viderem pomaria conuallium, & inspicerem si florisset vinea, & germinassent mala punica.* Respondet spõsus tacitę cuidã obiectioni, quã illi possent opponere, aut amici, aut chorus puellarũ, quod præter spem, nõ sine aliqua parui & exigui amoris nota, spõsa iam illi fores pulsanti, aperiente, declinauerit: redditq; causas, propter quas ab ea discesserit, nẽpe vt inuideret hortũ nucum: pomiferas arbores in cõualle iuxta torrentem cõsitas, vineã florentẽ, & malos punicas, fructus suos parturientes & germinantes: vbi quatuor enumerat, nempe hortũ nucũ, pomaria cõuallium, vineas florentes, & malos punicas, sub quibus magna continentur mysteria, quę nobis sunt & breui oratione, & magno studio in lucem eruenda. Hortum nucum, aliqui interpretes (& p̄u dẽter meo iudicio)

Apoc. 21.

Rom. 13

Philon

Plinius secundus

1. Corin. 13

dicio) symbolū Iudaici populi esse existimant: quē facile cōstabit apte hoc symbolo significari, si naturam & proprietates nucis arboris, & illius fructū cū ingenio, moribus & gestis Iudaici populi, cōponamus. Nux in genere, & pro arbore, & pro fructu eius accipitur, significatq; vel arborem, vel fructū sub duro cortice habentē nucleum suauiore, hoc autem loco, pro ea arbore vsurpatur, quā vulgō appellamus (Nogal, y al fruto, Nuez.) Nux arbor, nō cito grandescit & iustam staturam fortitur, sed per multa annorū curricula: qua in re significat Hebręā gentem, quæ nō breui tēporis spatio, ad veram religionē & virtutū apicem, sicut Gentiles, sed longissimo tēpore peruenerunt, magno cū labore & sudore, Moseos, Aaronis, & aliorum præsulum illius reipub. Nux arbor, appetit solum pingue, & succulentum: Iudęi nil tātopere desiderant, atq; terrā fecundā & vberem, lacte & melle manantē: quoniam terrenis bonis atq; voluptatibus semper inhiant. Circunūcinę arbores, vmbraē nucis arboris propinque, ipsa nuce succum & pinguedinē terrę ad se trahente, arescunt & attenuātur, olera q; omnia sub nuce facile dispereunt: sic illi qui sunt Iudęorum populo permixti atq; cōiuncti, fœnore atq; vsuris Iudęorū attenuantur, exuguntur, & in maxima inopia vitam agunt. Huius arboris nuces siue fructus, quādiu cortex virescit, si frangantur, vt nucleo teneriori vescamur, manus frangentiū & attritantiū inficiuntur & maculātur: ita vt neq; aqua, neq; nitro,

Nux Hebraei populi symbolum

Nota.

(106)

turpes

turpes illæ maculę possint dilui. Est enim cōiunctus atq; contactus Iudæorum (eorū præsertim qui nūc in Iudaica perfidia sunt) pestilentissimus: & qui turpissimis maculis soleat homines inficere. Vbi vero iā fructus maturuere, testa ipsa, sub qua nucleus reconditur, quasi lignea est & dura, quæ frāgentiū dentes & manus plerunq; lædit. Nucleus præterea intra cocleas illas ita delitescit, vt vix magno cū labore inde possit erui: erutus q; vt dulcescat pellicula illa amara prius est denudādus. In quib; omnib; gentis illius Hebręę, mores, ingenium & gesta mihi vidētur ad viuum significari: nam vt Deo suis q; ductoribus, aliquem verę religionis & virtutū fructum redderent, maximus labor erat exhibendus: vnde Ioānes Baptista apud Lucā & Matth. 3. appellabat Iudęos, genimina viperarum: & Christus vocat illos inuidos, hypocritas, & multis vitijs cōpertos: & Stephan; Act. 7. dura ceruice, & in circūciso corde. Per nucem quoq; veteres interpretes tam Græci, quā Latini, exponunt Christianam Ecclesiam, multis iniurijs tyrannorum & infidelium expositā: quę tñ per has iniurias, magna suscipiebat incrementa fidei & religionis. Per arbores vero pomiferas, in conualle iuxta torrentē confitas, exponunt doctores, de quibus psal. 1. dicitur, Erit tāquā lignum, quod plantatū est secus decursus aquarum. Per vineas autem florescentes, intelligunt populū Chriānū, qui assidua indiget agricultura. Per mala vero punica, accipiūt religiosorū sodalitates.

Matth. 3.

Q

Nesciui

IN CANTICVM CANTICORVM

Nesciui, anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab. Genebrardus ex Hebræo vertit, Me nesciente, anima mea posuit me quadrigas Aminadab. Alij vertūt, Ignorauī, anima mea proiecit me quadrigas populi p̄incipis. Simachus legit, Dubitauit anima mea, ad quadrigas populi dominātis. Varia sunt de hui⁹ loci sensu, interpretum iudicia: sensus planus, & quem prima facie reddunt verba est: vt sponsa respondeat sponso dicenti, quod descenderit in hortū nucum, &c. Ego, inquit, charissimē spōse, quod tu declinasses prorsus ignorauī: atque ita de absentia tua animo consternata & cōturbata, tuiq; videndi desiderio incitata, totā urbem magna velocitate circūcursauī: non aliter quā solent illi, qui vehuntur quadrigis populi principis. Vt verò hæc verba cū precedentibus cohæreat, secunda expositio Lyrani est: vt fateatur ingenue Synagoga, sese ignorantia laborasse, neq; cognouisse Ch̄m descendentem ad ipsam, tanquā ad hortum nucum, vt inuiferet poma cōuallium, vineas florētes, & germinātia mala punica: id vero fatetur contigisse populo Hebræo, ob iactantiam & inanē gloriam, qua sibi maiorem in modū placebat, in gestis & miraculis, quę suis patribus acciderūt: præsertim Aminadab, qui fuit abnepos Iudæ, focer Aaron, filius Arā, pater Naafon: qui primus diuiso mari rubro, ad vocē Moy si, in alueum maris ingressus est. Harum ergo rerum memoriam repetens, mihi persuadere nō potui, quod repudiato populo inclito &

COMMENTARII. CAP. VI.

62

& Deo charissimo, Euangelica lex à Ch̄o crucifixo edita, abrogata lege Mosayca, esset toto terrarū orbe propagāda. Sed melius Aminadab accipitur, vt non sit nomen proprium: sed sint duę dictiones significātes populum dominantē, aut populū p̄ncipem. Sēsus ergo est: ego Ch̄m nō cognoui, idq; factū est, quia cōturbata est anima mea, & præceps acta à demonib⁹ & malignis spiritib⁹: qui humano generi veluti exercitus militares dominantur. Vel sensus sit, quia nō agnoui Ch̄m, & pro acceptis beneficijs in crucem illum sustuli, imminēt mihi multa mala, quæ animā meam cōturbant: nimirū exercitus, currus, quadrigæ populi dominantis, scilicet, Romani. Aut sensus sit: quod cōturbabantur vehementer Iudæi, rei q; ipsius rationem & mysteriū ignorabant: quod gratia Euangelica, relicto populo Iudaico, ad illos qui olim idolorum fuere cultores, esset translata. Recte etiā exponitur, vt fateatur Synagoga suam ignorātiā, quod nō agnouerit Christum ad eam descendentē, fructus requirentē, flores & mala punica: id vero factū fuisse, propter innumeras animi perturbationes, quib⁹ illi⁹ reipub. homines agitabātur: odium scilicet, inuidiā, hypocrisin, auaritiā, quæ Iudæorū pectora occupabant: vt vero testatur Cato Vticēsis apud Salustium, vbi odium, vbi inuidia, alijq; similes affectus regnant, haud facile verum cernitur: vnde Boetius, gaudiū pelle, pelle timorem, sp̄c q; fugato: nubila mens est, hæc vbi regnant. Huius ergo ignorantie causam &

Q 2

radicē,

radicē, ait esse animi perturbationē: hæc vero ani-
mi perturbatio & consternatio, ex peccato nasci-
tur: iuxta illud Esa. 57. Cor impij, quasi mare feruens
quod quiescere nō potest: & p̄sa. 1. de impio dicitur,
Et erit tanquā puluis, quem projicit ventus à facie
terræ. Peccata vero & perturbationes, ex quadri-
gis Aminadab, veluti à quodam fonte descendūt:
quoniam homines qui plus equo cōstituunt suā fi-
duciam aut spem in prosperitate mūdāna, facile in
vitia dilabuntur: vnde Zachariæ. 4. dicitur, Tollā ē
medio tui quadrigas. Aut forte per quadrigas po-
puli principis & dominantis, intelligūtur aduersa
quæque, quæ prauis hominib⁹ in peccati poenā pro-
ueniunt: vt Ezech. 1. Quadrigas vidi. Quæ mihi tñ
magnopere arridet expositio, illa est, quòd cū sp̄n-
sa audiret sp̄sum illius decorem cōmendantē, re-
ginas, cōcubinas & puellas eam laudantes, & auro
re, lanæ, soli, castrisq; instructissimis eam cōparan-
tes, pudore suffūdebatur, & clarissimas illas animi
dotes, & ornāmēta splendidissima vix agnoscebat:
quia humilis, cognitione sui semper vilescit: vnde
illis laudib⁹, quasi nouis quibusdā stimulis incitata
vidēs principes homines in Ch̄riana repub. Petrū
Paulum, Ioannē, Andreā, &c. quasi quibusdā qua-
drigis ac curribus vectos, maxima velocitate, ad
metam iam & culmen Euangelicę perfectionis cō-
scendisse: ipsa conatur eorū vestigia præmere, mo-
res imitari, & summa velocitate, etiā apicē Euāge-
licę perfectionis tenere, sed perturbatur maxime,
quod

quod ad illorum celsitudinem non valeat pertinge-
re. Anima ergo, inquit, mea cōturbata est propter
quadrigas Aminadab: vnde Pau. hos nobis depin-
gens, ad Philip. 3. inquit, Quæ retro sūt obliuiscēs
ad anteriora extendens me ipsum, ad destinatū per-
sequor, ad brauiam supernæ vocationis. *Reuertere,*
reuertere Sunamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur
te. Loquitur chorus puellarum, rogatq; & obtesta-
tur sponsam, abeuntē & fugitantē, vt redeat, suāq;
pulchritudinē eximiam eis inspiciendā exhibeat.
Sed de Sunamitide quæ sit illa, magna est inter hu-
ius libri interpretes, dissensio. Beda in hūc locū in-
genue fatetur se nūquā legisse alibi in sacris literis,
hoc nomē Sunamitidis, quod Sane mirum est, cū
fuerit ipse sacrę scripturę peritissim⁹: nā Sunamitis
fuit vt legim⁹ 3. Reg. 1. quædā puella forma præstā-
tissima, quā principes Israelitici dederūt vxorē Da-
uid, iam senio cōfecto: vt eum præ senectute friges-
centē foueret & calefaceret, in illius sinu dormiēs:
quæ dicebatur Abisac Sunamitis. Alia etiam ex ea-
dē ciuitate Sunamitis fuit, cui⁹ fit mētio. 4. Reg. 4.
quæ Heliseum prophetā hospitio recipiebat, illi⁹ q;
precib⁹ filiū impetrauit, quem postea mortuū, He-
liseus reuocauit ad vitā. Lyranus ergo putat, hanc
Sunamitidē ad quā loquūtur puellę, esse illam prio-
rem cuius fit mentio 3. Reg. 1. quā postea Salomon
duxit vxorem, eratq; post filiā Pharaonis, illi gratif-
sima: quapropter puellę, ipsius nomine sponsam ap-
pellant, vt ostendāt eam vero Salomoni Ch̄ro esse

charissimā. Præfert autem typū Ecclesiæ Catholice quæ data fuit vero sponso Deo, vt in illius sinu dormiens, repudiata frigida Synagoga, per charitatem & Spiritum sanctū calefceret. Sed siue dicatur Sunamitis (vt Lyran^o putat) siue vt exponūt Beda, Greg. & D. Tho. Sunamitis dicatur quasi despecta & captiua, verba hæc sunt iuuenularū existentū in spōse cōtubernio, quæ exhortātur Synagogā peccatis seruientem, despectā atq; captiuā, vt redeat ad gratiæ & charitatis veram libertatem: vbi deposita fœditate & turpitudine peccati, pulchriorq; facta, inspici valeat. Latet vero mysterium in hoc, quod quater vocatur vt redeat: nā Deus, singulari clemētia sua, à quadruplici seruitute & captiuitate, veterem illum populum reuocauit: nimirū ab Aegyptiaca seruitute, & Babylonica, tertio à seruitute Romanorū, postremo in nouissimis tēporibus, à perfidiæ & peccati seruitute. Græci, Hebræiq; legūt Sulamitis, dicitur vero Sulamitis, Iudæorū populus, vel à Solymorū vrbe, quæ erat Iudaici populi metropolis, in qua regnum, sacerdotium, tēplum, & ceteroniarum ac sacrificiorum apparatus, potissimū florebat: vel forte à Salomone, quoniam Chri veri Salomonis sponsa erat. Chor^o igitur puellarū, reip. Chriane personā agēs, terq; quaterq; hortatur Hebræos, vt ad Chrm redeant, resipiscant: & abrogata & abiurata perfidia Iudaica, Euangelicā legem amplectātur. Quater vero dicit vt reuertātur, quoniā Iudæi, primū vocati sunt ad cognitionē veri Redē

ptoris,

ptoris, per patriarchas & prophetas: vnde Ecclesia in Threnis Ieremiæ, sæpe repetit illud, Hierusalē, Hierusalem, cōuertere ad dñm Deum tuū. Secūdo vocati fuere per Chrm, Mat. 11. Venite ad me omnes: & Ioā. 7. Si quis sitit, veniat ad me: vnde Matt. 23. inquit, Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas, &c. quoties volui cōgregare pullos tuos sub alas, & noluisti! Tertio per Apostolos, vt ex Actis Apostolicis a D. Luca scriptis, facile constat: vnde Acto. 13. Pau. & Barnabas, Iudæis pertinacissimis dixerūt, Vobis primū oportebat annūtiari verbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cōuertimur ad gentes. Postremo vocabitur gens Hebræa, circa Antichri tempora, ab Elia & Enoch, cæterisq; diuini verbi ministris. Aut quater vocatur populus Hebræus, dispersus per quatuor mūdi partes: vocatur enim ab Oriente, ab Occidente, à Meridie, & Septētrione. Sed quoniā Sulamitis pacificā sonat, vnde Aquila, quod nos legim^o Sulamitis, legit pacifica: merito per Sulamitidem, interpretātur antiqui patres, Ecclesiā Chriā, quæ in nobilissima eius parte, perfecta pace & tranquillitate perfruitur: de qua diximus superius, quod incitata exemplis sanctissimorum hominum Petri, Pauli, ceterorumq; Apostolorum: vehementer optabat eorū heroicis & exemplares virtutes imitari: atq; ita multi, Apostolorum tempore, sub Marco Euāgelista, sese ab hominū frequentia subtrahentes, ad solitudinem, & monacho-

rum

rum cętus cōfugiebant. Chorus ergo puellarū, qui (vt dixi) populū Chřianum representat, viros religionē, sapiētia, & virtute pręstātissimos, iterū atq; iterum obsecrat, vt relicta interim quiete & dulci ocio, quo in sinu sponsi quiescentes potiūtur, ad ipsos redeant, cū ipsis cōuersentur, vt inspecta eorū pulchritudine atq; virtute, magis ac magis in virtute proficiāt: aut vt redeant & reuertantur à solitudine & vita monastica, vt cęteros doceāt, instruāt, & ad bene beateq; viuendū inducant. Quod si lubet in cęlis cū angelis cōuersari, vitāq; agere supercęlestem & penē diuinā, & iam delicias futurę felicitatis pręgustare, interim tñ ad minorū imbecillitatē cōdescendētes, & se ipsos attēperātes redeāt: & ex suauissima cōtemplatione, ad vitam quā actiuā appellamus, vt aliorum saluti prospiciant.

Caput septimum.



V I D videbis in Sunamite nisi choros castrorū? Quā pulchri sunt gressus tui in calceamētis filia principis! Iunētur a femorum tuorum, sicut monilia quę fabricata sunt manu artificis. Umbilicus tuus, crater tornatilis, nunquā indigens poculis. Venter tuus, sicut aceruus tritici, vallatus libys. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli capree. Collum tuū, sicut turris eburnea. Oculi tui, sicut piscine in Hesebō: quę sunt in porta filie multitudinis. Nasus tuus, sicut turris Libani, quę respicit

respicit cōtra Damascum. Caput tuum, vt carmelus, & coma capitis tui, sicut purpura regis vinēta canalibus: quā pulchra es, quā decora, charissima in delitijs! Statua tua, assimilata est palmę, & vbera tua botris, dixi, ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua, sicut botri vineę, & odor oris tui, sicut odor malorum. Guttur tuum, sicut vinum, optimum dignum dilecto meo ad optandum, labijsq; & dentibus illius ad ruminādum: ego dilecto meo & ad me cōuersio eius. Veni dilecte mi, egrediamur in agrū: cōmoremur in villis, manē surgamus ad vineas: videam⁹ si floruerit vinea, si flores fructus parturiunt: si floruerit mala punica, sibi dabo tibi vbera mea: mādragorę dederūt odorem in portis nostris, omnia poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.



V id videbis in Sunamite nisi choros castrorū? Dicitur vix potest, quā sint varię interpretationum huius loci editiones: Hebrei legūt, Quid intuebimini in Sulamitide vt chori castrorū? Cōplutēsis, iuxta trāslationem septuaginta, vertit, Quid aspicietis in Sulamitide quę vadit sicut herba castrorum? Alij vertunt, Quid videbitis in Sulamitide vt choros castrorū? Et quidē Hebręi ascribunt verba hęc sponsę, quę cū ad vocē puellarum cōstitisset, ipseq; in duos ordines diuisę vtrūq; illi⁹ latus cinxissent, spōsa egre ferens quod tā studiose eam intuerentur, ait, Quid in me Salumitidem tā accurate inspicitis? quid ve me vtrinq; cingitis. quasi

acies castrorum, aut choros puellarū. Alij vero iuxta Cōplutensem translationem & septuaginta, putant verba esse Synagogæ, quā cū Apostoli cæteri quæ euangelici ministri inuitarent vt resipisceret, Ch̄m q̄; verum Mesiā humani q̄; generis redēptorem agnosceret, ipsa respondet, sese nūquā agnitiurā Ch̄m tanquā assertorē humani generis, nisi eā in verā & perfectā vindicet libertatem: qua tamen post ascensum Ch̄i in coelū & Euangelij propagationē, Iudaicus populus perpetuo carebat, conculcatus & attritus, vt solet conculcari & atteri herba vbi castra locantur: ita vt neq; pristinum retinere possit virorem, sed marcescat & areat. Alij præterea qui legūt, Quid videbitis in Sulamitide: vt choros castrorum: verba hæc opinātur esse etiā Synagogæ, quæ Ch̄o & Apostolis prædicantib⁹ recusat credere, nisi illa suę omnipotentia antiqua præstet signa, quæ olim exhibuit patribus: nimirū choros castrorum, quales ostendit Iacob redeūti à Mesopotamia Syriæ, Genes. 32. cuneos, inquā, & choros angelorum cœlestes acies representantium, ita vt admirabūdus Iacob dixerit, Castra Dei sūt hæc, & loco illi, inditum fuit nomē Amain, id est, castra, vel forte alludit ad spirituum cœlestium multitudinem, qui quasi acies instructissimæ, Exod. 15. adfuerunt populo Hebræo sicco vestigio transeunti mare rubrum: cū tñ hostes aquis obruti funditus interirent. Verum quoniā lectio vulgata ab his lectionibus discrepat, legimus nanq; Quid videbis in Sulamitide

Genes. 32

Exod. 15.

namite nisi choros castrorum? Amplectēda nobis est expositio quę D. Greg. Bedæ, Ansel. & D. Tho. placuit, vt sint verba Ch̄i inuitātis Synagogam, vt resipiscat, ei q̄; proponentis præmium & vberē fructum suę cōuersionis: nempe quod si deposito cæco errore in quo ante obstinata persistabat, Euangelicam lucem amplectatur, & ad Ecclesiæ vnitatem cōfugiat, iam non per totum orbem dispersa, & quasi vagabunda circūcursabit dura seruitute vexata: sed intra Ecclesiæ gremium constituta & Dei singulari præsidio fulcita, dulcissima pace perfruetur: hostibus, quasi castrorū acies munitissima formidabilis, amicis, quasi chori psallētium suauiter aut choreæ puellarum saltantiū gratissima. Castra vero adiungit choris, quæ duę res sibi prima facie male videntur coherere. Nam chori lætantiū sunt, & eorum qui in pace & tranquillitate iocunde viuunt: castra autem non nisi militum, & illorum qui belli molestias & labores perferunt. Verū si rem recte perpendamus iuxta sanctorum doctrinā, deprehēdemus nihil potuisse dici accommodatius, ad explicādum statum eorum qui ad Christum cōuertuntur. Nam lætitia illa incōparabilis & animi exultatio, qua perfruuntur illi qui à peccati seruitute sese liberatos intelligunt, per choros significatur: iuxta illud Regij vatis, psal. 125. In conuertendo dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati: tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nra exultatione. Sed quoniam recens cōuersi, dæmo-

Nota.

psal. 125

nis & carnis insidias diligentius cauere oportet, & aduersus vitia atq; peccata fortius pugnare, tales castris cōparantur. Quod si cum Athan. Nisseno, Theodo. & ex nostris Hugone Carenfi, hunc locū non de Synagoga, sed de Ecclesia post Apostolorum tempora florescente, & per martyres de tyrānis triumphante, interpretemur: sensus est. Si martyrum inuictum robur, eximiam fortitudinem, insuperabilemq; cōstantiam cōtemplemur, quid aliud cuneos martyrum nisi inuictissima quædā castra esse putaueris? Si tñ examina monachotū in Aegyptō cōmorantium, si virginum pudicissimarū choros, si omnium Ecclesiarum cētus, hymnos & laudes iugiter Deo canentium cōtempleris: quid in Ecclesia nisi choros esse dixeris? Si oculos in cōcilia œcumenica cōijcias, ordinemq; ibi episcoporum, archiepiscoporum, cardinalium, atq; doctorum inspicias, nihil aliud cētū istum nisi diuina quædam castra esse fatearis: castra, inquā, militum, aduersus hæreses, & aduersus vitia strenue pugnantium. Si vero per totā Ecclesiam oculos circumferas, in qua iuges Deo preces & laudes funduntur, proculdubio totam Ecclesiam nō nisi choris psallētium assemilaueris. Vnde David psal. 117. ait, Vox exultationis & lætitiæ, in tabernaculis iustorū, constituite diē solennem in cōdensis, vsq; ad cornu altaris. Acies vero & castra, nobis depingit Pau. 2. ad Corin. 10. dicens, Arma militiæ nostræ nō sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionē muni-

Nota.

psal. 117

2. Cor. 10

217

218

tionum:

tionum: & ad Ephes. 6. Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū harum. Acute autem Theodorctus animaduertit, Salomonem nō dixisse Castra chorearū, sed Choros castrorum, vt ostēderet, quod ex castris Ecclesia, & Chriani ad choros progrediūtur. Cū enim in virtutum certamine atq; arena, victoriam fuerint cōsecuti, tunc quasi peana canentes redeunt, triumphos & victoriam ipsam celebrantes. Vnde Chriani in hac Ecclesia militante cōstituti, nō debent cū stultissimis Lutheranis inani fiducia falli, aut securitatē & felicitatē in vtrāq; aurē dormitentib⁹, propter solā fidem & baptismi sacramētum sibi polliceri: sed aduersus vitia & peccata viriliter dimicare, imitati eos quorum fit mētio Esdræ. 4. qui cum muros Hierusalē reficerēt & tēplum illud sacrosanctum instaurarēt, altera manu gladium tenebāt, alteram vero admouebant operi: pars, populi hostes incurstantes arcebat, pars vero ruinas murorū & tēpli instaurabat: & Exo. 15. cū iam populus rubrum mare superatis hostib⁹ pertransisset, pars quidem choros ducebat, & laudes Deo decātabat: alij vero armis accincti, hostes finitimos repellebant. Vnde Esa. 32. ait, In tympanis & citbaris & bellis præcipuis expugnauit eos: nā Ecclesia Chriana, Neronēs, Domitianos, Diocletianos, & ceteros hostes nō bellicis machinis, nō armis ferreis, sed precibus, hymnis, & eucharisticis sacrificijs superauit.

Esdra. 4.

Exo. 15

Esa. 32

R 3

Quam

Quā pulchri gressus tui in calceamentis, filia principis!
 Septuaginta legunt filia Nadab: Hebræi & ex Latinis nō pauci, hæc verba ascribunt choro puellarū, quæ cū non sine singulari animi voluptate, spōse venustatē & toti⁹ corporis elegantia cōspexissent, dicunt, Quā pulchri, &c. ac si dicant: cur tā moleste fers, quod te accuratius intueamur, cum quāta quāta es, tota formæ & venustatis præstantia, maxime fulgeas? & (vt à minimis or diamur) pedes quā cōcinni, quā astricto & ad pedes apto vteris calceo: in incessu vero quāta gratia, quæ animi indoles elucet in totius corporis motu, ita vt nō ruri educata, aut ex pastoribus orta, sed regio sanguine edita & verè regis morib⁹ instituta esse videaris! Hebræi legunt, Quā speciosa fuisti in calceamentis filia principis! Et hæc verba sunt spōsi, qui cū inuitasset spōsam Synagogā, ipsaq; obedire recusaret, nō sine ingenti animi dolore refricat veteris illius Ecclesiæ memoriam, quæ fuit tēpore Abrahæ, Isaac, Iacob, & aliorum sanctorum patrum, quæ Deo vocāti & præcipienti facile obtemperabāt: & quocunq; ire iuberet prōptissime pergebāt. Illi⁹ ergo in obediēdo prōptitudinē cōmendans, ait, Quā pulchri sunt gressus tui, &c. hoc est, olim quidē mihi quiduis iubēti parētes tui facile obsequebant, & aspera quæq; ac difficilia, propter me libenti animo sustinebāt: ipse quoq; pater tuus Abrahā, de cuius origine tātopere glōriaris, cū illi præciperē Gene. 12. vt relicto natali solo, in alienā terram migraret, prōptissimi me

me obtēperavit: cūq; etiā numerosam sobolē, illi in senectute promitterē, ex Sarra sterili & senio cōfecta, statim credidit: vnde scriptū est Gen. 15. Credidit Abrahā Deo, & reputatu est illi ad iustitiam. Appellat vero Abrahā, Hebræe gentis patrē, principem: tum propter illius claritatē, & in reb⁹ agendis potentiā & fortitudinem strenuā, tum etiā, quoniā Gene. 24. filij Heth, principis cognomētum illi tribuerunt, dicentes, Princeps Dei tu es apud nos, hoc est, princeps maximus. Sed eorum expositio maxime mihi placet, qui hæc verba cum præcedentibus ad Chriānam Ecclesiā referenda esse putant: maxime eo tēpore, quo sub Diocletiano, Maximino, Maxentio & Licinio seuissimis tyrānis, innumera martyrtū millia nobis protulit: de illa enim vt iam dixi, exponuntur præcedētia verba, Quid vides in Sunamite nisi choros castrorū? Et cū aut spōsus aut chor⁹ puellarum, aut forte cet⁹ hominū sanctorum cerneret tot viros, virgines, pueros aut pene infantes, quales nri Cōplutenses Iustus & Pastor fuere, letis animis ad mortem & supplicia properare, morteq; ipsa maxima in dies incrementa facere, admirabundi & gratulabūdi in hæc verba prorūpunt, Quā pulchri gressus tui filia principis! Sed priusquā more meo singulas partes huius capituli exponā, quædā mihi obseruanda sunt documenta, quæ prisci interpretes, hoc loco animaduertēda esse cēserunt. Primum sit, quod vt principio hui⁹ libri adnotauimus, hic liber ab antiquis patrib⁹ diuiditur:

ditur in decē dramata siue cātica: hoc vero loco iā cōtinetur nonum cāticum seu drama, quod cōplectitur laudem spōsæ, & representat nobis imaginē Ecclesię, eo tēpore quo sub illis tyrānis quos iam retuli, innumera penē martyrum millia nobis proferebat. Secūdo vero notandū est, quod cū numer⁹ ternarius Deo gratissimus sit, dicēte Poeta, numero Deus impare gaudet: in hoc epithalamio trina est spōsæ cōmendatio, vt trina hac laudatione cōtineatur imago Ecclesię incipientis, proficientis, & perfectę: & etiā vt inde estimemus Ecclesię pręstā tiam, quā nō semel aut iterum, sed bis terq; spōsus prædicauit. In hoc vero tertio encomio, longe diuersum ordinem tenet spōsus quā in duob⁹ prioribus obseruauerat: in illis enim à capite incipiens, oculis, dentibus, & labijs ad vbera descēdebat: hic vero à pedib⁹ exorsę puellę siue amici spōsi, per singulas partes progrediētes, vsq; ad caput ascendūt: illa quoq; mēbra accurate describentes & proferētes in lucē (quæ propter pudorem nō veste rātum, sed silentio etiā tegi solent) vt femora, vmbilicum, ventrem, &c. Hę vero partes diligēter hoc loco describuntur à Spiritu sancto, vt ostendat cęlestis spiritus in Ecclesia iam perfectā, & in altissimo charitatis fastigio cōstituta, quę animam pro spōso libēter exponit, illa quoq; quę in cęteris infirma sunt atque imperfecta, esse perfectissima & spōsi oculis admodū grata. Vnde auspiciatur à pedib⁹, qui facile sordes cōtrahunt: iuxta illud Thren. 1. Sordes eius

in

in pedibus eius: vnde Chrs Ioan. 13. aiebat, Qui lotus est, nō indiget nisi vt pedes lauet: at sponsę affectus, vota & desideria, quę per pedes significantur, pulcherrimi sunt: imo facultas cōcupiscendi & irascendi, in quibus multę maculę solent residere, in spōsa aut omni labe carent, aut adhibet studium vt quātotius labe omnes & maculę mudentur. Sed iā verba singula exponam⁹, *Quam pulchri gressus tui?* Gressus & incessus in arcanis literis, vitę rationem & mores ipsos significāt, quibus quasi quibusdam gressibus, aut ad vitam beatam, aut ad supplicia sempiterna festinamus: ingredi enim, incedere & ambulare est, aut per vitiorum, aut per virtutū viam incedere: via nanq; apud sacros scriptores, etiam pro ratione viuendi vsurpatur: neq; apud sacros tantū, sed apud prophanos, qui duas vias alterā virtutum, alteram vitiorū depinxere: vt Hesiodus Gene. 6. Omnis quippe caro corruperat viam suam: quasi dicat, omnes homines corruptis moribus atq; vitijs cooperti erant: & psa. 1. Nouit dñs viam iustorum, &c. psa. 15. Vias tuas dñe demōstra mihi, &c. Deut. 25. Nō declinabitis neq; ad dexteram, neq; ad sinistram, sed per viam quā ego præcepi vobis ingrediemini: inde ambulare, ingredi, incedere: Gene. 5. Ambulauit Noe corā dño: & Genes. 17. Ambula corā me & esto perfect⁹. Pedes vero quia sunt instrumenta ad ambulandū, significāt animi affect⁹, qui sunt in nobis principia ad operandum: affect⁹ enim siue ab appetitu rationali, siue à

Gen. 6

psal. 1.

psal. 15
Deut. 25.Genes. 5
Genes. 17

Sensiti-

IN CANTICVM CANTICORVM

Ephes. 6.
Esa. 55
 sensitiuo pueniant, sunt veluti fontes & principia,
 & quasi instrumenta actionum humanarum. Pedes
 vero isti, Hebræo idiomate calciati esse dicuntur,
 quãdo ad aliquid agendũ sumus parati: solẽt enim
 iter facturi calceis vti, ne lapidib⁹ aut serupulis, spi-
 nisq; pedes offendantur, & ab itinere faciendo re-
 tardentur. Vnde Pau. ad Ephes. 6. cũ Christianum
 hominem quasi in cãpum deduceret cũ hoste di-
 micaturum, monet vt accingat lũbos, hoc est, casti-
 tate sit p̄ditus, torace sit munitus, hoc est virtute
 fortitudinis: tãdem calciamentis tegat pedes, hoc
 est, paratissimus sit & promptus ad Euangelicã do-
 ctinã toto orbe terrarum propagandã: quã animi
 p̄optitudinem & alacritatem: Esa. 55. lætis vocibus
 celebrat, dicens, Quã pulchri super mōtes, pedes
 euangelizãtis pacem. Quod vero de pedibus mini-
 strorum Euãgelicæ doctrinæ eo loco sit sermo, cõ-
 uincunt sequentia verba, Vox speculatorum tuorũ
 eleuabunt vocem, &c. Prædicat ergo Apostolorũ
 aliorumq; ministrorum euãgelij, animi promptitu-
 dinem & alacritatem, qua totum terrarũ orbẽ sum-
 ma velocitate peragrarunt, vt suo muneri satisfacere-
 r̄t: vnde forte sanctorum pedes, hoc nomine lau-
 ri solebant, quoniã in munere prædicandi exerce-
 bantur. Calceis præterea teguntur pedes, quoniã
 affectus cõcionatorum atq; doctorum, oportet esse
 mundissimos, & ab omni terrenarum rerũ cupi-
 ditate alienos: calcei nãq; ex pellibus mortuorum
 animalium cõficiuntur, quæ pelles, animi mortifi-
 cationem

COMMENTARII. CAP. VII. 70

cationẽ & blandientis carnis macerationẽ signifi-
 cant. Oportet sane euãgelicos ministros esse castif-
 simos: iuxta illud Pau. 1. ad Corin. 9. Castigo corp⁹ 1. Cor. 9.
 meum, & in seruitutem redigo ne cũ alijs prædica-
 uero ipse reprob⁹ efficiar: & Iacobi. 3. Quæ de sur-
 sum est sapientia, primũ quidẽ pudica est. Aut for-
 te calceamenta hæc, in Apostolis & ministris Euã-
 gelicis, sunt cõmemoratio passionis Christi, & vite
 sanctorũ patrum: Ch̄s enim agnus in cruce immo-
 lat⁹, stimulos adhibet atq; calcaria, ad quos libet la-
 bores æquo animo sustinendos: aut dicamus cũ D.
 Greg. alijsq; patribus, per calceamenta, veterũ san-
 ctorum exẽpla atq; dogmata esse intelligenda: in
 prædicãdo nanq; & docendo, noua & inaudita vi-
 tanda sunt, eaq; tantũ tradenda, quæ Apostoli, Apo-
 stolorũq; successores & antiqui magistri tradide-
 runt. *Filia principis*. Appellat Ecclesiam propter
 Euãgelicos ministros principis Filiam, quoniã di-
 uini verbi præcones, si affectibus & cupiditatibus
 modũ imponant, si modestiam, despicientiam sui,
 & humilitatem, m̄suetudinem, & animi lenitatẽ se-
 ctentur, vere exprimunt viuã imaginem Ch̄i parẽ-
 tis sui, qui de seipso Matt. 11. ait, Discite à me quia Matt. 11.
 mitis sum, & humilis corde. Sunt nãq; virtutes hæ,
 Ch̄iani hominis propriæ atque germanæ, & quæ
 generosam quãdam animi indolem præferat. Ni-
 hil enim sublimius, nihil regiũ magis & augustius,
 homine illo qui vera præditus est humilitate: quo-
 nam sicut in Ch̄o, à quo per baptismum, fidẽ, &
 S 2 charita-

IN CANTICVM CANTICORVM

charitatem originem trahimus, duas naturas profitemur & veneramur, vnam altissimā, diuinam in quā, infimam & infirmam aliam, nempe humanam, quæ in Ch̄o, ineffabili quodam nodo copulantur: ita in homine Christiano, in humilitate, quasi nodo quodam sacratissimo, altitudo animi cum ipsa humilitate & displicētia sui iungitur: quoties enim cogitat sese ab hominib⁹ originem ducere, in peccato natum, ad sensibilia & terrena procluem, in puluerem redigendū, sibi ipsi vilescit, honores recusat, & vilissima quæq; ministeria libēter exequitur. Quotiescūque tñ reputat animo, sese ex Ch̄o virtute Spiritus sancti genitum per baptismū, tunc sui parentis memor, dat diligenter operā vt ab illi⁹ nobilitate nūquā degeneret, atq; ita neq; voluptatibus succūbit, nec cupiditatibus cēdit, nō cruciatibus & supplicijs superatur. Tertia expositio quæ mihi summopere placet est, vt sit Ch̄iani populi vox applaudentis & congratulantis tot martyrum millibus, qui per acerbissima supplicia, ad æternam felicitatem alacri animo properabāt: illa enim animi promptitudo atq; lætitia in moriendo, gressus pulcherrimi iure optimo appellantur. Mors sane in sacra scriptura transitus & migratio appellatur: vnde iter illud suscepturi, sacrosanctæ Eucharistiæ sacramento, quasi viatico muniūtur: gressus vero isti feliciter succedunt, quādo pedes sunt calceamētis instructi, hoc est, omnium affectuum & cupiditū mortificatione, sanctorū exemplis & potissimum Christi

COMMENTARII. CAP. VII. 71

Christi agni in cruce immolati meritis & passioni innixi: tunc nāque facile sibi persuadere possunt, se æternā vitam cōsecuturos, de quibus Ezech. 15. dicitur, *Calcabo te hyacinthis, hoc est, aut purpureo martyrio per quod ad cœlum penetramus, aut ceruleo viuidoq; colore: quia tales in vita presenti agentes, iam in cœlo cōuersantur, dicēte Pau. Cōuersatio nostra in cœlis est: vnde Pau. 2. ad Cori. 4. ait, Licet vetus homo noster corrūpatur, tñ is qui intus est renouatur de die in diē, quod enim in presenti est, momentaneū & leue tribulationis nostre supra modum in subiimitate æternū glorię pōdus operatur, in cœlis cōtemplantibus nobis nō quæ videntur, sed quæ nō videntur: quæ enim vidētur tēporalia sunt, quæ nō videntur, æterna: & ad Heb. 11. Pau. fide (ait) Ille qui vocatus est Abrahā habitabat in terra promissionis, in casulis cū Isaac & Iacob, dicentes, quia peregrini sumus & hospites super terram, domum nō manu factam in cœlis querentes, cuius opifex & cōditor est Deus. Hos vero sanctos appellat filios principis, cū quia hāc animi promptitudinem & alacritatē in moriendo, sortiri nō possunt nisi afflati Spiritu sancto, à quo filij Dei aguntur: & generosus iste animi affect⁹, exprimit Ch̄i parentis nr̄i imaginem, de quo Ioā. 13. dicitur, Sciens quia venit hora eius, vt trāseat ex hoc mūdo ad patrem, & ille tandē Deo dignus fili⁹ est existimādus, qui hunc vltimū gressum feliciter per agit atq; claudit: nr̄a nanque felicitas ex hoc gressu*

[dependet,

dependet. *Iuncturæ femorum tuorum, quasi monilia quæ fabricata sunt manu artificis.* Non contentus diuinus Spiritus, laudasse pedes & gressus spōse, hoc loco describit femora: eorūq; amplificat pulchritudinem, quod assimilentur monilibus aureis, vel argenteis: quibus vel colla, vel brachia foeminarum in modū cōdecorantur, vt intuentium oculos mulceāt & capiant. D. Hiero. legit & vulgatus interpres, iuncturas foeminum, vbi per synedochē pars pro toto vsurpatur, ac si dicat, Femora tua, &c. Cōplutensis, quæ respōdet editioni septuaginta interpretum, legit, Cōcinnitates femorum tuorū: vt declaret summi illius opificis sapientiam, nō solū eluxisse in sublimioribus humani corporis membris, sed etiam in illis quæ sub ventrē sunt, & ignobiliora atque infirmiora esse reputantur: voluit nāq; vt homo rectus esset, cælumq; & astra ipsorūq; auctorem Deū inspiceret: atque ita duas in humano corpore cōstituit columnas, quibus totū superstrueretur ædificium, duo in quā crura, quæ non ex vna tantū, sed ex tribus partibus cōstarent: quarū prima coxæ seu coxendici cōpaginatur & cōnectitur: secunda genu, tertia talo: harum vero partium nodi, nervi sunt: quibus quasi fortissimis vinculis, partes ipsæ copulatur, & cōstringuntur: voluitq; nodos nō esse nimium intensos, ne ingressum ipsum aut impedirēt, aut prorsus eriperēt: neque etiā laxos nimis, ne gressus ipsi labarent atque nutarent: quæ omnia ad Ecclesiæ mēbra partesq;, facile possunt trāserri:

ri: Chrs nāque Ecclesiæ author & conditor, ita Ecclesiam cōcinnauit, vt constet ex Iudæis & Græcis, varijsq; hominum generib; olim inter se ingenio, moribus, legibus & religione differentib;: suntq; quasi duo crura & femora populi Christiani, Iudæi & Gentiles: quorū concinnitates & iuncturas admiratur Pau. ad Ephes. 2. dicens de Gentilib;: Vos qui eratis longe, facti estis prope, reconciliati per Christū: ipse enim est pax nra, qui fecit vtrāq; vnū: & inimicitias per sanguinē suum soluens in semet ipso. Quis enim non admiretur Hebræum populū, moribus, legibus & cæremonijs, religioneq; à Gentili populo abhorrentem, diuino spiritu & Chri industria, in eandem fidem, easdem leges, sacramenta & cæremonas cōspirasse: quæ pax maxime in fine seculi est confirmanda. *Femora tuorū.* Femur idiomate sacræ scripturæ pro virtute generatrice accipi solet: quod facile constat ex loco illo Exo. 1. Animę eorum qui egressi sunt ex femore Iacob septuaginta: hoc est, filij cū nepotibus Iacob erāt septuaginta: & Genes. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius: hoc est, ex illius semine: & quod maius est Genes. 24. Eliezer Abrahæ coconomus tangit heri sui femur quasi aram quandā sacram, iure iurando constringendus: erat vero sacrosanctum femur, quoniam inde Chrs erat nasciturus: iuxta illud Genes. 15. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Sponsus ergo postquā laudauit Ecclesiæ incrementa, & felicissimū successum Euāgelicæ

Ephes. 2

Exo. 1.

Genes. 24

Genes 15

licæ

licæ prædicationis, quæ per gressus, pedes & calceamenta, vt iam diximus, significantur: modo multigenam sobolem Chřiani populi, qui huius prædicationis femine propagatus est, laudibus prosequitur: de hoc enim multi antiqui patres exponunt illud Esa. 53. Generationem ei⁹ quis enarrabit? Sed aperte Esa. 49. hæc vis generandi, & Ecclesiæ fecunditas depingitur: introducitur nanque Ecclesia ex Gentili populo admirabunda, & secū ita musitās, Dices in corde tuo, ego sterilis & non pariens: & quis genuit mihi istos? ego contempta, & transmigrata & captiua: & istos quis enutriuit? Planius vero c. 54. Lauda, ait, sterilis quæ non parit, decanta laudem & hinni quæ non parturiebas, quia multi filij desertæ, magis quā illius quæ habebat virū: dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorū tuorum extende: ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida, quia ad dexterā & ad leuam penetrabis, & semen tuū gentes hæreditabit. Hæc vero generatio & propagatio Chřiani populi, fit per verbum Dei tanquā per semen: iuxta illud Luca. 8. Semen est verbum Dei, quo in auditorū mentibus excepto, non humana industria, sed Spiritu sancto cooperante, virtutum diuinarum foetus edimus. Sed vt interim taceam hanc virtutē generandi, quæ & ante baptismum & post baptismū Spiritus sancti afflatu homines foecūdat, illa hoc loco potissimum prædicatur vis generandi seu regenerandi, quā Ecclesia obtinet per baptismi sacramentum:

tum: de quo Pau. ad Titū. 3. ait, quod est lauacrū regenerationis & renouationis Spirit⁹ sancti, qui per hoc sacramentum nobis abūde effunditur: de quo Ioā. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Hæc sunt pulcherrima sponse femora: vnde omnes Chřiani originem trahunt diuinæ naturæ confortes facti, quæ femora eleganti similitudine monilibus aureis & argenteis cōparantur, quæ sapientissimi artificis manu sunt fabricata: vt enim ex vngue leonem, ex cantu auem, & ex fructibus arborem cognoscimus: ita horum femorū præstantiā ex prole ipsa numerosa & generosa, & ex effectis licet estimare. Quæ effecta depinguntur in vtroq; testamēto veteri & nouo: Ezech. 36. Effundā super vos aquā mundā, & emūdabimini ab omnibus inquinamentis vris, & ab omnib⁹ idōlis vestris: mundabo vos, & dabo vobis cor nouum & spiritum nouum: & Pau. horum ornamentorū & beneficiorum mystes & interpres optim⁹, ad Rom. 6. Scitis quia quicūq; baptizati sumus in Chřo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: cōsepulti enim sumus per baptismū in morte, vt quemadmodum Iesus surrexit à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Cōplantati enim sumus per baptismum in morte: si ergo similes sumus morti eius, simul & resurrectionis erimus: & i. ad Corin. 9. cum enumerasset Apostol⁹ multa scelera, quib⁹ ante baptismū fideles erant cōtaminati, tandē inquit, Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis,

Esa. 53
Esa. 49

Esa. 54

Ad Tit. 3

Ioan. 3

Ezech. 36

Rom. 6

1. Cori. 9

estis, sed iustificati estis in Ch̄ro Iesu per Spiritum sanctū: ad Ephes. 5. Ch̄s dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, mūdans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi sponsam nō habentem maculā, neq; rugā, neq; aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Et magnus ille theologus Greg. Nazian. oratione de baptismo, huius sacramenti præstantiā, illusq; ornamenta & monilia suis coloribus depingens, ait, Baptismus est splendor animæ, vitæ in melius immutatio, conscientie ad Deum interrogatio, infirmitatis nostræ adiumentum, carnis abiectio, peccatorū diluuium, tenebrarū depulsio, totius vitæ instauratio, cœlorū clavis: & quæadmodum sunt in sacris literis quædā sancta sanctorum, sunt etiā Cātica canticorum: ita etiam hoc est sacramentum sacramentorū, diuinorūq; beneficiorum cōplexus & summa. Hæc vero monilia dicuntur manu artificis fabricata, quoniā huius sacramenti virtus & præclara ornamenta, proueniūt virtute Spiritus sancti cui tribuitur peccatorum remissio, & diuinarum virtutum infusio: iuxta illud Pau. ad Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordib⁹ n̄ris, per Spiritum sanctū qui datus est nobis: & ad Titū. 3. appellatur baptismus sacramentū regenerationis & renouationis Spiritus sancti. Sūt etiā qui per iuncturas femorū spōsæ, intelligant vim concupiscendi, præfertim eam quæ procliuis est ad venerea & sensibilia, quæ tñ in hominib⁹ iustis & Ecclesia iam perfecta, pulcherrima est & laude digna, quia

Nazianzen-
na oratio
le bas-
isus.

Rom. 5

Ad Titū. 3

quia per pudicitiam & virgineā puritatem, intra rationis regulas & lineas cōstituta, libidinis incentiua omnia moderatur & reprimitt: ita vt iure optimo duæ illæ virtutes, monilibus aureis, gēmis fulgentibus distinctis, cōparentur: quæ dicuntur elaborata esse manu artificis, quoniam quāquā in ethnicis hominibusq; à Christiana religione abhorrētibus appareant quædam vestigia & simulacra pudicitie, & virgineæ castitatis: vera tñ virginea puritas, veraque pudicitia, in hominibus Christianis inuenitur: est enim opus Spiritus sancti. Postrema expositio, vt hæc nō ad cōcupiscendi facultatē, sed ad irascēdi vim referantur: per crura nanq; & femora, in arcanis literis fortitudinem designari, satis indicat illud Eccles. vlt. vbi ad declarandum quod gressus infenibus & incendendi virtus vacillat & nutat, dicitur, Tunc nutabūt viri fortissimi: vbi per viros fortissimos crura seu femora significantur. Hoc igitur loco, postquā laudauerat gressus & pedes sponsæ, summa alacritate ad meliorem vitā transeuntis & cōmigrantis, hoc loco cōmendat robur inuictū & fortitudinem animi, qua exornati martyres & viri sancti, mortem, rerum omnium terribilium terribilissimā, non reformidabant. Hæc sunt monilia, diuini artificis manu elaborata: quia fortitudinē ad martyrium & ad omnia terrena contemnēda, nullū potest habere nisi diuino beneficio & virtute Spiritus sancti. *Vmbilicus tuus, crater tornatilis, non indigens poculis.* Mundus sponsus, munde & castissime

Vmbilic⁹. sponse illa quoq; membra in lucem producit, quæ à nobis propter pudorem, veste & silentio regi solent, dicens, Vmbilicus tuus, &c. Vmbilicus in homine, cōstitutus est in totius humani corporis medullionita vt si circino per summitatē capitis manuum & pedum circulum circunducas, vmbilicus quasi centrum illius circuli esse videatur: & quantū in hominibus iam ex vtero editis in lucem, prima facie, exigua pars & minime utilis esse censeatur, tñ quādiu animantia homoq; ipse intra vteri latebras delitescunt, maxime necessarius est ad ipsius hominis vitam: nam auctore Arist. lib. 7. de historia animalium. c. 8. animalia omnia quæ vmbilicū habent, intra vterum per vmbilicum viuunt, nutriuntur, & augentur: vmbilico subiecta vena ad hęrente matris vuluæ, & sanguinem maternum suggente: quādiu autem homo in vtero gestatur, cōuolūt⁹ est in seipso, ita vt nasus sit intra gēna, oculi vero super gēna, aures supra illa: quę omnia mhi videntur hominū inter vitę pręsentis tenebras agentium, non vmbra tantū sed viuum quoddā simulacrū representare: nā quādiu in hac vita cōstituti sum⁹, multis dēfissimisq; tenebris circūcludimur: & soli illi viuere vera vita, quā gratia charitas quę Christiana cōfert, censeudi sunt, qui intra Ecclesię Catholicę vterum inclusie, x illius doctrina & sacramentis quasi vuluæ Ecclesię adherētes, cęlestē nutrimentum, & crescendi vim suscipiunt, donec ad eum statum perueniant, in quo, perfecta clarq;

Aristot.

raq; luce diuinę visionis perfruentes, ex vberibus diuinę sapientię, verbiq; diuini dependeant. Interim dū in vita pręsenti agimus, cęlestis vitę alimētiā nō ex philosophorum doctrina, neq; ex alienę religionis sectis, sed ex solius Ecclesię Christianę sinu vuluāq; percipimus: & vt nutriri valeamus & crescere, oportet vt solent infantes intra vterū existentes, in nos metipso cōglobari, per cognitionem infirmitatis nostrę & humilitatem, qua quisq; sibi in sui cognitione vilescit. Nasus vero qui iuxta Aristot. doctrinā, & vt experimento constat, intra gēna cōstitutus est, denotat ingenij vires, & inquirendi & inuestigādi facultatem, pręsertim circa diuina mysteria & supercęlestia sacramenta, oportere semper intra gēna, hoc est, intra religionis Christianę regulas & lineas cōtineri: memores semper illius cōsiliij sapiētis, quod scrutator maiestatis opprimetur à gloria: & Pau. dicentis, Nō plus sapere quā oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: & c. 11. Non alta sapiētes, sed humilibus cōsentiētes. Oculi etiā & aures genibus applicentur, hoc est, Christianę religionis traditioni & regulis, dicente Pau. 1. ad Corin. 9. In captiuitatē redigentes omnē intellectum, in obsequium fidei. Quod autem gēna religionis, sint hieroglyphicū atq; signū, satis mōstrat illud Pau. ad Eph. 1. Flecto gēna mea ad patrem, &c. & ad Philip. 3. Dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur: & olim qui alterum quasi patronū suū

*Gēna, ve
ligōis sym
bolum.
Eph. 1.*

Philip. 3.

& principem agnoscebāt, illiusq; opē & misericordiam implorabāt, illius genua supplices tangebāt. Hoc igitur studium & desiderium, trahendi succū spiritualem & cęlestē alimoniā ex Ecclesię vluua, elegantissimē cōparatur crateri tornatili non indigenti poculis: quoniā illi qui magna cū animi modestia & submissione, Ecclesię doctrinā avidissimē cupiunt, rerum diuinarū cognoscendā ū capacissimi fiunt, neq; aliena & peregrina doctrina indigent, sed diuinę sapientię & sanctarū virtutum liquore, quasi vino quodā & nectare perpetuo exuberant: vnde de humilibus dicitur Iacobi. 4. Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam: & plinius Virgo Deipara in cātico suo, Esuriētes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes: & psa. 103. Qui emittis fontes in cōuallibus, inter medium mōtiū pertransibunt aquę: & Chrs Matth. 11. Cōfiteor tibi pater dñe cęli & terrę, quia abscondisti hęc à prudentibus & sapiētib⁹, & reuelasti ea paruulis. Quod vero tornatili siue circulato crateri cōparatur vmbilicus sponsę, indicat virtutem & iustitiā eorum qui humilitatis virtute sunt pręditi, esse perfectissimam & capacissimā: quod aperte mōstrauit Chrs Matth. 3. dicens Ioāni recusanti eum baptizare, Sine modo, sic decet nos implere omnem iustitiā. Et ne qui spīā existimet, quod crater iste tornatus & circulatus decremēta sit passurus, aut tādē exhauriendus, adiecit non indigens poculis: quoniā diuina bonitas atque sapientia, ita afficitur humilibus

&

& modestis animis, vt bonorum cęlestium affluentiā illis perpetuo soleat impartiri: teste Iacobo. c. 1. Si quis indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat: postulet autem, in fide nihil hęsitās: paulo q̄ inferius, docet petendum esse cū humilitate. Non desunt qui vmbilicum dicant symbolum esse concupiscentię rerū venerearum: quibus fauet D. Gregorij testimoniū, exponentis illud Iob. 40. Virtus eius in lūbis eius, & fortitudo eius in vmbilico eius: quasi dicentis, quod in viris illecebrę turpis libidinis, potissimū resident & vigent in lumbis: in feminis autē in vmbilico: cui cōsonat illud Prouer. 3. vbi Salomō monet & instruit filium, vt diuino amore atq; timore, carnis incentiua coerceat, dicens, Tunc erit gratia capiti tuo, & sanitas vmbilico tuo: morbo enim obscenę concupiscentię, medemur per castitatē. Et Ezech. 16. cū impudicā quandā & obscena libidine coopertam feminā depingeret vates, ait: In die ortus tui non est præcissus vmbilicus tuus. Hic autē stimulus insitus est hominibus, ad propagandā humanam naturam: verū in sponsa, quę nō corporeā & carnalē prolem, sed supercęlestē & diuinā suscipit ex sponso Christo, vmbilicus nō concupiscentię carnis & obscenę libidinis, sed diuini amoris & cupiditatis est hieroglyphicum, quo incēsa nihil aliud cupit & ardet, nisi sponsi oscula castissima delibare, illius sanctissimis amplexibus potiri, & tandem foetus quosdā supercęlestes in lucē edere: vnde

Iacobi. 1

Prouer. 3.

Ezech. 16.

de

Iacobi. 4.

Luc. 1.

Matth. 11

Matth. 3

de pfa. 118. hunc affectū & ardētissimum desiderii Ecclesiæ, exprimit Dauid dicens, Cōcupiuit anima desiderare iustificationes tuas in omni tempore: & quemadmodū Genes. 29. Iacob, cōspecta elegātissima forma Rachelis, illius amore inflāmatu est, ita vt nulli labori parceret, nihil arduum & difficile recusaret: ita sponsa, summi illius pulchri atq; incōparabilis boni decore semel perspecto, omnibus viribus & votis, ad illius amplexus impellitur & rapitur, dicēs cū Dauid psal. 76. Dñe quid mihi est in cęlo, & à te quid volui super terrā? Deus cordis mei, & pars mea Deus in eternū: & pfa. 41. Quē admodū ceruus desiderat ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad Deum fontē viuū. Hic vero diuini amoris stimulus, vel potius incēdium, nō ad humani generis tēporariā & periturā propagationem, sed ad diuinā quandā sobolē & fęturam ordinatur. Hic vero affect⁹ cōparatur crateri tornatili nō indigēti poculis, quoniā solet Deus Opt. Max. his votis & desiderijs cumulatisime respondere: iuxta illud Sapiētīę. 7. Optaui & datus est mihi sensus, & inuocaui, & venit in me Spiritus sapientię: & Matt. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quoniā ipsi saturabuntur: vnde Ioā. 4. Chrs dixit Samaritanę, Qui biberit ex aqua quā ego dabo ei, nō sitiet iterū, sed fiet in eo fons aquę salientis in vitā eternā: & Ioā. 7. stans, Iesus clamabat dicēs, Si quis sitit, veniat ad me & bibat, & flumina de vētre eius fluent aquę viue: hoc autē dicebat de spiritu quē acceptu

ri erant credētes in eum. Ideo hic vmbilic⁹ similis esse dicitur crateri aureo & rotundo, quæ figura, vt iam diximus, est omnium capacissima: anim⁹ vero noster, tantō ad diuina charismata capienda fit capaxior & promptior, quātō per ardorem charitatis maiori estuat desiderio: vnde spōsa in huius epithalamij principio, hęc vota fatis indicabat, dicēs, Osculetur me osculo oris sui. Sed multo ardētiora desideria declarabāt verba illa capitis. 8. Quis det te mihi fratrem meum suggestentem vbera matris meæ? Et illa etiam, Lampades eius, lāpades ignis atq; flāmarum. Tornatilis vero peculiari ratione dicitur hęc, affectus profectus à charitate: quoniā quæ torno fiunt & elaborantur & pulchrè & rectè fieri solent, quoniam nunquā deflectūt ab artis regula: & etiam summa celeritate perficiuntur, & dū fiunt agitantur motu quodā circulari: est enim charitas, à qua quasi à fōte hęc desideria & vota proueniūt, veluti regula rerum omnium agendarū & actionū Christianarum: atq; ita opera summa breuitate, & maxima promptitudine perficiūtur atq; complentur. Motus vero circularis est ille diuinus amor, de quo aiebat Hierotheus, quod est circulus quidā à bono in bonū perpetuō reuolutus. *Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus lilijs.* Vterū quoq; sponse suę castissimū et fecūdissimum describit sponsus, assimilans illū aceruo tritici, qui rosis, violis, & lilijs odoriferis est vallatus: hęc similitudo ducitur ab agricultura vt multæ aliæ huius libri. Solent au

tem agricolæ triplices acervos conficere, primos melsis tēpore in aruis ipsis, ex multis manipulis in eundem locū congestis, quos ita disponunt futuris periculis prospicientes, vt spicarum corona intus delitescat, paleæ exterius appareant: vt à transeuntium bestiarum, præteruolātium volucrum, & imbrium cadentium iniurijs, defendātur grana, in quibus agricolarum tota spes est cōstituta: qui acerui, Ecclesiæ vterū nobis representat: solet nāq; Ecclesia, magna solitudine, suæ proli quā intra vterum gestat, hoc est, de nouo ad Ch̄m cōuersis, omni studio & solitudine prospicere: nullū nō mouens lapidem, vt eos à dēmonis, mundi & carnis periculis defendat & protegat: vt grana Ch̄ianæ agriculturæ, hoc est, virtutum officia & merita, ab omni incōmodo liberētur. Vnde quemadmodū palarū detrimentum, equiori animo ferunt agricolæ: sic Ch̄iani omnes, diuitiarum, honoris, & vitæ quoq; corporeæ iacturam equo animo ferūt, dū modo virtutes integræ & intactæ permaneāt. Huius rei figuram imò documentū nobis exhibuit Iacob Genes. 33. qui cū occurrentē sibi Esau fratrem, cū quadringentorum hominum equitatu vehemēter timeret, saluti eorum quos charissimos habebat, Rachel & Ioseph, ita cōsuluit, vt primo loco obijceret, aduentantis Esau fūrori, greges ouium & camelorum, & famulorum turbā: secūdo, duas cōcubinas & eorū filios simul cū Lia & liberis eius collocaret: postremo & tutissimo loco erat Rachel illa pulcherrima,

&

& charissimus filius Ioseph paruulus, vt si quid nocenti iratus Esau inferret, interim, periculū Rachel & Ioseph possent euadere: virtutes nāque sū perçelestes, semper nobis summo studio sunt cōseruandę, dicente Ch̄o Lucæ. 8. Quid prodest homini si lucretur vniuersum mundū, animę vero suę detrimentum patiatur? Vnde quemadmodū solent pastores, erga fētas oues & tenellos agnos vigilāntiores esse: sic Pau. ad Galat. 4. de quibusdam teneriorib⁹ in fide & charitate aiebat, Filioli mei quos iterū parturio, donec formetur Ch̄s in vobis. Secundos acervos accumulāt agricolæ in area post triturationē, paleas attritas simul cū tritico continentes, qui eorum hominū figurā retinent, qui quāuis ad altiore[m] virtutis gradū aspirent, & incrementa charitatis facere cōtendant: tñ repullulātib⁹ subinde veteris hominis affectib⁹, in illis paleę & aristæ carnalium cogitationum nunquam deficiunt: quorum personam agebat Paul. ad Rom. 7. dicens, Sentio aliā legem in mēbris meis repugnantem legi mentis meę. Quæ aristæ, aut pœnitentię actionibus, aut purgatorio igne in futura vita sunt purgandę: vt testari videtur Pau. 1. ad Corint. 7. dicens. Qui ædificat super hoc fundamentum, nēpe super Ch̄m, aurum, argētum, & lapides pretiosos, lignum, fœnum, stipulam, vniuscuiusq; opus, quale sit, dies dñi declarabit, si cuius opus arserit ipse detrimētum patietur: sed probabitur quasi per ignē. Tertios acervos agricolisq; optatissimos, cōficiūt

V 2 agri

Nota.

Genes. 33.

Lucæ. 8.

Galat. 4.

Rom. 7.

1. Corin. 7.

agricolæ post ventilatam & purgatam areã: in quò grana à paleis discriminantur & separantur: granis vero cūsta cōplentibus & æquabiliter sese diffundētib; nihil apparet in cumulo ipso inscissum, nihil hians aut eminēs, sed aceruus ipse æquabilis est te res atq; rotūdus; & quāquā inferiora grana in maiore circulū diffundātur, sursum affurgit cumulo astrictior & acuminator: ita vt turgescētis & grauidi vteri similitudinē teneat. Quæ omnia Ecclesiã iam perfectã & numerosa filiorū prole in altissimo gradu charitatis existentē representāt: quæ his aceruus magna cū voluptate perfruitur: quos ex aruis ipsis, in areã Ecclesiæ, multis laborib; & tribulationib; quasi carpentis atterendos trāstulit Ecclesia. Deinde afflatu Spiritu sancti ventilatos & purgatos, quasi aceruum quendã selectissimi tritici, cōstituitur in æternæ foelicitatis horrea transmūtandū. Vnde

Lucæ.3.

Lucæ.3. dixit Baptista de Ch̄o, quod in illi° manu esset ventilabrum, & quod emundabit aream suã, & bonos quidē quasi grana selectissima cōgregaturus esset in horrea: malos autem cōbusturus igne inextinguibili. Hunc aceruum ait sponsus vallatū esse lilijs. Lilia quæ hos aceruus tritici in vita præfenti circuncingunt, illi sunt qui custodiæ iustorum hominum sunt deputati, quales sunt angeli excubitores & custodes nostri: de quibus psal. canitur, Angelis suis Deus mādauit de te: & Apostol° ad Heb. 1. de illis ait, quod omnes sunt administratorij spiritus, missi ppter eos qui hereditatē capiūt salutis.

Lilijs

Lilijs autem cōparantur angeli, propter cādorē & mentis puritatem, aureis charitatis filis cōdecorati: & in resurrectione atq; ascensione, angeli in vestibus albis apparuisse leguntur. Lilia etiã quæ hūc tritici aceruū sapiunt, sunt præfides & duces Christianæ reip. quorum omnium princeps est Christ°, qui de se Cant.2. ait, Ego flos cāpi & lilium cōualium. Alterum lilium est Virgo illa Deipara, de qua sp̄sus Cant.2. ait, Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias: quæ totius humani generis vnicum est ac singulare per fugium. Hæc sequūtur duodecim illa lilia niue cādidiōra, hoc est, duodecim Apostoli: quibus accedūt Pau. & Barnabas Ecclesiæ patres & patroni præcipui, qui lilijs cōparātur: propter eximiam sapientiam, & virtutū omniū fragrantiam singularē, dicēte Pau. Ch̄i bonus odor sumus in omni loco. Cingitur quoq; Ecclesia atq; vallatur martyruū purpureis cuneis, virginū choris, & pœnitentium violis: quorū festi dies per anni circulum celebrantur. Quæ de vberibus sp̄s hoc loco dicuntur, sunt à nobis superi°. c.4. pro virili declarata: de collo etiã ac de illius munere, multa eodem. c.4. in medium protulimus. *Oculi tui sicut piscine in Efebō, quæ sunt in porta filia multitudinis.* De oculis sp̄s quoniã sæpius copiose egim°, hoc loco ea tantū adnotabimus, quæ ad huius similitudinis lucē cōducunt. Efebon vrbs fuit trans Iordanē, sita in regione amenissima & herbosa, quā Rubenitæ pascēdis gregib; dediti, ppter pascuorū vber-

Canti 2

ratē & cōmoditatē, sibi forte dari voluerunt: fuitq; ut ex hb. Nume. Iosue, Iudicium & psalmis cōstat, regia olim Seō regis Amorrhæorum: & quātum ex loci fecunditate & amēnitate estimare possumus, abū dabat ciuitas illa fontibus, stagnis & piscinis: neq; enim adduci possum in eorum sententiā, qui putant in Esebō nullas fuisse veras piscinas, quib⁹ modo sponse oculi cōparentur, sed tantū cōfictas & excogitatas fuisse à Salomone & spōso, ut in illis sponse sue oculos, ipsorumq; pulchritudinē adumbraret: quēadmodum Plato quandā cōfinxit ciuitatem in suis libris de repub. in qua perfectę reip. imaginē exprimeret: & Xenophō Socraticus, Cyri regis Persarū historiā cōscripsit, nō tam verā quā excogitatā, perfecti principis personā describens. Sed quēadmodum Esebon vera fuit ciuitas, ita credendum est veras in ea fuisse piscinas, aquis perfluentibus & dulcissimis exuberantes: ad quas illius numerosę ciuitatis homines frequētissime cōfluebant, ut & animum relaxarent, & vitreis illis aquis perpetuoq; decurrentibus, oculos oblectarēt: his piscinis cōparat spōsus spōse sue oculos. Oculos hoc loco antiqui patres, interpretantur diuinę scripturę oracula, Romanorum Pōtificū decreta, sanctiones cōciliorum, traditiones Apostolicas, quib⁹ quasi oculis vtimur ad fidei mysteria, difficilesque in fidei negotio quęstiones cognoscendas, & peruidendā viam certā & rectā bene beateq; viuēdi: dicente Dauid psal. 118. Lucerna pedibus meis

verbum

verbum tuū: & Lucę. 2. Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent ad dirigēdos pedes nostros in viā pacis. Scripturę autē oracula, & sanctorū patrum decreta & scripta, frequētissime in sacre scripturę fontib⁹, piscinis & fluminib⁹ assimilantur: sed melius oculi Ecclesię sacri doctores appellātur, quos spōsus cōparat piscinis ad denotandam oculorum magnitudinem: quos Hispanę vocamus (Ojos rasgados) splendorē ex oculis micantē, serenitatem, & stabilitatem in intuendo. Oculos præterea fontibus similes esse, vel inde constat, quod tenuis corona pupillā circundans & sphæra vitrea, humorq; circa hanc sphæram diffusus, fontium limpidorum similitudinem tenet. Quapropter nō mirum, si doctores (quos voces sacre scripturę, oculos Ecclesię vocāt) piscinis Esebō cōparētur, quæ aquā ex sublimiori loco decurrentē excipiant, eandemq; per canales copiose trāsfundunt. Tales sunt Ecclesię magistri, qui fluentia diuinę sapientiæ audivissime hauriunt, eamq; haustā in subditos, atq; auditores libētissime diffundunt: iuxta illud Salomonis, Inuocavi, & venit in me Spirit⁹ sapientiæ, quā sine fictione didici, & sine inuidia cōmunico, &c. Et clarius Prouer. 5. Bibe aquam de cisterna tua, & fluentia putei tui, deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Auget vero mysterium, quod piscinis nō qualibuscunq; sed illis quæ erant in Esebō, doctores cōparantur: fuit nāq; quod iā dixi, Esebō ciuitas florētissima regiaq; Seō regis Amorrhæorū:

Sapient. 7.

Prouer. 5.

Amorrhæorū:

Amorrhæorum: tales sunt Ecclesie doctores in Romana Ecclesia constituti, ad quã, duo illi oculi Ecclesie Petrus & Paulus, se ipsos contulere, qui illius florissimæ ciuitatis, in portis quasi duæ piscinæ limpidissimarum aquarum fuerunt: quæ in totum Chriani num populum copiose deriuatur. Quod si ad nominis significationem attendas, Efebon idem sonat quod cingulum meroris, denotatq; ciuitatem illã, quæ antea rerum erat omnium domina: potetia, armis, opibus, & honoribus iactabunda, voluptatibus inseruiens: ad doctrinã Petri & Pauli ita fuisse commutatã, vt in ipso statim vestibulo & porta Chriane religionis, vitã asperã, durã, merore plenã & poenitentia, profiteatur per baptismũ, ad quem confluent innumeri populi: atq; adeo dicuntur esse hæ piscinæ in porta filie multitudinis. *N. asus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.* Nõ Chriani modò, sed Hebræi etiã interpretes, nasum, præsentis carmine, nõ pro organo odoratus, quod nasum dicim⁹, sed figurate pro grauitate & maiestate vultus, accipiendũ esse existimãt. Animi namq; celsitudo & dignitas, in naso maxime solet elucere: vnde Persæ, nullũ ad regiã dignitatẽ admittebant nisi aquilino naso esset præditus: quod nasus ille, verè regiũ animũ præferret: & Virgilius generosum equũ depingit apertis esse naribus: imò Euãgelic⁹ vates Esa. 2. ait Cauete vobis ab homine, cui⁹ spiritus est in naribus eius: quoniã excelsus estimatus est ipse. Commendat igitur spõsus spõsæ suæ nasum, quod in tan

ta omnium partium concinnitate & elegantia, inest in vultu ipsius grauitas & maiestas cum modestia concinnitate, vt impudicis hominibus, & petulantibus adolescentibus, omnẽ adimat audendi aut turpe aliquid tentandi, potestatem & audaciã: quæ admodum turris, quæ erat aut in saltu Libani, aut in monte ipso Libano, Iudæis quidẽ munitissimum erat propugnaculũ, Syris aut Damascenis hostibus, qui Iudæis infestissimi erant, turris erat formidabilis, ad hostes ipsos longius profligandos. Quod si proprie nasus accipitur, similitudo accipienda est, nõ iuxta mensurã magnitudinis, sed solũ quod nasus nõ tuberibus plenus sit sed rectus: quæ admodum erat turris illa quæ respiciebat Damascũ. Melius tñ nasus hoc loco accipitur, pro recto iudicio Ecclesie & erga futura prouidentia: solemus enim homines recte iudicantes, emuncte naris appellare: contra vero rudes in iudicando, obese naris: vt ergo explicet spõsus, spõsã in iudicando de rebus fidei & ad mores publicos pertinentibus nõquã falli, ipsius nasum celebrat, quẽ merito assimilat turri Libani prospicienti Damascum, à longe q; prospicienti incurstantes hostes, vt eos à Palestina finibus longius repellat. Exacte vero representat hic nasus futurorum prouidentia, quæ in Catholica Ecclesia Romana, maxime laudatur: vt enim qui emuncto naso præditi sunt, ea quæ ab oculis sunt remota odoratu percipiunt: ita etiã Ecclesie antistes atq; doctores, insurgentes hereses à longe prospicientes, quasi clasicũ canentes, suos hortatur vt ad

uersus insidias hereticorum muniti sint & parati. Tales fuere olim Romani Pōt. in sede Apostolica veluti in alto Libani montis vertice constituti: qui hostes Ecclesię à lōgē prospicientes, eos, aut cōuocatis cōcilijs, aut scriptis libris, aut Apostolicis decretis, ab Ecclesię finib⁹ propulsarūt: vt Petr⁹ Apostol⁹ Simonē magū hāresum omniū fontē, & duabus epistolis viuaq; voce, omni studio profligauit: Clemēs Cherintū, Cornelius Nouatum, Syluester Arriū, Damafus Eunomiū, Innocētius Pelagiū, sacrorū Cōciliorū opera & autoritate fundit⁹ euerterunt. Nasus quoq; nō solum prudētię & prouidētię signum est, sed indignationis & vindictę symbolū: quod satis indicat illud Esa. 2. Cauete vobis ab homine cuius spiritus est in naribus eius. Sic in Ecclesia nō solum misericordia & clemētia debet esse fulgere, sed aduersus, sceleratos & improbos indignatio & vindicta: qualis est in prelatis ipsoq; Pōt. Max. aduersus hereticos & schismaticos: cū ppter similia crimina soleat Ecclesia reges ipsos & Cęsares mundi monarchas, & anathematis tremēdo fulmine ferire, & regno atq; imperio priuare. Est ergo nasus iste, instar turris altissimę & munitissimę, quę expectat cōtra Damascū. Agathius in cōmētarijs super hunc locum, exponit hoc de Ecclesia, in ipso statim principio cū duodecim Apostolorum, & septuaginta discipulorum cętū cōplectebatur: tunc enim quasi odorabatur & pręsentiebat ducta vaticinijs, futurū, vt ex Gentili populo multi ad Eccle-

siam

siam cōfluere: hoc vero odore incitata Damascū respiciebat: tunc inimicā urbē, sed breui ad Ch̄m cōuertendā: quę typum gerebat Gētilium, ex quibus Euāgelica Ecclesia erat cōuocanda & cōgreganda: tunc nāq; quāquā aduersus Damascū essent pugnaturi, vt idolorum cultum, voluptates, & philosophorū falsas sectas omnino subuerterent: sed postquā illa Ch̄i iugo & Euāgelio collū submitteret, multos erat fructus suauissimos & fragrantissimos Ch̄i Ecclesię productura. Et sicut Hyrā rex Tyri idolorum cultor, David fuit amicitia coniunctus, & Salomoni facultatem dedit vt in mōte Libano, qui ad illius ditionē pertinebat, turrim ædificaret: sic Ch̄o recēs nato, tres illi sapientissimi reges diuinos honores tulerūt, & quasi turrim & propugnaculū in gentilismo erigentes, spem futurę cōuersionis Gentilium dederunt. Quę vero in genere de naso dicta sunt, aptissime possunt senatui sanctorum patrum, quos Inquisitores vocāt, accomodari: vt enim nasus olfact⁹ organū est, quo lōge diffusa odoratur & pręsentimus, sic patres isti, fidei censores & custodes hereticorum, tetrum odorē, ac grauē & foetidā doctrinā, multo antea odorantur atq; pręsentunt: & quasi venatici quidā canes hoc odore ducti, inquirunt hereticorum insidias atq; versutias, & vulpeculas vineā dñi demolientes: easq; cōprehensas vlticib⁹ flāmis tradunt cōburendas. Qui elegāter assimilātur turri cōstructę in mōte Libano, qui & altitudine & multitudine ce-

*Nota p se
natu in qui
storum fi-
dei*

IN CANTICVM CANTICORVM

arorum, ceteris omnibus mōtib; illius regionis
 præstabat: oportet enim fidei iudices & excubito-
 res, in altissimo virtutū fastigio sitos esse. Et quem
 admodum cedri quæ in mōte Libano exuberabāt,
 incorruptibilitate, proceritate, & fragrantia insig-
 nes erant, ita oportet Inquisitores integris esse mo-
 ribus & incorruptis, rectos & virtutum odore fra-
 grātes. Libanus vero cāditationē sonat, quoniam
 totum studium horum patrū in hoc positum est, vt
 fidei cādor & puritas conseruetur & augeatur. Pro-
 spicit vero hæc turris contra Damascū, quæ faciū
 sanguinis sonat, quia omnium hæreticorū semina-
 rium, sunt carnis delitiæ, mūdi honores, & vitæ præ-
 sentis voluptates, quibus illi inseruiebant; ventris
 voluptatum & auræ popularis venalia mācipia. *Ca-
 put iū sicut Carmelus.* Hebræi & septuaginta legūt,
 Caput tuum super te sicut Carmel⁹: explicāt vero
 verba illa, Super te, spōsæ caput non esse intra hu-
 meros depressum, sed superpositum collo modice
 erecto, cādido & pulchro, plurimum facere ad de-
 corem Ecclesiæ & dignitatem. Si vero vt ratio po-
 stulat, vulgatā editionē sequamur, ipsa similitudo
 Carmeli montis, indicat sponsæ caput speciosum
 esse, & omni dignitate & maiestate præditū: Carme-
 lus enim inter ceteros montes terræ promissionis
 post Libanum, altitudine, vbertate & multarum re-
 rum copia eminebat: abundabat nāq; herbis viren-
 tibus, floribus, arboribus, fructibus, fontibus, ac flumi-
 nibus. Vnde Elias Thesbites, ad Carmelum contē-
 platurus

COMMENTARII. CAP. VII. 83

platurus frequentissime confugiebat: ibiq; gratif-
 simum suæ solitudinis domicilium collocauerat.
 Quamobrem patres qui viuendi rationem & in-
 stitutum Elię sequuntur, à Carmelo monte, Carme-
 litę nuncupantur: eratq; huius montis vbertas tā
 ta, vt Nabal cuius mētio fit. 1. Reg. 25. in hoc mon-
 te pascēdi gregis causa inhabitaret, & vbertate hu-
 ius montis fuerit maxime ditatus. Et ne in conge-
 rendis testimonijs tempus conterā, Esa. 35. vt Mes-
 siæ tempora felicissima illiusq; opes & gloriā no-
 bis describeret, ait, Gloria Libani data est ei, de-
 cor Carmeli & Saron: & Ierem. 2. pro summo bene-
 ficio Hebræę genti collato, enumerat in persona
 Dei, qui illis contulerit terram Carmeli, dicens, In-
 duxi vos in terram Carmeli vt comederetis fruct⁹
 illius. Vt ergo ad propositum redeamus duplex est
 Ecclesiæ caput, primarium vnum, nempe Chrs: vi-
 carium & visibile aliud, nempe Pōtifex Roman⁹:
 & quidem Chrs ratione humanę naturæ bene Car-
 melo assimilatur, qui post Libanū mōtem tenet in-
 ter cæteros principatum: sic Chri humana natura,
 si illius gratiā & dona supercælestia cōsideres, post
 diuinā tenet in omnib⁹ principatum: præstat enim
 gratia, charitate, scientia, sapientia, potestate & au-
 thoritate: quā theologi hac de causa appellāt hoc
 nomine excellentiæ. Et quemadmodū Carmelus,
 herbis virentibus, & multicoloribus floribus, per-
 petuo vernabat: ita in Chro virtutes semper virēt,
 vernāt in illo, & oculos alliciunt perpetuò cādida

1. Reg. 25

castitatis lilia, purpureę charitatis rosę, & aliarum virtutum violę, narcissus, hyacinthus, &c. Hęc Carmelū petūt omnes cōtemplationi dediti, vbi & diuinę naturę & humanę myſteria, magna cū voluptate & vtilitate cōtemplantur. In summa inuenies in hoc Carmelo amēnissimo, pascua vberissima: quibus Chřiani gregis oues pascātur & saginētur. Sūt in hoc Carmelo, perennes fontes & frigidi, quibus diuinę sapiētīę cōceptā visceribus sitim, valeam⁹ extinguere. Carmelus vero apud Hebręos, idem sonat quod scientia circuncisionis: quoniā Chřs redēptor nos̄ter, Ecclesię caput pulcherrimū, docuit verā atq; germanā circuncisionis rationē: & abrogata circuncisione carnis, incorporeā quandam & spiritualement circuncisionem sancit. Nam cū apud

Mat. 5. Mat. 5. docet Beatos esse pauperes spiritu, lugētes, mites, &c. docet affectus omnes rerum terrenarū, circuncidendos esse & refecandos: vnde Paul. de Euāgelicā doctrina ait, Viuus est sermo Dei & efficax, & pertingēs vsq; ad diuisionē cordis. Facta vero hac supercęlesti circuncisione, mox cōsequitur, vt sicut Carmel⁹ perpetuo vernat & viret, Chřiani homines virtutibus omnibus vernēt & vireāt perpetuō. Quod si de Romano Pont. Vicario Chři capite, loquamur: admonet sponsus, ipsum Romanū Pont. (proposita hac similitudine) oportere ceteros sapientia, virtutibus omnib⁹, omnes alios lōge superare: vnde Chřs Ioan. vlt. ter interrogat Petrū, vtrum charitate & amore erga ipsum ceteros superet?

Ioan. 21.

ret? Et quemadmodū Carmelus multas incolis vtilitates afferebat: ita oportet pręlatos, & maxime Pont. Romanos, totius Ecclesię cōmodis deseruire: ita vt dicere possint cū Pau. ad Rom. 9. Ego pro omnibus vobis, libenter impendar & superimpendar: quidquid ergo charitatis, virtutum, sapientię, & scientię extiterit in pręlatis, id totum ad cōmunem vtilitatem debet deriuari. Neq; vero superuacaneum est quod septuaginta trāstulere, Caput tuū superte: vt ostenderet quod Ecclesię capiti Pont. Max. summā debemus reuerentiā exhibere: vnde nō solum illi⁹ caput tiara cingitur & cōdecoratur, sed procumbētes, pedes illius exosculamur. *Coma capitis tui, sicut purpura regis iuncta canalibus.* Septuaginta legunt, Coma capitis tui sicut purpura. Rex ligatus in canalibus. Postquā laudauerat spōsas, dignitatem & maiestatem seu gratiam capitis spōsę, nunc quia ad capitis venustatē plurimum facit capillorū gratia, subiicit sponsus comę laudes dicēs, Coma capitis tui sicut purpura regis, iuncta seu vineta canalibus: hoc est, Pulcherrimum ὀ sponsa, oculisq; gratissimum habes caput puniceum: capilli nāq; tui subrubei sunt, & trabeā purpureā imitantē, nō qualēcunq;, sed regiā, nō vsu temporeq; detritā, sed recentem, & nouo cōchilij sanguine tinctam: quales illę sunt, quę adhuc existunt in tinctorum & purpurariorum canalibus: quo circa, memoria repetendum est illud quod c. 5. cū de spō si capillis fuit sermo, adnotauimus: quod apud Occidentales

Rom. 9.

tales

rales foeminas, capilli flau aurei; coloris, sunt in
 maximo precio: apud Paestinas vero, Syras, & to
 tius Orientis, nō probatur nisi nigri capilli aut sub
 rubei: quem colorem vt amplificet in coma spōsa,
 ait, Coma capitis tui quasi purpura regis. Quæ ve
 ro adijciuntur à septuaginta, Rex ligatus in canali
 bus, hunc sensum habet: quod cū capilli spōse, spe
 cie & colore maxime præsent, sponsum ipsum ca
 piunt & irretiunt, ita vt ardentem cupiat alligari ca
 nalibus & impluijs ipsi⁹ spōse, vt diutius valeat
 capillos intueri: quemadmodū fingunt poetæ Iouē
 per impluuium in gremiū Danaes illapsum fuisse.
 Vel potius sensus est quod capilli sponsæ soluti, &
 per humeros illius diffusi atq; volitantes, crispatis
 aquæ per canales decurrentis similitudinem præse
 ferant: quorū decore alligatur spōsus. Sed his præ
 termisis, ad sensum quē Salomō intēdebat prope
 remus. Caput Ecclesiæ, quod iam dixim⁹, Chrs est,
 aut in vita præsentī Pont. Max. hoc vero caput an
 tea Carmelo mōti cōparatum, non decaluatū est
 aut depillatum, sed multis densisq; capillis cōtectū
 & coopertū: Caluitium enim in sacra scriptura ma
 le audit: vnde 4. Reg. 2. petulantes pueri & ludibū
 di, obijciebant Eliseo caluitium, dicētes, Ascende
 calue, ascende calue: & Esa. 3. filiabus Sion tanquā
 maximū malum cōminatur caluitium: Erit ait, pro
 crispante crine caluitium. Contra vero cæsaries, &
 capillorum multitudo totum caput cingentium lau
 datur: vnde 2. Reg. 14. postquā singularē rarāq; Ab
 salonis

salonis pulchritudinē, historicus facer descripse
 rat, adiecit tantā fuisse capillorū multitudinem tan
 tūq; decorē, vt semel in anno tonderetur, quia gra
 uabat eum cæsaries, maximoq; precio venderetur
 capilli: & Leui. 13. Iudic. 13. & 16. Nazareū quorū ca
 put sacrosanctum erat, cæsariē habebāt ob longā,
 quia eorū capilli nunquā tondebantur. Et quidem
 nunc cōparat capillos spōse, purpuræ regiæ existen
 ti in canalibus, nō lanæ albæ & mūde, quales depin
 guntur capilli Dei, Dani. 7. & Apoc. 1. ibi enim co
 gitationes illę describuntur, quæ cōueniunt Chro
 ratione diuinitatis, hi candidissimi sunt propter di
 uinæ naturę cādorem & puritatē, hic vero cū caput
 Ecclesiæ Chrs sit, ratione humanitatis, dicuntur ca
 pilli ipsius esse subrubei, purpurāq; imitari: nā ab
 ipso momēto, quo Verbū suscepit humanā naturā
 ex castissimis Deiparę visceribus, impositū est illi
 præceptum moriendi, cui Chrs libentissime obtē
 perauit: vnde Ioā. 14. aiebat, Mādaturū accipi à pa
 tre meo, & coarctor donec adimpleā illud: & Ioā. 3.
 Sicut Moses exaltauit serpentē in deserto, ita oportet
 exaltari filium hominis: & quod maius est, cū in
 transfiguratione, tātillum glorię & voluptatis cor
 poris esset impartitus, ibi cū Moyse & Elia loque
 batur, de excessu quem cōpleturus erat in Hierusa
 lem. Capilli ergo, hoc est, cogitationes, desideria,
 vota & actiones sponsi, omnes in mortē & sangui
 nem referebātur: Matt. 20. de hoc loquebatur cū
 discipulis: & Ioā. 13. cū surgit à cœna lintheo præcin
 gitur,

Leuit. 13.
Iudic. 13.

Dani. 7.

Ioann. 14.

Ioann. 13.

gitur, effundit aquã in peluim, & procubens lauat
 lutulêtos pedes discipulorũ, passionẽ & crucẽ me
 ditatur, per quã sordes nostrorũ criminũ erat ablu
 tur: & in cœna offerẽs incruentũ illud sacrificiũ, me
 moriã cruẽti sacrificij reficabat: ipsam quoq; Eu
 charistię sacramẽtũ est iuge passionis & crucis mo
 numentũ: vnde Pau. 1. Cor. 11. ait, Quotiescũq; mã
 ducabitis, &c. Imo baptismi sacramẽtũ, teste Pau.
 ad Rom. 6. quãdã imitatio est & reprẽsentatio Chri
 mortis, sepulturæ & resurrectionis. Quod si de Ro
 mano Pont. cæterisq; Ecclesiæ pastorib; præsens
 locus exponatur, sensus est, quod horũ cõsilia, viuẽ
 di instituta atq; actiones, debẽt Chrm crucifixum
 imitari: Chrs nanq;, dum nostrã naturã induit, re
 giam purpurã vestisse censetur: quæ ex tenuissimis
 lanis conchilij sanguine tinctis, opera Spiritus san
 cti intra Virgineum vterum cõtexta est: huic vero
 purpuræ vt assimilentur, necessarium est Romani
 Pont. aliorumq; prælatorum actiones & studia: ita
 vt Chrm crucifixum prædicent & moribus repræ
 sentent, dicereq; cũ Pau. 2. ad Corin. 4. possint, Sẽ
 per mortificationem dñi nr̃i Iesu Chri in corpore
 nr̃o circũferentes, vt vita Iesu, &c. Quod si legam;
 cum septuaginta, Rex ligatus in canalibus, sensus
 videtur difficilis. Rabbi Salomon exponit hoc de
 Nazareis, in quorum capitibus erant quædam inte
 gumenta, quorum plicaturis alligatum erat nomẽ
 Dei: sed friuola mihi videtur hæc expositio. Alius
 Rabbin; ait, per Regem intelligendũ esse Mesiã,

qui

qui in canalib;, hoc est, in magna tribulatione sub
 uersionis Hierosolymitanę, alligatus fuit per Titũ
 & Vespasianũ, atq; ideo hucusq; nunquã apparuit.
 Ridicula nugamenta Iudæorum, quod Mesiã hu
 mani generis instaurator, cũ primũ apparuerit fue
 rit ligatus, & per mille & quingentos annos iterum
 nõ apparuerit. Germana intelligentia huius carmi
 nis est, quod Christus rex noster, affixus cruci per
 quinque vulnera, quasi per quinque canales sanguinẽ
 effudit, quo Ecclesiam sponsam charissimã ab om
 ni peccati labe mũdaret: sed quotiescũq; homines
 de hac passione & morte cogitant, ipse interest his
 cogitationibus, & colloquijs & actionibus: quia
 qui adheret Deo, vnus spiritus est cum eo. *Quã pul
 chra & quã decora es, charissima in delitijs! statura tua
 assimilata est palmę, & vbera tua botris.* Posteaquam
 sponsus, sponsę eximiã pulchritudinem, per singu
 la membra discurrens, a pedis vestigio vsq; ad ver
 ticẽ capitis conscenderat, nunc pulchro epiphon
 emate quæ per partes dixerat comprehendit, di
 cens, *Quã pulchra es charissima! &c.* Non sine ad
 mirationis nota, quæ ad rem amplificandam pluri
 mum habet põderis: singula enim verba emphasin
 habent, & in quasdam emicant scintillas significatri
 ces amoris immensi. Nã quod admirabundus ait,
Quã pulchra, significant in sponsa admirabilem ef
 se cõcentum omnium partium, cum coloris suau
 itate, *Quã decora,* explicat, in motu, gestu, habitu
 & actionibus, omnia esse diuina quadã suauitate &

Y 2

quasi

German;
sensus.

1. Cor. 11

Rom. 6.

2. Corin. 4

Rabbi Sa
lomon.

Rabbinus

quasi sale condita. Quod vero ait charissima, ostēdit, sponsam omnium rerum quæ in terra cōtinentur siue in cœlo, charissimam esse Ecclesiam: quā tanto amore prosequitur sponsus, vt in illa omnem suam lætitiā, voluptatem & delicias collocauerit: & vt nihil desit ad perfectissimū formæ decorem, adiecit, Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris: hoc est, sponsam nō esse breui aut pusilla statura, aut incurua, sed recta & procera, instar vetericis palmæ: quæ etiam superiecto pondere semper assurgit. Vbera vero vtrunq; pectoris lat⁹ exornantia, cōparat botris vitium, quæ in Palæstina maritantur palmis, sicut in Italia vlmis adiūguntur, vel vt Genebrardus vertit, botris ipsarum palmarum. Tanto pulchrior sponsa, quanto sponsi sui imaginem magis ad viuum expresserit: atque ita hoc. c. 7 & 8. nō qualiscunq; virtutis & charitatis grad⁹ nobis describitur, sed altissimus & heroicus, qui que Christum ipsum virtutum omnium exemplar, maxime exprimat: est enim Christus non solum exemplar iustitiæ & charitatis Christianæ, sed etiam effector: & qui alligatus per amorem, iustorū animis eos in seipsum transferat & ad diuinum ordinē extollat. Nunc vero fontem horum omnium bonorū nobis digito monstrans, ait, Quā pulchra & quā decora es! &c. Cū enim sponsam charissimam nominat, ostendit radicem & fontem totius charitatis & pulchritudinis sponsæ: vnde apud Ioan. 3. ait Chrs, Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum

COMMENTARII. CAP. VII. 87
tum daret: & ad Ephes. 5. Chrs dilexit Ecclesiā, & tradidit semetipsam pro ea. Quod vero non solum charam, spōsam, sororem, columbā, vt antea nominat, sed charissimā: explicat, spōsam omnium quæ cęlo terraq; cōtinentur esse charissimā: vt vero hui⁹ amoris immēsi, magnitudinem & vim magis declararet, dixit, Charissimā in delitijs: alludens ad verba quæ dā, quæ ipsa diuina sapiētia filius Dei, Prouer. 8. de humano genere & de Ecclesia sua dixerat, Delectabar coram patre omni tēpore, & delitię meæ esse cū filijs hominum: quasi diceret, Quāquā ego qui imago sum ex patris substantia proueniēs, mei patris delitiæ sim, meæ tñ delitiæ homines sūt: quibus cū esse & cōuersari vehementer cupio: & quāquā in humana natura mihi esuriendū sit, sitiendū, algendum, sudandū & laborandū, tñ pro hominib⁹ hos labores & cruciatus sustinere, gratissimum est & maxime delitiæ: cui ardentissimo amori vt responderēt, Apostoli, Euāgelistę, martyres & virgines, ad mortē maximo cū gaudio festinabāt. *Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris.* Palma inter arbores principem locū tenet, & quia fructus profert suauissimos, & multis etiā alijs dotibus præstat: nam quāquā trunci cortex, rugis & scabro quodā colore deformis sit, partes tñ superne quæ fructibus propinque sunt, multo sunt pulchriores, nitidiores, & corporea etiā molle & robore præditæ: qua in re à cęteris arboribus differt, quæ in trunco robustiores sunt, in altū vero surgentes attenuantur.

Prouer. 8

Palma descriptio

tur. Est præterea palmæ materies incorrupta, & pro
pmodū senij infcia: & cū nodosos per singulos mē
ses ramusculos proferat, nouis superinductis, vete
res non exuit: cū tñ oliua, myrtus, & aliæ arbores
quæ frondibus perpetuo virētibus vestiuntur, ve
teres surculos nouis superuenientibus excutiāt. Et
vt Arist. obseruauit, eundēq; secutus Plutarch^o. 8.
cōuiuio adnotauit: palma ponderi nunquā succum
bit, sed cōtra nititur & recuruatur, surfūq; assurgit.
Sunt præterea inter palmas, quædā masculæ, quæ
dam fœmineæ: masculæ, ramos protendunt quasi
ad amplexus fœmineæ palmæ: fœmineæ vero incli
nant sese vt mascularū illapsū virtutēq; suscipiāt:
vnde Iouianus Pōtanus refert, sese vidisse duas pal
mas, vnā Brundusij masculinā, aliā Hidruntij fœmi
neam, quæ quādiu in ea erat statura, vt masculinā
intueri nō valeret, sterilis fuit nullosq; fructus pro
tulit: cū vero ad eam staturam peruenit, vt aliā in
tueri valeret, cōfestim fuit fecūdissima: in quibus
omnib^o, Spiritus sanctus Ecclesiæ Ch̄ianæ dotes
pulchritudinemq; nobis describit: quasi in breui
quadā tabella. Nā vt à fructu, dicendi initiū capia
mus, Ch̄iana respub. inter cæteras fruct^o gratissi
mos profert: soli enim Ch̄iani suauis actione offi
ciorum, fructus habent saluberrimos, nō solū in fu
tura vita beatitudinē, sed etiā in præseti duodecim
illos Spiritus sancti fructus: quos Pau. recenset ad
Galat. 5. quosq; fert arbor illa vitalis, cuius fit men
tio Apoc. vlt. quod proferat fructus duodecim: sin
gulos,

Galat. 5.

gulos, per singulos menses. Cuius fructus meminit
Salomō Prouer. 3. dicēs, Beatus vir qui inuenit sa
pientiam, primi & purissimi fructus illius. Cū tñ
aliarū sectarum homines, non nisi acerbos & mor
tiferos fructus ferant: iuxta illud Paul. ad Rom. 6.
Quē fructum tunc habuistis, in illis in quibus nunc
erubescitis? & ad Rom. 2. Tribulatio & angustia, in
omnē animā hominis operātis malū: & Prouer. 1.
Fructus viarum suarum impij comedēt, & cōsilijs
suis saturabuntur. Et pars illa palmæ quæ trunco &
terræ proxima est, scabra est & rugosa (vt dicebā)
quod significat incipiētes in Ecclesia, qui vix à ter
ra seipsos extulerunt, & adhuc cū terrenis affecti
bus & desiderijs colluctātur: scabros esse rugisq;
plenos, quoniā initia virtutū difficillima sunt & ar
dua: suntq; in incipientibus antiqua quædā pecca
torū vestigia & rugæ, sed cū Deo per gratiā & cha
ritatem sint reconciliati, intus latent gratia & cha
ritas: quæ natura sua sunt incorruptæ & senij nesciæ,
& in quibus est semen vitæ æternæ. Superne in pal
ma partes robustiores sunt & firmiores, quoniā vir
iustus quāquā circa terrena & sensibilia non admo
dū sit sollicitus, circa diuina tñ & supercælestia vi
gilātissimus est: iuxta illud Pau. 2. ad Corin. 4. Cō
templātibus nobis nō quæ vidētur, sed quæ non vi
dentur: quæ enim vidētur, temporalia sunt, quæ nō
videntur, æterna. Quod vero nouis germinātibus
surculis, veteres cōseruat palma, indicat in Ch̄ia
na repub. virtutes antiquiores quales sūt morales,
humana

Prouer. 3.

Rom. 6

Rom. 2

2 Corin. 4

humana nostra industria & labore partæ, per superuenientes virtutes diuinas, quales sunt fides, spes, charitas, non spoliari, sed potius conseruari, augei & perfici. Quod vero maiori laude dignum est in palma, & vnde illa habet quod sit symbolum victorie & triumphii, illud est: quod pōderi nō cedit, sed nititur semper sursum assurgere: qua in re significatur iustorum cōstantia, patientia & perseuerantia, quæ sola coronatur. Quas virtutes Christianorū genuinas, describens Pau. 2. ad Corin. 4. ait, In omnibus tribulationem patimur, sed nō derelinquimur: aporiamur, sed non destituimur: humiliamur, sed nō cōfundimur: deijcitur, sed nō deficimus. Et ut constat, iustum instar palmæ semper ad sublimia tēdere, adiecit: licet is qui foris est homo noster corrūpatur, tñ is qui intus est, renouatur de die in diē: & c. 5. Scimus quoniā si domus hæc terrena habitationis nostræ dissoluatur, habemus domū nō manufactā, sed æternā in cœlis. Postremo, quæ admodum in palma duplex est sexus, masculus & foemineus, foeminaq; , foecunditatē vimq; germinandi à masculina palma mendicata: ita Ecclesia Chřiana, omnem virtutē merendi vimq; fructificandi, à Chřo sponso mēdicat: iuxta illud Ioā. 15. Sicut palmes nō potest ferre fructū, & c. Inde nascuntur ardētissima illa desideria spōsæ, erga sponsum: quæ explicantur per verba illa, Osculetur me osculo oris sui, & quis det te mihi fratrem meum, & c. *Et vbera tua botris.* Ecclesia quæ morum rectitudine, & virtutū omniū

dēcore palmā imitatur, habet etiā vbera & lacte & vino plena: quapropter ait, spōsæ vbera similia esse botris. Quod si, ut Genebrardus & alij ex Hebræo transferūt, de palmarū botris & racemis sermo sit, sensus est: vbera spōsæ exhibere suis filiis suauissimū liquorē, succo dactilorū per similem. Sed meli⁹ hæc cōparatio, de botris nō palmarum, sed vitium intelligēda est: nā in Palæstina vites palmis maritātur, ex quarū palmitib⁹ pēdēt racemi gustui suauissimi. Ecclesiæ igitur doctores botris comparātur, quoniā quanquā paruulis ac teneriorib⁹, qui altioris sapientiæ capaces nō sunt, lac præbeāt doctrinæ facilioris: prouectiorib⁹ tñ, & illis qui iā in fastigio sapientiæ sunt cōstituti, propināt vinū, quo ticscūq; maxima quæq; mysteria & sacramenta, in quibus diuini amoris immēsititas effulget, illis declarant: tūc enim vinū illis dicitur exhiberi, primū, quoniā doctrina illa in principio vires instaurat, interniq; hominis facultatem & spiritus viuificos auget: deinde frigiditatē animi repellit, & cor ipsum incredibili quadā lætitia perfundit atq; exhilarat. Quod si magis magisq; huius diuini meri hauserit, tūc vinū in caput ascendit, hoc est, in mentē supremāq; rationis vim, quā totam occupat, regit & moderatur, ita ut sensus hominis vitæ præsentis ligati sunt, extasin enim patitur amoris diuini, & dulcissimo quodam somno quiescit: sicut Noe Genes. 8. nudus iacebat in tabernaculo suo. Inde martyres, Apostoli, & viri sancti, vitæ præsentis iniurias minime sentiebāt. Be-

nè ergo Ecclesiæ vbera botris cōparantur: Christ⁹ enim vitis est vera, Ecclesię quasi palmę maritata, cui insiti sunt palmites, nempe iusti: inter hos vero palmites principem locū tenēt doctores, qui vbera dicūtur Ecclesię, & palmitū racemis assimilātur: quorū musto & vino instaurantur vires, spiritus diuini augētur, animus inflāmatur, & tandē mens ipsa inebriatur & in Christum conuertitur.

Dixi, ascendam in palmā, & apprehendā fructus eius. Hebręi legunt, Apprehendā ramos eius. Cōplutenfis, iuxta ęditionem septuaginta, vertit, Apprehendā cacumina eius. Aquila interpretatur, Apprehendam elatas eius. Sed harum omniū ęditionū vnus est sensus, vt suo loco mōstrabimus. Et quidem de persona quę loquitur, varię sunt interpretum sententię: nā auctore Genebrardo, Rabbinus quidam, putant sermonē hunc esse puellarū Sioniarū: quę audientes spōsum tot p̄conijs spōsę pulchritudinē extollentē, ipsę quoq; intuentes spōsę formā & singularem decorem, captę eximia sponsę venustate, aiunt, Dixi, ascendā in palmā, &c. More feminarū loquuntur, quę cū alterius fœminę speciē & gratiā amplificare volunt, dicere solent: se quoq; ipsas, rara illa venustate captas, ita animatas fuisse, vt apud se dixerint: quod si liceret, palmā illā quā sponsus describebat cupidæ ascenderent, ramos apprehederent, & decerperent fructus: hoc est, amplecteretur brachia, manus tenerent, ex illiusq; ore oscula carperēt & fructus suauissimos quouis vino & po-

Rabbino-
rū cuius
dā recen-
tioris expo-
sitiō.

mis odoratiores: exprimūt vero in hoc affectu (vt idem Genebrardus interpretatur) personam eorū qui cū cernerent nascentis Ecclesię p̄stantiā, ordinem & religionem, & virtutū omnium celsitudinem, vehementer optabāt in Ecclesiā Euangelicā coaptari, ad sublimiores illius pulcherrimę palmæ ramos cōscendere, saluberrimosq; & dulcissimos illius fructus colligere, pendere ad Chriane Ecclesię vbera & ex ore Apostolorū spiritū quouis vino & malis citrijs suauiorē haurire. Quę expositio, & si prima facie pulchra esse videatur, mihi tamē vel hoc nō displicet quod chorus puellarū spōsam comitantium, aut chorus sodalium spōsi, cū loquitur, non introducitur loquens in singulari numero, sed plurali, vt facile constat ex locis multis huius libri, certe illud verbum, dixi, nō multorum est, sed vni⁹: quare sermo hic vni nō plurib⁹ debet accōmodari

Genebrardus

Refellitur
illa exposi-
tio.

Secūda igitur sentētia est Gręcorum patrū, Athanasii, Niseni, Theodoretī, Nili & Maximi: asserentiū verba hęc esse spōsę respōdentis sponso, qui eius staturam palmę similē esse dixerat, & vbera botris cōparauerat. Inquit illa, Decreui spōsę charissime in te verā palmā ascendere: ramos huius altissimę palmę apprehendere, & suauissimos fruct⁹ magna cū voluptate percipere. Sed vt hęc spōsę verba melius intelligamus, animaduertendū est: quod cū sponsus spōsę suę staturam, palmæ comparat, significat: quod quęadmodū palma cæteras arbores facile vincit, nō solum propter fructuum, hoc est, da-

Secūda sen-
tentiā: Grę-
corū patrū

Atlorum prestantiam, sed maximè quia nulli pòde
 ri succubens vincitur: ita sponsa, omnes fœminas
 pulchritudine superat: superat vero, quia ipsū pri-
 mariam palmam omniumq; hominū & angelorum
 principē, imitatur: vt enim palma victorię est hie-
 roglyphicum propter suam excellentiam & natiuā
 fortitudinem: sic Christus verę victorię exēplar
 est: vnde Dauid plures psalmos olim victori nuncu-
 pauit: & Apoc. 5. Leo de tribu Iuda victor appella-
 tur, cui vni, propter clarissimā victoriam & eximiā
 fortitudinem, septem signacula ob signati libri dis-
 soluere conceditur: & cui propter eādem victoriā
 viginti quatuor seniores, sancta animalia, innume-
 rabilesq; angelorum cunei, & cęlicolarū omnium
 chorus, letum encomium canunt dicentes, Dignus
 es dñe accipere librum, & aperire signacula eius:
 quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in san-
 guine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & na-
 tione, & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdo-
 tes: & regnabimus super terram. Et hæc quidē vi-
 ginti quatuor seniores, agno victori canebant: qui
 bus cōsentientes & concinentes angelorum & san-
 ctorum myriades, aiebant, Dignus est Agnus qui
 occisus est, accipere virtutem, & diuinitatē, & sa-
 pientiam, & fortitudinem, & gloriā, & honorem,
 & benedi&ionem. Sed quid moror? Apoc. 19. vi-
 det magn⁹ ille theologus Ioannes, coelū apertū,
 & Christum candido equo insidentem, nō vno, sed
 multiplici diademate insignitum, quasi authorem
 omnium

omnium qui de mundo, carne & dæmone victoriā
 referunt: qui triumphat, in Apostolis, in martyrib⁹
 vincit, lasciuientis carnis impetum reprimat, in vir-
 ginibus coërcet, in cōfessoribus & in omnib⁹, per-
 seuerantiā (quæ sola coronabitur). causa est & effe-
 ctor. Hanc igitur palmā, sponsa mente & cogitatio-
 ne complectēs, illamq; summo studio imitari & ex-
 primere contendens, ait, Dixi, ascendam in palmā
 & apprehendā cacumina eius: siue, vt vulgata edi-
 tio habet, fructus eius: hoc est, decreui & firmo p-
 posito apud me constitui, non in infimo aut medio-
 cri virtutum & meritorum gradu consistere, sed ad
 altioris sanctitatis apicem aspirare: te sponse mi, re-
 ctam, sublimem, incorruptā & perpetuò virentem
 palmam imitari: ad maiora cōscendere, tuā patienti-
 am & in aduersis rebus cōstantiam cōplecti, & to-
 tis viribus quandiu vixero cōseruare. Cui sensui
 plurimum fauet interpretatio ex Hebręo, Dixi, af-
 scendam in hanc palmam: vbi quasi digito videtur
 sponsum demonstrare. Hoc verò propositū & decre-
 tum sponsæ, animo retinebat Paul. ad Philip. 3. cū
 aiebat, Fratres, ego me nō arbitror cōprehēdisse:
 vnum autem quæ quidem retro sunt obliuiscens,
 ad ea vero quæ sunt priora extendens me ipsum, ad
 destinatū persequor, ad brauiū superne vocatio-
 nis. Quod si cum Aquila legimus, Apprehendam
 elatas eius: significat sponsa, vt Theodoretus hoc
 loco animaduertit, maximum emolumentū, quod
 reportat, ex eo quod in Christū palmam ascendit,

Philip. 3.

Aquila

elate nanq; vt iam superius ex Plinio alijsq; authoribus ostendimus, sunt in tegumenta quædam & in uolucra, quibus florentis & fructificantis palmæ teneri fructus cõtinentur: vel est lanugo quæ dâ palmæ masculæ, quæ insperfa & adiuncta foemineæ palmæ, vim illi fructificandi impartitur. Inquit ergo spõsa, sese ascensuram in palmã, apprehensuramq; illi elatas, hoc est, Chri vim & energiam, genialemq; fructificandi virtutem: qua fructus vberes & salutiferos sanctarum actionum possit proferre. Latinorum tñ patrum iudicio, quibus Rabbini qui dâ astipulantur, verba hæc, Dixi, ascendã in palmã, &c. nõ puellarum sunt neq; sponsæ, sed sponsi prosequentiis id quod dixerat, Statura tua assimolata est palmæ, &c. quasi dicat: tam mihi aspectu iocunda es forma tua & statura, sponsa charissima, vt illa supra modũ captus, decreuerim ad huius pulcherrimæ palmæ sublimiores ramos, vbi pulchriores & maturiores fructus existunt, ascendere, optatosq; illos dactilos studiosè carpere, illis magna cũ voluptate vesci, & palato meo pro voto satisfacere. Cũ vero staturã, vbera, ceterasq; spõsæ partes prædicat spõsus, nihil debemus (vt sæpius dixi) corporeum, & quod crassum amorem sapiat mente & cogitatione concipere, sed inuisibilem sanctumq; decorẽ, amorẽ spõsi & spõsæ purissimum, casta desideria, dulces spiritus diuini delicias, fructus celestium virtutum dulcissimos, quibus spõsus & spõsa maxime delectantur. Ascendere autem in palmã dicitur Chrs, qui author

est

est & propagator bonorum omnium, cũ iustos promouet & prouehit ad fastigiũ Euãgelicæ iustitiæ.

Sunt tñ quidã interpretes, qui hæc verba spõsi explicat, de ascẽsu Chri in crucẽ: quã iure optimo humani generis palmã, hoc est, victoriã atq; triũphũ esse dixeris. Eam cõscendens Chrs, nobis quidem incõparabiles illos celestium bonorum fructus apprehendit & cõtulit: sibi vero æternã diuini nominis maiestã, honorem & gloriã cõciliauit, dicente Pau. ad Phil. 2. Humiliauit semetipsum Chrs, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autẽ crucis: propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua, cõfiteatur quod dñs Iesus in gloria est Dei patris: & Esa. 53. Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur, & iustificabit ipse iustus, seruos meos multos: videbit semen lõgeuũ, & voluntas dñi in manu eius dirigetur: ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia. Et quidem cũ aiebat, Desiderio desiderauit hoc pascha mãducare vobiscum antequã patiar, & Baptismo habeo baptizari & coarctor, donec adimpleã, &c. et Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum: idem est ac si diceret, ascendam in palmã, & apprehendam fructus eius. Ascendere quoq; in palmã dicitur, cũ iusti homines illius ductu præsidio & fauore, Chro crucifixo cõfiguratur, fructusq; illos crucis apprehendunt: quos

recensuit

Ascendit in palmã cũ iustos iusticia perficit.

Nota.

*I asinũ
palmã sicut
Ius*

Nota.

recensuit Pau. ad Gal. 5. dicens, Fructus spiritus sunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas: & ut agnoscamus, fructus hos in cruce reperiri, subiungit: Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitibus & concupiscentibus. In his ergo sicut vivit & loquitur Christus: ita victricem crucis arborem ascendit, & salutiferos crucis fructus percipit. *Et erunt verba tua sicut botri vinee, & odor oris tui sicut odor malorum.* Quidam codices legunt, odores tui. Hebraei, interprete Genebrardo, legunt, Et sint quasi verba tua, tanquam botri vitis: & odor naris tuae, tanquam poma. Complutensis, editioni septuaginta, respondens, vertit, Et erunt quidem verba tua, sicut botri vinee: & odor naris tuae, sicut mala. Sensus (meo iudicio) harum omnium editionum unus est: nam si ut Graeci patres aiunt, sponsa loquitur, idem est ac si dicat, Cum ego in te veram palmam ascendero, fructusque huius victricis palmae apprehendero, tunc verba tua, erunt sicut botri vineae, & odor oris tui, erit sicut odor pomorum: tunc enim experiar, nihil esse potentius aut efficacius ad inflammandum animum diuina charitate, quam sint verba tua: verba inquam, diuinae misericordiae & iustitiae, quibus pascis ascendentes in crucem, & tuam passionem amanter & deuote contemplantes: instar enim botri vinearum effundent diuini amoris vinum suauissimum, quo hausto incalescunt, exhilarantur, ardent, inebriantur & transmentantur, dicentes cum Pau. ad Rom. 8. Si Deus pro nobis, quis

contra

contra nos? qui unigenito filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non omnia nobis cum illo donabit? Et haec quidem voluntas, ex amplexu verborum proueniet. Cum vero ad osculum oris assurgam, & verba tua in cruce pendentis, quasi spiritum oris haurire tentabo, tunc experiar, quod erit odor oris tui sicut odor pomorum: verba enim illa, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: & illa ad matrem, Mulier ecce filius tuus, &c. et ad latronem, Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso: & ad patrem, In manus tuas domine commendo spiritum meum: & postrema illa, Confusum est: quid aliud spirant nisi odorem gratissimum, ex infinite charitatis, clementiae, & misericordiae visceribus prouenientem? quo Pater aeternus humano generi reconciliatus est, & nos eiusdem odoris suauitate incitati, clamamus cum sponsa & dicimus, Trahe nos post te, curremus in odorem unguentorum tuorum: & ingenuè fatemur, quod odor oris illius, sit sicut odor pomorum: quasi dicat, Talis est odor Christi in cruce loquentis, quales sunt fructus, quos nobis in cruce & per crucem protulit: nimirum quos iusti degustantes, dicunt cum Paulo, Christi bonus odor sumus in omni loco. Per verba etiam sponsa si (ut superius diximus) intelliguntur doctores & concionatores, episcopi & pastores Ecclesiae, qui in contemplatione Christi crucifixi, dum eum Christiano populo pro nobis in cruce oblatum proponunt, efficiuntur similes botro vinee: pleni zelo atque spiritu diuini

a ni

ni amoris, peccati frigiditatem à cordib⁹ fidelium diligenter pellentes, eosq; ad virtutū studium & diuinę legis obseruationem vehementer inflāmant: idem est ergo dicere, erunt vbera tua sicut botri vineę, ac si dicat: qui crucē ascendunt, & qui fruct⁹ viuificę crucis apprehendunt, illi doctorū & pastorū munere strenuē perfunguntur, nā nō frigidā, infructiferā & inefficacē mundanę philosophiæ doctrinā, suis subditis proponūt, sed viuidā, saluberrimā & efficacissimā crucis: quā Pau. i. ad Corin. i. Dei virtutē & Dei sapientiā appellat: quapropter merito cōparantur hęc vbera botris vineę. *Et odor oris tui sicut odor pomorū.* Cōtra lasciuientis carnis & voluptatum corporearum graue olentiam, presentissimum remedium est diuini verbi prædicatio: maxime, cū doctores & concionatores niueo castitatis cādore nitent & præstant: hac enim castitate, culta semper est & prædita diuina sapientia, iuxta illud Iacobi. i. Sapiētia quæ de cœlo est, primū quidem pudica est: vnde Paul. aiebat, Castigo corpus meū, & in seruitutem redigo, ne cū alijs prædicauero, ipse reprob⁹ efficiar, &c. Est igitur doctor & cōcionator, sicut interpret diuinę legis & volūtatis, sic etiā os & lingua diuini numinis: dicente Ieremia, Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meū eris: & cū Prophetæ loquerentur, aiebāt, Os dñi locutum est. Qui igitur in Chri crucifixi meditatione cōquiescūt, & fructib⁹ illius vescuntur & saginātur, sacrosancto Chri corpore refecti, illi gratissimum

2. Corin. i.

Iacobi. i.

Ierem. i.

num odorem effundūt, diciq; de illis potest, quod erit odor oris eorum sicut odor pomorum. Quod si sponsus loquitur, sensus est: cū me tibi fauēte, & in te per virtutum incrementa ascendente, ad altiore gradum charitatis ramos tuos apprehēdero, tibiq; instar masculinæ palmæ virtutē fructificādi & promerendi cōtulerō: tunc erūt vbera tua nō solum lacte distenta & plena, quo paruuli pascantur & nutriantur, sed quasi botri vineę, ardentissimæ charitatis vino exuberātes: perfectioris sapientiæ pocula suis subditis copiosē propinabūt, vt ad sublimioris sapientiæ mysteria, mēte & affectu cōscendant, & à vino, & fortitudinem, & libertatē, & lætitiā, & innumeras alias cōmoditates cōsequantur. Et ne quidpiam desit, quod in Chriano populo ad bene beatęq; viuendum cōducat, ego, inquit spōsus, cū Ecclesiā meam, palmā perpetuo virentē & inter tot bella semper victricem ascēdero, tūc erit odor oris illi⁹ sicut odor pomorum: nā ex meo amplexu & osculo, delibabūt ministri Ecclesię spiritum suauissimum & fragrantissimum, quo fidelis populus, ad amplectendā religionem & virtutē vehementer incitatus, maxima indies honestarū actio num & meritorum incrementa suscipiat. Quod vero Hebræi legunt, Et sint quęso vbera tua tanquam botri vitis, &c. nostro instituto & intelligentiæ nō dissonat: sed solū ea dicendi phrasi, significat sponsus nostri arbitrij libertatē: obsecratio nanq; illa indicat, quod ita illabitur spōsus suo auxilio efficaci,

Nota

cordi, visceribus & totis viribus sponsæ, vt impulsus ille, non violentus sit, sed suauissimus & spontaneus: ita vt opera spõsæ voluntaria sint & perfecte libera: quæ libertas, plurimum facit ad operum atque meritorum celsitudinem & dignitatem. Quod nos legimus, oris, Hebræi legunt, naris, quoniã tã ore quã narib⁹ spiritum effundim⁹: & doctores, vt diximus, & ex hoc libro satis constat, per os & per narium plerunq; significantur: atq; ita, illi in quibus Chrs loquitur, viuit & spirat, nõ possunt nõ effundere spiritum Chri diuinum quibusuis pomis odoratiorem. *Guttur tuum, sicut vinũ optimũ, dignum dilecto meo ad potandũ. labijsq; & dentibus illius, ad ruminandum.* Recentiores quidã sequuti Hebræos interpretes, tribuunt sermonem hunc, choro puellarum applaudentium spõso, cõmendanti & celebranti sponsæ pulchritudinem. Guttur vero illi⁹, dicunt esse suauissimum, & simile vino generoso: significãtes, suauitatẽ orationis sponsæ tantam esse, vt quẽ admodum vinum generosum, leniter & suauiter in stomachum descẽdit primum, sed postea in caput potenter ascendit, sensus omnes occupat, rationis vsum intercipit, & loquendi facultatem interturbat: ita vt sermo ebriorum sit similis loquutioni hominum dormitantium. Sic etiam aurea illa & necta rea dicendi vis, quæ insidet in gutture & labijs spõsæ, quãquam leniter & suauiter initio per aures in mentem influat, postea tñ rationis arcem tenet, sensus omnes interni hominis occupat, dulcemq; somnum

num & quietem inducit: ita vt verba loquẽtis & cogitationes, nõ hominis vigilantis & intendentis rebus vitę presentis, sed mundo dormientis esse videantur. Quę expositio probari fortasse posset, nisi multa essent, quæ & cũ cõmuni sensu patrum, & cũ lectione etiã Hebraica, & maxime cũ vulgata editione plane repugnant: nam verba illa vulgatę editionis, Sicut vinum bonũ dignum dilecto meo ad potandum: & illud iuxta Hebræam translationem, Quod it ad dilectũ meũ: nullo modo potest puellis cõmitantibus spõsam cõuenire: illę enim non solent sponsum, dilectum suum aut nepotem, iuxta septuaginta, appellare, neq; chorus puellarũ diceret, Dilecto meo: sed aut dilecto nro aut dilecto absolute: quod tamen loquentes cum sponso, nõ nisi inepte & incongrue dicerent. Quod vero recetior ille adiecit, vt hunc scopulum effugeret, quod dilecto meo, ibi pro incerta persona vsurpatur (comoaca dezimos fulano) quod pace docti & eloquentis viri dixerim: non videtur cũ antecedentibus & subsequentijs verbis coherere. Dicamus ergo cũ Græcis patribus Niseno, Theodoreto & alijs, verba hæc cõtinuanda esse & adiungenda cũ præcedentibus, in quibus enumerat sponsã, multas & maximas cõmoditates, quas perceptura erat, si Chrm veram palmã ascenderet, apprehenderetq; illi⁹ ramos, fructus & elatas: in quibus inest admirabilis quædã vis fructificãdi, per quã vbera sponsi & spõsæ, erunt tanquã botri vineæ: odor præterea oris &

Recetior
illa quorũ
dã recetio
rem inter
pretatio.

Gregorium
intelligen
tia.

naris, erit quasi odor pomorum vitalis et fragrantissimus. Gustatis vero suavissimis fructibus eiusdem palmæ, efficietur sponsæ palatū, quod dicitur tuū, quia vnus sponsi obsequio, cultui, seruituti et voluntati dicatum est. Palatum ergo, erit sicut vinum optimū, dignū quo dilectus potetur & exhilaretur: huiusq; suavitate ita afficiatur, vt more hominum qui vino generoso maxime recreant, inter labia dentesq; diutius vinum illud retineat: vt solent animalia ruminantia cibos diuti⁹ inter labia versare & masticare, quæ omnia diuinus spiritus interponit, ad explicandā dignitatem, dulcedinem & incomparabilem suauitatē Euangelicæ doctrinæ: quā Ecclesiæ doctores per guttur & palatum significati, populo Chriano proponunt, quā non solum probant fideles ipsi, qui Euangelicę mensę accubentes coelesti illo cibo & potu nutriuntur, sed ipse quoq; sp̄sus, sublimiori sapientia quasi suavissimo vino epotus & capt⁹, hoc vino mirū in modū oblectatur. Quod si sponsus loquitur, vt Latini patres existimāt, placet mihi eorū iudicium, qui priora verba, Guttur tuum sicut vinū optimum, sponsi esse putant: sequentia vero, Dignum dilecto meo, nō nisi sponsæ: quæ supra modū cōmota & excitata, atq; exultabunda sponsi præconijs, illi cōsentiens, inquit. Vera sunt quæ asseris sponse dulcissime, sicut tuo præsidio & auspicio vbera mea sicut botri vineę, & odor oris mei, sicut odor pomorum, guttur quoq; meū, sicut vinum optimum, dignū dilecto meo ad potandum:

Latinorū
patrū ex-
positio.

&

& dentibus ac labijs illius, ad ruminandū: memoriā enim mortis & passionis tuę, repetit & recolit grex tuus: & quasi ruminat, dum altaris sacramentū ore suscipit, dentibus terit, & in stomachum trajicit. Sacerdotes vero, quib⁹ iubes vt in tui cōmemorationem offerant hoc sacrificium, dentes tui sunt & labia, quib⁹ hoc diuini amoris vinum, ad refrendā immensam tuam charitatem, sumitur & ruminatur. Quibus cōgruit Hebræorum trāslatio, dicēs: quod vinum hoc, loqui faciat labia dormientium: nā huius sacramenti supercelesti cibo & potu, refecti & temulenti, iocundo gratoq; sopore obdormiunt iusti: & inter dormiendū, verba quædā pferūt incōdita & imperfecta, si humano iudicio estimētur, sed profundissimę sapientię, si ad diuinū spiritū in corda iustorum loquentē, inspiciamus. *Ego dilecto meo & ad me cōuersio eius.* Cōplutēsis, Ego nepoti meo, & ad me conuersio eius. Hebręi, Ego sum dilecti mei, & ad me desiderium eius. Harum editionū, vt cōstat, vnus est sensus: consentiunt quoq; omnes interpretes, verba hæc sp̄sę esse, quæ præ amoris vehemētia, cū verba ad exprimendū affectum nō sufficerent, figura quadā vtitur, quā Gręci apostrophen, Latini reticentiam appellant: quæ, tacēdo plura significat, quā si longa oratione vteretur, vt psal. 6. Regius vates inquit, Anima mea turbata est valde, sed tu dñe vsq; quo? Vbi cū ingentem merorē, estumq; perturbationum vehementissimum, indicasset verbis illis, Anima mea turbata est valde: &

fese

fese inter procellas quasi à Deo destitutum, non si ne ingenti dolore intelligeret, apofiopefi, hoc est, silentij velo, quæcunq; mæstum & afflictum animû possunt excruciare intimans, inquit, Sed tu dñe vsquequo? hoc est, vsquequo, fines me cû tot tâtisq; morbis cõsiliari? quousq; sic deuexato, conturbato & pene fracto, opem illã omnibus poscentibus paratam differs? quousq; tandem tuæ clemētis, beneuolentiæ & pietatis quasi oblitus, tã graue & seuerum iræ tuæ & iustitiæ in mea flagitia exēplum proferes? Ita modo sponsa, se tot tâtisq; beneficijs non modo astrictam, sed pene obrutã perpendēs: omnium beneficiorum fontem nobis aperiens, reticendo loquitur, & inter loquendû reticēs, inquit, Ego dilecto meo, & ad me cõuersio eius. Causam ostendit, à qua, maxima illa, multigena & exuperantia sponsi erga ipsam beneficia, proueniunt: nimirum, quoniã ego dilecto meo, &c. quasi dicat: ego propterea à sponso ardētissime diligor, illeq; meã pulchritudinē admirabundus prædicat, virēti & vitrici palmę meã staturã assimilās: imo vero sponsus ipse, qui vitis vera est, mihi quasi palmæ implicatus & maritatus, diuinam impartitur fetificandi virtutem, efficiens suo cõsortio atq; cõiugio, vt ybera mea olim effeta & arentia impleãtur & distendantur Euãgelicæ doctrinæ lacte, & diuini amoris multo redundēt, ita vt sint quasi botri vineę: & spõsus quoq;, viuificum illû & suauissimû spiritû suû, cordi meo, visceribus, & intimis animi recessibus

infusa

infundens, præstet vt odor oris mei sit fragrantissimus, qualis esse solet odor pomorum: guttur præterea, sit quasi vinû optimû, dignû dilecto meo, ad potãdum: labijsq; illius, ad ruminãdum. *Ego dilecto meo.* Intercipit verba, quæ orationē explere & perficere debebant amoris impetus: & velo silētij teguntur, quæ pro dignitate explicari nequeunt. Ego inquit, dilecto meo iam olim me totam mãcipauerã, illi vni meas omnes cogitationes, curas, studia & vota nũcupata esse cupiens, omnēq; falsorû deorum cultum & superstitionē diligenter abijciēs, nihil aliud animo agitabã aut mente pertractabã, nisi qua ratione illi placerem: sed ò summã & incõparabilem dilecti mei erga me beneuolentiã! ò nouam spõsi erga spõsam: mariti erga vxorem: viri erga feminã, charitatem & dilectionem! Nã ad me cõuersio ei⁹, & quidē fuit olim in fœminã, propter admisum facinus, Genes. 3. tristis illa sentētia promulgata, Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos; in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui: quod septuaginta sic exposuere, Et ad virum tuû cõuersio tua: Simach⁹ verò Hebraici verbi vim exprimens, vertit, Et ad virum tuum desiderium tuum, siue impetus tuus: quoniã ita natura cõparatum est, vt quæ superioribus subijciuntur, ad illa cõuertantur, magnoq; impetu in illa ferãtur: & quãquã post peccatû, maximis erûnis fretissimisq; miserijs cõiugate fœminę torqueãtur, dum grauidę fetum gestãt, pariētes, summis do-

Nota.

Genes. 3

b

loribus

loribus cruciantur, natos anxia nimis solitudine nutriunt, & quod maius est & grauius, viro, quē vt plurimum nō socium, amicum & laborum cōsortē, sed dominatorem imperiosum & tyrānum experiuntur: dum noctu diuq; ei placere studēt, vix assequuntur. Sed nunc, legem hanc nō mitigatā solum, sed felicissimē immutatā esse video: ad me enim est spōsi mei cōuersio, ille ille mūdi opifex sapientissim⁹, rerum omnium moderator, cęlicolarum princeps, in quem, tanquā in authorem bonorum omnium, finem vltimum, summum bonum summūq; pulchrū, beati omnes spiritus cōuertuntur, ita me diligit, tātoq; mei amore flagrat, vt ad me vnā præcipue inter omnia creata, sit cōuersio eius: propter me, humanā & mortalē naturā suscepit, virginei vteri angustias nouem mensibus tulit, in stabulo natus est, iacuit in præsepio, hyemis & æstus inclementiā sustinuit, esuriijt, sitiuit, noctes & dies insomnes dedit: Quid moror? Propter nos homines, & propter nostrā salutē descendit de cęlis, vsq; ad illud, Crucifixus, mortuus & sepultus. Et quāquā in hoc meo beatissimo cōiugio, ad me pertineat cōcipere, parturire, & dereq; prolem sponso meo gratissimā, nutrire illā, et ad virilem ætatem iustitiæ et charitatis eam solícite perducere: sitq; interim in cōcipiēdo, parturiendo, educādo & instruendo, nō nihil laboris & doloris: spōsus tñ meus, nō imperiosus dominator, sed suauissimus meorū laborum consors & particeps, cōsolator & moderator, ita tēperat meæ

solici

solitudinis curas et ministeria, vt in cōceptu, partu, nutritione & solitudine Euāgelica, tot gaudia sint, voluptates & delitię, vt Esa. dixerit. c. 35. Letabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & floreat quasi lilium: germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli et Saron. Cōceptus vero, multiplicatio et pariendi frequentia, Ecclesię, nō dolendi, sed exultandi & gaudendi materiam præstat: quod Esa. 54. vates testatur, dicens, Lauda sterilis quę nō paris, decāta laudes & hinni quę nō parturiebas: quoniā multi filij desertę, magis quā eius quę habebat filios, dicit dñs: dilata locū tentorij tui: ad dexterā enim, & ad læuā penetrabis, &c. Quod si quid est molestię, doloris, angustię, gemitus, ac lacrymarū: hac etiā in parte, spōsus meus primas tulit, dicē te eodem Euangelico vate, Ipse læguores nostros tulit, & dolores nostros ipse portauit: ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nra. Quod vero in passione & morte sua, Chřiani populi sobolem genuerit, cōstat: quia postquā dicit Esaias, Sicut ovis ad occisionem ducitur, &c. mox quasi admirabūdus ait, Generationem illius quis enarrabit? quod ex Hebręo vertūt quidā, Seculum eius: nimirum numerosum populū eorum qui ex Paganismo ad Ecclesiam cōfluxerunt. Capite vero 66. testatur idem propheta, Chřm hu-

Esa. 35

Esa. 54

Esa. 66.

b 2

de

IN CANTICVM CANTICORVM

de Ecclesia dixisset, Parturiuit & peperit Siō filios suos, statim inducit Deum ita loquentē: Nunquid ego qui alios parere facio, non pariam? dicit dñs, Si ego qui generationem alijs tribuo, sterilis ero? ait dñs Deus tuus. Lætamini, inquit, cū Hierusalē, vt fugatis & repleamini ab vberib⁹ consolationis eius: vt mulgeatis, & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius, quia hæc dicit dñs, Ad vbera portabimini, & super genua blādiētur vobis: quomodo si cui matri blandiatur, ita ego consolabor vos: & c. 40. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit: fctas ipse portabit. Quid quod & ille ita dominatur Ecclesiæ, vt sese ministrū esse fateatur, dicens, Nō veni ministrari, sed ministrare: & in cœna ministri munus exequitur, cū cæteris recumbētibus, surgit, deponit vestimenta, lintheo præcingitur, in peluimq; aquā infundens, suorumq; discipulorum pedibus prouolutus, eos abluit, & lintheo absterfit. Quapropter, iure optimo sponsa inquit, Ego dilecto meo, et ad me cōuersio eius. Nā quāquā ipse dicat Zach. 1. Cōuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos: ipse tñ ex æternitate, ita per immēsam charitatem Ecclesiam sponsam amabat & deperibat: vt dixerit Ieremię. 31. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserās. *Veni dilecte mi, egrediamur in agrū, commoremur in villis: manē surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica. Ibi dabo tibi vbera mea. Mandragorę dederunt odorē in portis nr̄is.*

Esa. 40

Ioannis. 3.

Zach. 1

Ierem. 31.

Omnia

COMMENTARII. CAP. VII. 99

Omnia poma noua & vetera, dilecte mi seruaui tibi. Septuaginta nihil fere ab hac discrepant: aiunt enim, Veni nepos mi, egrediamur in agrum, &c. videamus si floruit vinea, floruit germinatio, postremò, mandragorę dederunt odorem, & in portis nostris: omnes nuces nouas super veteres. quas dedit mihi mater mea, nepos mi seruaui tibi. Genebrard⁹, ex Hebræo vertit, Age dilecte mi, egrediamur rursus, pernoctemus in pagis, manē surgamus ad vineas, videbimus an floruerit vitis, an aperta sit gēma, an floruerūt mali punicę. Ibi dabo amores meos tibi: mandragorę dederunt odorem, & in portis nr̄is: omnes fructus delitię, nouę atq; veteres: hæc omnia dilecte mi recondidi tibi. Sensus harum versionū vnus est: cōsentiunt quoq; omnes, personam quæ loquitur esse sponsam: quæ cū paucissimis verbis, exposuisset summam illam mutuamq; beneuolentiam, qua ipsa in vno sponso cōquiescebat, illius tantum amore flagrans, qui sponse multo cumulatiore gratiam rependens, illā inter omnia condita, tanta profequitur charitate, vt ad ipsam impetu immēsi amoris cōuersus, sua illi bona omnia, vitā, affectū, felicitatem, & æternæ gloriæ thesauros cōmunicauerit. Sed quoniā huic dulcissimo colloquio, intererat chorus puellarū, quæ in fine capitis sexti fugit tantem sponsam reuocarunt, illis verbis, Reuerte re reuere Sunamitis, &c. et fortē aderant quoq; sodales sponsi, qui laudes illas, quib⁹ spōsus spōsæ pulchritudinem prædicauit, nō sine magna voluptate

Sponsa loquitur.

te audierunt: sponsa, sui sponsi amore maiorem in modū incitata, & in sublimioris charitatis fastigio singulari sponsi beneficio constituta, more amantium, cupit sola cū solo sponso commorari: gratos sermones habere, illiusq; conspectu, complexu & castissimis osculis, sine tot testibus, in solitudine & rure, læta & secura potiri: atque ita illum excitat, dicens, Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, &c.

Nota. Qua in re agit personā eorum, qui cū ex munere & officio Chriam populi, salutis & publicis negotijs diligenter incumbant: nihil magis exoptant, quam depositis curis quibus ad aliorum vtilitatē distrahuntur & sollicitantur, vnius Dei contēplationi vacare, ex illius ore pendere, dulcia mentis & volūtatē oscula ex Chri complexibus delibare: quod vt consequantur, fumosas vrbes relinquunt, hominum frequentiam & turbā deserunt, secessum querūt & solitudinem: vt in altissimo silentio, supernis diuinæ cōtemplationis delitijs perfruantur. Verūm in hoc sermone spōse, quo illa inuitat spōsum, vt per latē patentis agri planitiem discurrant: vt vineas inuisant: vt in pagis & villulis cōmorentur: vt experiantur mane cōsurgentes vtrum floruerint vinee, gemmæ parturiētes iam sese in racemos explicēt, an mali punice florere incipiant: in hoc inquā sermone, quo illa tot tantasq; nouorum & veterū fruētū delicias, sponso repræsentat: mādragorarum odorem & sexcenta alia, maiora quædā mysteria, sublimiora sacramenta, nouæq; Ecclesiæ maxima

priui-

priuilegia mihi videntur delitescere: quæ nō sine maximo lectorum & auditorum fructu, in lucē proferantur. Describitur ergo hoc loco, vt veteres interpretes Græci & Latini sentiunt, Ecclesia Chriana, post aduentum Spiritus sancti cęlestium bonorum copia circumfluens, diuinæ sapientiæ luce clarissima, fide, spe & charitate, cæterisq; virtutibus exulta: dono linguarū, miraculorum virtute, prophetico lumine, fortitudine, castitate, rerū humanarum cōtemptu, & innumeris alijs dotibus decorata & ditissima: & quod maius est, Chri ferę Marię præsentia & superexcelenti puritate, Petri & Pauli, cū sapiētia singulari, tum virtutibus, auctoritate & maiestate, admirabilis & suscipienda. Ioannis præterea, Iacobi, Andreae, cæterorūq; Apostolorum dignitate, celsitudine, cōstantia, reb⁹ gestis in altissimo diuinitatis fastigio collocata: quę non poterat his ornamentis prædita non placere spōso suo, maxime cū illa, vt verba illa testantur, Ego dilecto meo, &c. circulu illū à Dionysio 4. c. de diuinis nominibus decāratum, & à diuino Hierotheo in suis hymnis celebratum, felicissimè compleret: à suo sponso, qui summè bonus est, diuinę sapiētiæ lumina & diuini amoris flāmas percipiēs: easdēq; in ipsum sponsum perpetuò referens: vt sit circulus diuini amoris, à bono in bonum perpetuò reuolutus. Et quāquā in tantę felicitatis copia, sibi poterat satisfacere: tñ cū consiliorum sponsi conscia esset, sciretq; ex æternitate decretum esse, & propheta-

tarum

IN CANTICVM CANTICORVM

tarum vaticinijs præfinitum, charismata illa Spiritus sancti Euangelicâ iustitiam, sacramentorû virtutē, fidei lucem, & in summa, totius Ecclesiæ thesauros incôparabiles, nō tantû intra Iudæorum fines circûscribendos esse, sed per totum terrarum orbē ubi- cûq; genus hominum reperitur, Chrii beneficentia esse diffundendos: sponsa, in cōplexu sponsi requiescens, excitat illum, & volenti, imo vero hoc maxime expetenti, ipsa, calcaria adhibere studet, dicēs, Surge dilecte mi, egrediamur in agrum. Hic mihi audire videor Virginem Deiparā, Petrû, Ioannē, Iacobum, Andream, senatûq; illum augustû Apostolorum, & septuaginta discipulorum grauē coronam, sanctorum hominû cætum, de cōuersione totius generis humani ad fidem: & de propagatione Euangelij deliberantes & cōsultantes, preces ad Christû fundere, ac dicere, Veni dilecte mi, egrediamur in agrum. Legerant illi apud Esa. c. 2. illud vaticinium: Erit in nouissimis diebus, præparatus mōs domus dñi, in vertice mōtium: & fluent ad eû omnes gentes. Videbant Chrm lapillum excisum de monte sine manibus, in montē altissimum excreuisse: & superata morte, illis intuentibus, conscendisse cælos: vt cunctis hominibus & angelis præfideret. Nouerat etiā iuxta vaticiniû Danielis. c. 2. statuam illā, aureo capite, argenteo pectore & brachijs, æreo ventre, ferreis tibijs, pedib⁹ vero partim ferreis, partim fictilib⁹: lapillo illo præciso de monte sine manibus, percusam, cōfringendā esse,

cōmi-

COMMENTARII. CAP. VII.

101

cōminuendam & conterendā: ipsum vero lapillū, subito assurrecturum esse in montē, non qualēcûq; sed tantū vt totā terram impleret: ad quē tñ omnes toto orbe diffusi mortales, turmatim, & magno impetu cōfluere, dicentes, Venite, ascendamus ad mōtem dñi & ad domū Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Siō exhibit lex, & verbū dñi de Hierusalē. Quod Ecclesia Euāgelica vt executioni mādaret, inquit, Veni dilecte mi, egrediamur in agrū. Nō intra Iudæorum populum, Euāgelicā gratiam, fidei doctrinā & Spiritus sancti dona tantū cōtineri volumus: sed age egrediamur in agrum. Ager, teste Chro Matt. 13. est mūdus, semina ergo Euāgelicæ doctrinæ per totum mundū spargam⁹. Tu de te spōse charissime superius dixeras, Ego flos cāpi, & lilium cōualliū: exeat ergo, exeat lex illa tua Euāgelica, ex cenaculo in monte Sioneo constituto: cū hoc olim prædixerit vates, Virgā virtutis suæ emittet dñs ex Siō: psal. 109. vt flos ille campi, salutiferum odorē suum, quo cælicolę reficiūtur, per omnes nationes diffundat: vt virga illa rectissima diuinę sapientiæ, prudētia, artis, iustitiæ, qua Pater æternus supernas substātiās regit & perficit, homines ad bene beateq; viendū instituat: & quę hæten⁹, Hebræorum populū in fide & religione vnus Dei cōtinebat: iam in posterum Græcos, Latinos, Scithas, Barbaros & quoduis genus hominū moderetur: cui, abiectis falsis religionib⁹, abdicatoq; idolorū cultu, omnes cedāt,

c obse-

Vox Eccle-
siæ post ad-
uentū Spi-
ritus san-
cti.

obsequantur & colla subijciant: ipsiq; Romani togati & rerum omnium dñi, crucis vexillum supplices venerentur: & fasces Romani imperij, aquileq; illę cū & is nationibus formidabiles, procūbant ad Rom. Pont. pedes, quos venerabūdi Cęsares exoculentur, & in suo vicario, Chřm cęli terręq; principē & dominatorē reuereantur. Audierat Ecclesia, nimirum duodecim Apostoli & septuaginta discipuli, Christū Lucę & Marci vlt. iubētem illis irent per totum orbem terrarum, nouā legem vniuersis hominibus pmulgaturi. Sciebāt quoq; Christum in summo empyrei vertice cōsistere: pmisisse tñ suis opem pręsentissimā: pręcipuē cū humani generis salutem procurarent: Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quęcūq; pręcepi vobis. Et ne in perdifficili negotio, suis viribus diffidentes, animū despōderent, suam illis pręsentia pollicetur, inquiens, Ecce ego vobiscū sum omnib⁹ diebus, vsq; ad consumptionē seculi. Cōpertum etiā habebat spōsa, quod sine Chřo sponso nihil poterat cogitare, velle aut efficere, quod aut ad propriam aut ad aliorū salutē reuera conduceret: Chřo dicēte, Sine me, nihil potestis facere: ego sum vitis, & vos palmites: sicut palmes non potest ferre fructum, nisi māserit in vite, ita & vos, nisi in me manseritis. In illo Euāgelici ministri maneant oportet, vt vitales illos ęternę felicitatis fructus, possint & sibi & cęteris mortalib⁹

ędere.

ędere, illo inspirante cogitāt, loquūtur, docēt, hortantur, terrent, tonant, fulmināt, & à vitijs voluptatumq; blandimentis, ad frugalem & puriorem vitā homines reuocāt: mentes hominum errorum tenebris circumfusas, clara diuinę veritatis luce perfundunt: volūtates terrenis rebus addictas fleūt primō, deinde in flāmant, & ad vnius Dei obsequium & amorem cōuertunt. Quapropter, sponsa, summa prudentia magnoq; cōsilio, iubente sponso, arduū illud Euāgelicę prędicationis negotium susceptura, petit, obsecrat & interpellat sponsum, vt simul cū illa egrediatur in agrum, simul semina & prima fundamenta Ecclesię iaciat, simul tanquā architectus structuram illā pulcherrimā erigat, lapides expoliat & sculpat: simul ipse quoq; altissimos illos & firmissimos fornices, nō solū vt lapis angularis, cōiungat & cōplectatur: sed vt sapientissim⁹ huius sacrosancti tēpli fabricator, laquearib⁹ exornet, auro & gemmis distinguat, & omnib⁹ numeris absoluat atq; perficiat. Et quāquā (si sensuum cognitionē cōsulamus) Apostoli Chřm non videbant ipsis pręsentem & per diuersas mūdi regiones discurrentem, nouā Ecclesiam per totū mundū propagantē, internis tñ oculis fideiq; lumine agnoscebāt Christū, adimplētē illud quod dixerat Mat. 10. Cū steteritis ante reges & pręsides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, &c. & rursus, Ego dabo vobis os & sapientiā, cui nō poterunt resistere aduersarij vestri: quod perpendens Paul⁹ aiebat, An experimentū

c 2

perimentū

Marci. vlt.
11mo.

Ioann. 15.

Mat. 10

Luca. 21

2. Cor. 13.

perimentū quæritis, eius qui in me loquitur Chrs? Et quāquā poterat spōsus, sine Apostolorū cætero rumq; ministrorum opera, homines ab idolorum cultu ad veram religionē inducere: voluit tñ Eccle siā suā ad eam dignitatem euehere, vt ipsa nouam & numerosam prolē cōciperet, pareret, educaret, augetet atque perficeret. Nā si terreno illo proto- parente de limo terre formato menteq; & ratione prædito, dixit Deus Genes. i. Non est bonū homi nem esse solum, faciamus illi adiutorium simile si- bi: quanto equius erat, vt postquā Chrs, nō ex limo terræ sed ex castissimis Virginis visceribus, super- ueniente Spiritu sancto & obumbrante virtute alti- ssimi, formatus est: haberet ille sponsam eiusdem naturæ cōsortem, diuino spiritu plenam, altissimi virtute fulcitā & roboratā, pulchram, pudicā, & sui sponsi amātissimam: laborū & gaudiorum sociam, adiutricem & administram: vt ex sponsi sponseq; cōplexu, noua progenies cresceret, & non modo terram, hominib; cælestem vitā agentibus (quippe qui parentes suos ad viuum exprimerent) sed cę- los quoq; multiplici sobole repleret & exornaret? Vnde petit illa nunc, vt non tantum sponsus nego- tium hoc aggrediatur: sed ipsa etiam assumi vult in huius laboris partem, dicens, Veni dilecte mi, egre- diamur in agrum: quasi dicat: Hactenus quidē tan- tum intra Iudæam cōmorabar, & in Hierosolymi tana vrbe templum, sacerdotium, sacrificium, & re- gnum tuum atq; soliū collocasti. Sed vbi sunt visce

ra misericordiæ tuæ? Vbi summa illa bonitas, cui p- prium est seipsam omnib; impartiri, hominūq; om- nium salutem procurare? Age age, rûpe mōras: re- pagula hæc, quæ tuā bonitatē, clementiā & munifi- centiam, intra vnus gentis cancellos videntur cir- cumscribere effringito: maxime, cū popul; Hebræ; parricida tot beneficijs astrictus, te, illis pacē & sa- lutem offerentē, abiecerit, repulerit & sustulerit in- crucē. Egrediamur igitur in agrū, soleimus dicere Hispano prouerbio (Que no se puedē poner puer- tas al cāpo.) Hoc est, ardentissimē exoptat spōsa, vt termini Christianæ reipublicę, nullius regionis, regni aut prouintiæ finibus arceantur: sed quocūq; humanum genus patet, egrediātur spōsus & spōsa Euangelicā legem disseminaturi: hoc enim signifi- cant verba illa, Egrediamur in agrum. *Commore- mur in villis:* vertunt Hebræi per noctem; in pagis. Per pagos & villas, idolorum cultores significat, quos paganos solem; appellare: eoquod quemad- modū pagi & villę nō muro cingūtur, nō altis turri- bus muniuntur, nō pulchrarū ædium, vicorū & pla- tearū, ciuiūq; frequentia & principū hominū clari- tate illustrātur: ita homines à Deo alieni, sine Deo sine lege, sine religione, nullo sint sanctarū legum muro aut religionis præsidio muniti: sed pro libito infensus humani generis hostis in illos impetū fa- ciens, in omne flagitij & dedecoris genus eos per- traherat. Et quēadmodū pagorū & villarū incolę, Barbari, inculti, turbāniq; lingua & morib; rusti-

Idolorū cul-
tores p. pa-
ges signifi-
catis.

cos mores præferūt: ita etiā ethnici homines, fidei lumine & Euāgelicę legis vrb̄anitate carētes, atrifunt, inculti: sermone & morib⁹ paganismū præferētes. Cupit igitur spōsa, simul cū spōso hos pagos & villas sedulò inuisere, in illis cōmorari & pernoctare, sensim paulatimq; & per incremēta quędā, eos à vitā belluina & agresti ad mitiorē & mansuetiorē Chriane vitę disciplinam traducere: vt mores illos pristinos & Barbaros exuentes, politiores & sanctiores Euāgelicę modestię & comitatis induant. Nolo, inquit sponsa, vt per trāscursum tantū eos inuisam⁹, sed vt prolixiorē cū illis morā faciam⁹, quoniam docēdi sunt & instruendi in fide & religione, laetandi, fouendi, & instar paruulorū ad virilē etatem Chriane iustitię magna sollicitudine perducendi. Quidā ex Hebræis nēpe Rabbi Salomō, hāc expositionē probat, aliāq; addit (meo iudicio) non contemnendā: nimirū, vt per pagos & villas, agricolę intelligātur, labore assiduo victum sibi suęq; familię cōparantes, vitāq; frugalem & inculpatā amplectentes: cū tñ magnarum vrb̄ium & munitissimarū arcium incolę, delitijs, rapinis, fraudib⁹ ac malis artibus dediti, multis magnisq; flagitijs sint cōtaminati: vel (quod ego magis credo) agit hoc loco Ecclesia personā eorū, qui imminente & sequente tyrānorū, Cęsarū ac regū persecutione, relictis vrb̄ibus, ad solitudinem cōfugiebant, vt ibi delitescerent, vniusq; Dei cōtemplationi vacarent: nam in Aegypto, præsertim in Alexādrię solitudine, pluri-

De sua sy
nagogal-
lum expli-
cant.

mos,

mos, sub Marci Euāgelistę disciplina, vitā monasticā egisse legim⁹: postea in persecutione Maximini & Diocleciani, Paulū eremitā, Antonium, Paphutiū, Hilarionē, vitę monasticę sectatores fuisse: qui nō temporarię agriculturę (cui pagorum & villarū habitatores operā dare solēt) sed diuino cultui notu diuq; vacabāt. Quod Plini⁹ ad Traianū scripsit, Chrianos in principio nascentis Ecclesię antelucanas laudes Chro suo cecinisse. *Manē surgamus ad vineas.* Duo explicat spōsa, cū orat spōsum vt manē surgāt ad vineas: primū, illi nihil audendū, aggrediendum aut tentandum, sine spōsi præsidio: sine quo inanis est omnis humana vigilātia & sollicitudo. Deinde, cū inquit manē surgendum esse, indicat summā diligentiam in propagatione Euangelij & noui populi Chriani esse adhibendam: manēnanq; surgere dicuntur, illi qui ad aliquid agendum se prōptos & paratos esse testantur: vnde apud Hebręos manē altare Deo dicūtur, illi qui sollicitē, studiose & attente, Deum colunt. Eccles. 39. Iust⁹ cor suum tradet ad vigilandum diluculo, ad eum qui fecit illum: & psal. 5. inquit Regi⁹ vates, Manē altare tibi & videbo, &c. quasi dicat: matutino tēpore, aurora albescente, antē alia negotia, diuino tuo conspectui, me, per meditationem & preces offerā: curis purus & liber, sacrosanctum tuum tēplum inuisam: vbi, per visibiles typos & imagines, per hymnos laudesq; quas aurib⁹ percipimus, te mētis oculis intuebor, tuamq; maiestatem supplex adorabo.

Eccles. 34

psal. 5.

Cui

Esa. 21

Esa. 26

Qua etiam phraſis apud Ieremiã c. 21. dñs ait, Miſi ad vos ſeruos meos prophetas manẽ cõſurgens: & Eſa. 26. Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritu meo in præcordijs meis de manẽ vigilabo ad te: & c. 50. de ſeipſo Meſſias inquit, Dñs dedit mihi linguã eruditã, vt ſciam ſuſtentare eum qui laſus eſt verbo: erigit mane mane erigit mihi aurẽ: quaſi dicat, effecit vt matutino tempore aures arri- gerem, ac diuinę legis meditationi intẽderem: vel forte alludens ad magiſtrorum cõſuetudinem qui diſcipulorũ parum attentorum aurem vellicat, in- quit, Deus ipſe mihi aurem vellicauit, vt prõptẽ & expedite illi doctriã acciperem: quã omni cura & vigilãtia hominib⁹ traderẽ. Quãquã hic per ma- tutinum tempus & aurorã, ſpõſa inſinuare videtur Eccleſię ex Paganifimo ad Chřm cõuerſę initia fau- ſtiſſima, quę per matutinum temp⁹ & aurorã ad vi- uum repręſentãtur. Eſt nanq; aurora, noctis dieiq; cõfinium: noctis quidem terminus, diei vero initiũ optatiſſimum: quo ipſa aurora in albeſcens ita pro- perat in aduenientis ſolis occurſum, vt cum illi ni- hil gratius ſit quã in ſolis oſcula & amplexus ruere, nõ tñ nocturnas tenebras ſubito diſpellat, ſed pau- latim ſenſimq; & per incrementa quædã, atrã & lu- gubrem nocturnarũ tenebrarũ exuens veſtem, cã- didũ, & purpureum matutinę lucis amictũ induit: & ad ſolis iam appetentis aſpectũ, roſeum illud & aureum caput ſuũ attolit: vnde illud temporis ſpa- tium, quo aurora cõſurgens, ſolis radij nobis non- dum

dum aſſurgent, Latini matutinum crepuſculũ appel- lant: quo tẽpore piẽ volucres ſolis aduentũ præ- ſagientes, lætę garrunt, & ſuaui ter cantillant: prata quoq; roris de ſuper cadentis fulgentibus guttis quaſi gemmis diſtincta, rident & exhilarãtur: arbo- res, herbæ, floresq; ſuam lætitiã explicantes, ſoli rerũ ſublunariũ parenti applaudũt & gratulantur. Quę omnia, naſcentis Eccleſię ſtatũ quaſi in ſpecu- culo inſpiciendũ, videntur exprimere: nã cũ primũ Apoſtoli Euangelicam legem Gentili populo præ- dicare ceperunt, cũ ſpõſus & ſpõſa relicto Iudeorũ populo in agrũ prodierunt, tunc nocti termin⁹ præ- ſcriptus fuit, dieiq; cœperunt exordia fauſtiſſima: tunc populus ille Gentilis in aduentũ occurſumq; Chriſti ſolis exorientis, inſtar aurorę lætus pro- perauit. Tũc atram illam & lugubrem errorũ & pec- catorum veſtem nocturnam exuens, candidã, ſplẽ- didãq; fidei & Chřianę iuſtitię veſtẽ induit: iux- ta Pauli Apoſtoli vocem dicentis, Nox præceſſit, dies autem appropinquabit, abijciamus ergo ope- ra tenebrarum & induamur arma lucis. Tũc Diony- ſius Areopagita Athenienſis philoſophus, Hiero- theus Hiſpanus, Lucas medicus Antiochenus, Cle- mens Romanus, in Chři oſcula & amplexus quaſi in ſolis aſſurgentis, læti corruerant & properabant. Tunc cerneret piẽtas volucres, hoc eſt, viros con- tẽplationi deditos, ſub Marci diſciplina in Alexan- dria agentes, Chři parenti & ſeruatori ſuo. antelu- canas laudes canere. Cerneret etiam Eccleſię præ- d ta,

Rom. 13

ta, & viridaria Spiritus sancti, donis quasi rosis de
super cadentis guttis fulgere, illustrari, & diuina in
quandã animorũ letitiã etiã inter tormẽta præse fer
re: ita vt Apostoli Acto. 5. supra modũ exultarẽt, eo
quod digni habiti essent pro dño Iesu cõtumeliam
pati. Ad hoc igitur surgentis aurorę gratissimũ spe
ctaculũ inuitat sponsa spõsum, dicens, Manẽ surga
mº ad vineas, quasi dicat: dulce quidẽ mihi semper
fuit, tecũ in florido illo diuinę cõtẽplationis lectu
lo iacere: sed quoniã dies labori dicatus est, surgẽ
dum nobis est matutino tẽpore vt noui populi no
ua initia, & ascendẽtis aurorę candidã vestem, ro
seum caput, lætã faciem, & cõgressum cũ sole Chri
sto magna cũ voluptate intueamur. Quod vero hor
tatur vineas matutino tẽpore inuisant, per vineas
intelligit varias ecclesias, toto terrarũ orbe propa
gatas per Apostolos & ministros Euangelij: quarũ
colendarũ cura, ad Chrãm & spõsam suam maximẽ
pertinebat. *Videamus si floruit vinea.* Et si numero
multitudinis, Asia, Africę & Europe ecclesias, vi
neas appellauerit: totã tñ Ecclesiã vineã nũc appel
lat: quã in symbolo Niceno vnã, sanctã, Catholicã
& Apostolicã profiteamur. Hanc igitur, inquit spon
sam vineam electã, foecũdam, muro inexpugnabili
cinctam, altissima turri munitã, & per Euangelicos
colonos diligẽter excultam, fossam, purgatã & puta
tam intueamur: vtrũ iam effloreat, vtrum flores fru
ctus iam parturiant, & vtrũ malogranata flore iam
deposito purpureo, illo cortice suo succrescente,

maiora

maiora quãdã incrementa suscipiãt. Quid enim ti
bi & mihi spõse charissime iocũdus potest accide
re, quã intueri vineam illam, olim alienã, adulteri
nam, sterilẽ, aridam: & quã nõ nisi labruscas amarif
simosq; fructus idololatrię & multorũ scelerũ fere
bat, nunc per baptismũ, fidem, spem & charitatẽ, ti
bi Chro verę viti inlitã, fructus reddere salutiferos
atq; post hyemis rigorem, imbrium, niuium & grã
dinis inclementiã: nũc, iam verno tempore fauẽte,
clementiori celo aurãq; mitiori aspirãte, in gẽmas
turgescere, explicari in folia, paruulos racemos of
tẽtare, florere, & suauissimũ odorem effundere, &
in vvas gratissimas, in quibº agricolarum spes sita
est, excrescere, malogranata verò, relicto flore ad
iustam magnitudinẽ & maturitatẽ assurgere? in qui
bus declarat spõsa, quę sint potissimũ Romano Põ
rifici, episcopis & cultoribº Ecclesię, in suis subdi
tis obseruanda: nimirũ, vtrũ florescãt, hoc est, san
cta in illis desideria & vota, in actiones optimi odo
ris erumpant: vt illi de quibus Pau. i. ad Thes. i. ait,
Imitatores facti estis nr̃i, suscipientes verbũ in om
ni tribulatione, cũ magno gaudio Spiritº sancti: ita
vt forma facti sitis omnibus credentibus in Mace
donia & in Acaia: à vobis enim diffamatº est sermo
dñi. Hos igitur palmites inspicere Chro infitos,
frõdescẽtes & florescẽtes fragrantissimumq; virtu
tũ odorem spirantes, nõ potest nõ esse spõso & spõ
sæ iocũdum: iocundius tñ, si inter palmites huiº cę
lestis vineę, occurrant multi, qui vberiores fructº

d 2

parturiant

parturiant & polliceantur: quales fuere illi, qui ex
Gētilismo ad Ch̄m cōuerſi, ſapientia inſignes, do
cendi munere ſtrenuè ſunt perfuncti: vt Policarp⁹,
Ignatius, Quadrat⁹, Ariſtides, Iuſtinus martyr, Pan
tenus, & Clemens Alexandrinus: qui & floruerunt
in Eccleſia Dei, & protulerunt fructus vberriſimos.
Sed quanquã hæc quæ diximus oculis ſpōſi & ſpo
ſæ grata ſint, eſt tñ lōge gratiſimū, inſpicere & at
tentius perueſtigare & deprehēdere, floruiſſe iam
malospunicas, Hebræi legunt, An effloruerint: ſed
vnus eſt ſenſus vtriuſq; lectionis: & quidem malo
granatæ cū florent, miram quandã venuſtatē & pul
chritudinem ſpectantium oculis obijciunt, purpu
reo illo ſuo & rubeſcente colore: qui in flore ocu
los rapit, allicit & mulcet. Sed quod maxime com
mendatur in malogranato eſt, innumerabilis illa ru
beſcentium granorum multitudo admirabili or
dine in ſuas partes diſtributa, & ſub duro atq; ama
ro cortice deliteſcens: qui in ſupremo vertice, in
ſtar regis aut victoris pulchra corona cingitur: qui
fructus (meo iudicio) perfectōrū, martyrum, & eo
rum qui perfeuerantiæ & conſtantiæ dono in Eccle
ſia præſtant, pulcherrimum eſt hieroglyphicum.
Hæc igitur malogranata, hoc eſt, monachorū exa
mina, martyrum rubeſcentes cuneos, iuſtorum cha
ritate ardentium, ſub duro & amaro Euangelicę di
ſciplinæ corticę viuētiū, & vſque ad finē in cha
ritate perfeuerantium cętus, maxima cum volupta
te inſpiciunt ſponſus & ſponſa: præſertim, cū illi

in

in ſumma pace & tranquillitate vitam ſupercæle
ſtem agentes, nihil aliud intendunt aut ſuſpirāt niſi
ſanctorum cōmunionem, vnitatem ſpiritus, animo
rum concordiam, voluntatum & affectuum ſummã
in terris conſenſionem & pacem. *Ibi dabo tibi vbera
mea:* quaſi dicat, cū tu ſponſe chariſſime depre
henderis Eccleſiam toto terrarum orbe diſfuſam,
florentē, parturientem fructus, ipſa quoq; malo
granata (quorū iūcta & rubeſcētia grana tibi inter
omnes fruct⁹ ſuauiſſima eſſe ſolēt) tunc inquã
dabo tibi vbera mea, quæ (te authore diuino) lacte
plena ſunt: & quæ incipientes, proficientes atque
perfectos homines nutrierunt, & ad perfectū ſtatū
euexerunt, à quibus florentē & fruct⁹ parturiēdi,
iuſti virtutem accipiunt: à quibus etiã illi accipiūt,
qui per malogranata coronis cincta ſignificantur,
hoc eſt, iuſti ad ſublimiorem virtutis apicem aſpi
rantes, & ad charitatis faſtigium pro virili cōſcen
dere cupientes: hoc nanq; illi nō niſi per mea vbera
poterunt obtinere, quæ tu hac de cauſa ſingulari
amore proſequeris, & quæ ego tibi iam olim cōſe
craui & dicaui: nunc vero denuo libentiſſime con
ſecrabo doctrinam meam & religionem, ſapientiã
& ſacramenta, doctores & interpretes ſacræ ſcrip
turæ, viroſq; religione & virtute præſtantes: ex qui
bus, quaſi ex duobus vberibus & fontibus, tota Ec
cleſiæ familia alitur, pmouetur atq; perficitur. De
his ergo inquit, *Ibi dabo tibi vbera mea: ſiue ibi da
bo tibi amores meos. Mandragora dederūt odorem*

suū in portis nostris. Dubitare merito potest studiosus quisq; cur spōsa inter ceteras agri delicias mandragoram enumeret, illiusq; odorē cōmendat: quę in apud p̄batos authores malē audit, tanquam noxia homini & plerūq; letifera, legibusq; interdicta, quasi infamis, pernitiōsa & maleficijs adhiberi solita: & quę nec pulchritudine, nec sapore aut odore præstat: ita vt illius suaueolentiam sponsa indigne videatur tantopere celebrasse. Quibus rationibus persuasus Franciscus Georgius, tomo. I. problem. 215. illiq; subscribens Sixtus Senensis, lib. 5. Bibliothecę sanctę annotatione 109. putant Genes. 30. vbi vulgatus interpres legit, Ruben egressum in agrū tēpore messis triticeę, reperisse mādragoras easq; ad matrem Liam detulisse, quarum cupiditate maiorem in modū captam Rachelem cōcessisse Lię vt Iacob vtriusq; maritus sed Rachelis amantior, ad Liam vna nocte ingrederetur: sentiūt ergo Georgius & Sixtus, pro mandragoris vertendū esse lilia: quę (teste Dioscoride & omniū medicorū cōmuni iudicio) calida sunt, odorifera & cōceptui (cui cupiditate flagrabat Rachel) maximē accōmodata: quod etiam hoc loco legendū esse censent: lilia nanque odorem suum lōgē lateq; diffundūt, cum tñ mandragora (authore Dioscoride herbarū peritissimo) frigida admodum sit & cōceptib⁹ infesta: & teste Plinio, illius graueolentia capitis inducat grauedinem: tantū abest vt spōsa illius odorem hic celebrare intenderet. Verū hæc sententia, vel hoc

titulo

titulo reprobanda est quod noua sit & cōtra cōmune antiquorū patrum iudicium, qui semper Genes. 30. & hoc loco, nō lilia aut violas, sed mādragoras legerunt: & septuaginta interpretes (vt Cōplutēsis codex & Gręci omnes transtulerunt) pro mandragoris, vt omnē tolerant dubitādi occasionē, vertunt, reperisse Ruben poma mandragorę: quę lectio, lilijs aut violis competere nullo modo potest, cum illa poma non producant. Et Chaldaica interpretatio, Gene. 30. mādragoras vertit: satisq; nobis esse debet, quod omnes Hebręorū interpretes antiqui & noui, mādragoras vtroq; loco, non lilia intellexerunt, & hic est cōmunis sensus, tā Gręcorum quā Latinorum, à quorū sentētia discedere temerariū esse existimo. Inter quos magn⁹ Augustinus, lib. 22. cōtra Faustū c. 56. asserit, sese studio intelligendi locū illum, Gene. 30. Cū inuenisset mandragorę poma, visu, odoratu & gustatu, ipso experimēto cōprehendisse, poma illa esse quidē aspectu pulchra & odore grata, sed sapore insipida: vnde nō putat Rachelē expetisse fruct⁹ illos, vt eis vescerēt aut eorū virtute cōciperet, cū nullā talē virtutē inesse mādragoris experi simus: & Rachel nō tūc sed post duos Lię sororis partus prolē suscepit. Expetebat igitur Rachel poma illa, propter pulchritudinem & odoris suauitatē, nō in escā. Verū nolumus hac de re cū sapiētissimo illo Augustino disceptare: ea tantū hoc loco proferemus, quę ad mentem spōsę explicandā duxim⁹ esse necessaria,

ex

Franciscus
Georgius.
Sixtus de
Senensis.

Genes. 30

Augusti.

IN CANTICVM CANTICORVM

ex Plinio lib. 25. c. 14. Cælio Rodigino, lib. 17. c. 24. Pierio Valeriano lib. 55. suorum Hieroglyphicorum. Mādragora, herba est cuius radix humanę formę si multitudinē exprimit: est q; in mādragora sexus discrimen: radices nāque, colore & ipsorum genitalium mēbrorum quę in illis apparēt, figura, masculinū sexum à femineo distinguūt. Vnde Pythagoras, mādragoram, antropomorphō appellauit: quasi hominis formam representet: & Columella in libro de cultu hortorum, hāc herbā semihominem scitē vocat, quā antiqui omnes interpretes, Hebræi, Græci & Latini, in illum locū Gen. 30 (excipio Aug. Georgium & Sixtū Senensem) omnes crediderunt mādragorā vires ad cōcipiendum suppeditare: quod Magi olim senserunt, eam hac ratione Gonogeanā appellātes. Et Auicena lib. 2. de Iario, quā herbā esse mādragorā ipse tradit, asserit, mādragorā (ex medicorum iudicio) mēstrua ciere, vuluamq; muliebrem ad cōceptum mirificē accōmodare. Cui etiā insita est à natura vis soporifera tanta, vt hauriētes illius succum homines, non sopiti, sed mortui esse videantur: & quāquā eorum membra tunc seccentur aut vrantur, nihil sentiant: vnde de homine in altū dormiente extat prouerbiū, quod mādragorā biberit. Creditur quoq; inesse huic herbę & illi fructui, sed in primis radici, vis cōciliandi amorē: atq; ita multi hanc herbā Circeā nominarunt, quod conciliandis animis & affectibus potentior sit. Id quod Deus naturę opifex sapiētissimus, in radicibus vide

Magi.
Auicena.

tur

COMMENTARII. CAP. VII. 109

detur expresse, quæ mutuis cōplexibus copulatur, nō puero aut puellę dissimiles: & cum capite porrigantur, manus videntur habere ad amplexus extensas. Quarto, habet mādragora (vt Pierius Valerianus medicus peritissimus loco iam citato tradit ex Xenophonte philosopho insigni, in Socratis Synposio) vim mitigandi merorē, & exhilarandi cor: quod color pomorum croceus, subindicat: vnde ibi inducitur Socrates inquit, vinū nō aliter merori mederi, quā mādragorā mēstris hominibus. Hęc omnia si attentē perpendamus, facile intelligemus cur sponsa inter ceteras agri delicias mādragoram recenseat. Quid enim expetibilius sponsę prolis à sponso suscipiendę cupientissimę, quā mādragorę fructus? quos hac de causa pulchra illa Rachel tātopere desiderabat, vt optatę sobolis cōpos facta, viro suo Iacob carior esset. Nra vero Rachel multo pulchrior, ad illam prolē cōcipiendā aspirat, de qua Ioā. 1. dicitur, Dedit his qui crediderunt in eū potestatem filios Dei fieri: his inquā, qui nō ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Huius mādragorę diuinę beneficio grauida facta Ecclesia, ex Gētili populo collecta exultabat, & apud Esa. c. 49. secum musitabat, dicens: Dices in corde tuo, ego sterilis & non pariens, & quis genuit mihi istos? ego contempta, & transmigrata & captiua: & istos quis enutrit? Agnoscit Paul. ad Titū. 3. vim hanc generatricem, baptismū appellans lauacrū renouationis & regenerationis

Spiritus

IN CANTICVM CANTICORVM

Spiritus sancti, qui per hoc sacramentū nobis abū
de diffunditur, vt per totū orbē terrarum, noua pro
le, fecunda Ecclesia sit: nouusq; populus vbique
Ch̄o sponso nascatur. Et ne spōsa timere possit di
uortium aut tremendū sponsi repudiū, sed illius be
neuolentiā certò sibi cōciliet, habet mādragoræ ra
dicē, humanę naturæ similitudinē exprimentē, quę
fit quasi filtrum quodā ad sponsi beneuolentiā sibi
conciliandā. Circeum (si fas est dicere) poculū hau
sit sponsus, cū filius Dei nostrā naturā suscepit: vt
ipfa naturę cōmunionē inclinatus, homines arden
tissimē amaret, & ipsos, quasi filtro incitatus, depe
raret. Miraris in mandragoræ radice humanā effi
giem, multo magis mirandum est, quod ille æterni
patris filius, mundi opifex & moderator, in similitu
dinem hominū factus sit, & habitu inuentus vt ho
mo. Videas in mādragora duas radices mutuo cō
plexu copulatas, mutui amoris esse symbolū: ado
ras in Ch̄o geminā naturam, diuinam & humanā,
indivisibili cōplexu in eādē diuini Verbi persona
subsistere. Ardet proculdubio amore Circeusq; po
culo & succo mādragorę: flagrat charitate ille, de
quo Ioan. 3. inquit Ch̄s, Sic Deus dilexit mūdum,
vt filiū suum vnigenitū daret: & 2. ad Corin. 4. Paul.
ait, Erat Deus in Ch̄o, mundum reconcilians sibi.
Hac etiam radice Apostoli utebantur, vt homines
Deo cōciliarent: de quibus Paul. eodem c. ait, Po
suit Deus in nobis verbū recōciliationis: pro Chri
sto legatione fungimur. Obsecramus pro Ch̄o, re
cōciliamini

Ioan. 3.

2. Cori 4.

COMMENTARII. CAP. VII

110

cōciliamini Deo. Hoc filtro incitabatur, cū ad cru
cē lētus properabat: & diē illū quo seipsum erat pro
nostra salute oblaturus, ardentissimē optabat, dicē
te Pau. ad Ephes. 5. Ch̄s dilexit Ecclesiā, & tradi
dit semetipsum pro ea: vt exhiberet sibi sponam nō
habentē maculā neq; rugam. Hoc Circeō medica
mento, sponsus crucis horrendū supplicium pertu
lit, & nostrorum scelerum pēnas ipse libenter luit:
nosq; à morte, inferno & peccato restitutos, in cę
lestem vitā & æternam felicitàē euexit: quid quod
ipse admirandū quoddā & sacrosanctum filtrū, ci
bum sanē & potū amatoriū, ex triplici diuinę man
dragoræ radice excogitauit & fecit, vt n̄m amorē
sibi cōciliaret, dum in altaris sacramēto corp⁹ suū
& sanguinem nobis tradidit: vbi tres diuini amoris
radices indissolubili nodo cōiūctas veneramur &
suspiciamus: nimirum diuinā Ch̄i naturā, animā il
lius, & corpus atq; sanguinē: à quibus æterni amo
ris flāmę in sumentes serpunt, quę corda eorum ve
hemēter inflāmant, eosq; totos in Ch̄m cōuertūt.
Quod si inducit mādragora soporē grauissimū &
morti similimū, nostra hæc multo potētior mādra
gora, cuius odorem sponsa etiā in portis ciuitatis
cōstituta præsentit, diuiniorem & vehementiorē
soporem incutit: qui mētes, corda, affectusq; nouę
Ecclesię, sanctorumq; martyrum & iustorum hominū
ita occupauit, vt nullis possent periculis, cōmina
tionibus, sectionibus, cruciatibus, punctionib⁹ &
vstionibus à profundo illo sopore excitari. Legin⁹

Ephes. 5.

apud Iulium Frótinum, Afros vini auidos, mandragora mero permixta hausta, in modū cadauerū iacuisse: & ab Anibale nullo suorum periculo trucidatos. Sed (ò nostræ mandragoræ virtutem inauditam & admirabilem) vidit Ecclesia innumerabiles virginum, puerorum, virorum & senum cuneos, huius mandragoræ succo hausto, inter cruces, ignes, vngulas, & culeos & dira supplicia ita obdormisse, vt tyranno secante, lacerate, pungente, & modis omnibus cruciante, nullum sensum viderentur habere: sed potius quasi extra omnem doloris aleam cōstituti, torquentibus superiores, illis alacres insultarent. Sed quid miramur inuictos martyres ad supplicia stupuisse, cū sponsus ipse eiusdē mādragoræ virtute sopitus, cū in cruce esset toto corpore sanguine cruentus, vndiq; viuicibus liuidus, vndiq; tumens & concussus, capite, præ imbecillitate ad humerum pendente, spinis transfixo, tamen quasi mādragorā bibisset, fundit ad patrem preces pro crucifixoribus? dicens, Pater ignosce illis, &c. Est mādragora (teste Xenophonte) contra animi merorē antidotus præsentissima: nostra verò multo efficacior est, cū Apostoli illius virtute lætitia subsisterent, cū pro Chři nomine torquebantur: & Laurentius tyranno aiebat, Carbones tui mihi refrigeriū præstant: Tiburtius, inter prunas ardentes, quasi inter purpureas & suauolentes rosas incedebat. Exultat atque triumphat Paulus inter inundantes tribulationes, inquit ad Rom. 5. Exultam⁹ in tribulationibus,

Not. 1.

Rom. 5.

lationibus, scientes quoniā tribulatio patientiam operatur, &c. *In portis nostris.* Omnes ferè Latini, iungunt verba hæc cū proxime antecedentibus: ita vt sensus sit: quod etiā cum sponsus & spōsa in ciuitatis Hierosolymitanæ portis consisterent, mādragorarū odorem præferunt: quæ indicāt, exoriētis Ecclesiæ initia fuisse felicissima: nā tres illi viri sapiētes qui relicto natali solo, ex orientis partib⁹ ad Chři cunabula pperarūt, nō itineris lōgitudine aut mortis periculo retardati sūt, quomin⁹ in Hierosolymitana regiaq; ciuitate, Chřm regē ludæorū profiterētur, eūq; mysticis munerib⁹ nō modo tanquā summū sacerdotē & regē, sed etiā tanquā Deū mundi; saluatorē colerent, ac supplices in præsepio iacentē, aut forte in matris sinu vagientē adorarent. Hos ego quasi mādragoras, in portis nascentis Ecclesiæ, per Chřm, odorem suū effudisse intelligo. Quib⁹ accessere tres illi centuriones, ex Romanorū Occidētali gēte: quorū prim⁹, dicens: sese indignū esse vt Chřs illi⁹ domū intraret, qui tñ solo nutu & imperio suo, posset illius puero integrā sanitatē restituere: hic inquā Chři ore laudatus, in ipsis portis gratissimū odorem spirauit. Sed ille alter, qui cū Chřm in cruce pēdētē spiritūq; exalātē cerneret, in verba illa prorupit, Verè fili⁹ Dei erat iste, merito inter præcipuos ex Gētilismo duces enumerat: cui⁹ fidei odor, nō potuit spōso & spōsæ nō esse suauissimus. Quid verò, de tertio illo centurione Cornelio referam, quem historia Apostolorū celebrat, tāquam

Mādrago
resuni
edo
rari
ssima.

Matt. 3.

Matt. 27.

Aho. 8
 tāquam iustū religiosum, misericordē, & multis ma-
 gnisq; virtutum luminib⁹ clarū? Quid præ terea di-
 cam de Samaritana, Cananæa, Eunuchoq; Cādaces
 reginæ Aethiopū ærarij præfecto: qui quasi mādra-
 goræ, vitæ admirabilem cęlestium donorū & spiri-
 tualium charismatum suauolentiam, longē lateq;
 diffuderunt? Sed nos, hæc duo verba, In portis no-
 stris, iuxta ęditionem septuaginta & omnium Græ-
 corū patrum sententiam, Hebræorūq; omnium cō-
 munem sensū, cū sequentibus verbis iūgam⁹: legē-
 res, In portis nris omnia poma noua & vetera dile-
 cte mi seruaui tibi. Genebrard⁹ ex Hebræo legit, Et
 in portis nris omnes fructuū delitię, nouę atq; vete-
 res: hæc omnia dilecte mi recōdidi tibi. Cōpluten-
 sis, Et in portis nris, omnia poma noua ad vetera
 nepos mi seruaui tibi. Theodoret⁹, Et in portis no-
 stris, omnes nuces nouas super veteres quotquot
 dedit mihi mater mea, nepos mi seruaui tibi. Et
 quod ad literę superficiem pertinet, sensus est: cęte-
 ris agri vitęq; rusticę voluptatibus (ait sponsa) illa
 accedit, quod præter fructus vberes & gustui gra-
 tos, quos ex vitib⁹, malogranatis, pomis, pyris, pru-
 nis & citris, tibi charissimè sponse licet carpere,
 ego intra rusticę domus nre portas, habeo omnis
 generis selectissimos fruct⁹ tā veteres quā nouos:
 quorū partem à matre meā tui amantissima, dono
 accepi, partē (mea industria) vt tibi similes delitię
 nouę & veteres nunquā deessent, in cōmuni cella-
 rio diligenter recōdidi. Aut sensus est, quoniā cō-

filium

filium est vt in agrū egrediamur, & tibi diutius, toto
 inquā verno tēpore, cōmoremur, ne putes, tibi ex
 agro vineis & hortis redeunti, de futuras agri de-
 litias: ego curauī, vt in emporio quōd iuxta ciuita-
 tis portas situm est, sit nucum auellanarum, amyda-
 linarum, castanearum, pomorum, pyrorum, & alio-
 rum fructuum tam nouorū quā veterum, copia in-
 gēs: quos ego tibi tuisq; vsibus singulari studio re-
 seruaui, atq; in foro pro vrbis portis venales esse
 prouidi. Sed iam spōsæ mentem altiorē & diuinio-
 rem, antiquorū patrum vestigia prementes, in lucē
 proferre tentemus. Per hos selectissimos fructus
 tā nouos quā veteres, quos inquit spōsa sese in por-
 tis soli spōso recōdidisse: quidā patres interpretan-
 tur iustorū hominū insignem virtutē meritaq; exi-
 mia, quæ in arcanis literis solent fructuū nomine si-
 gnificari. Et quidē per vetera poma, intelligūt Abe-
 lis innocentia & corporis atq; animæ puritatē, san-
 ctitatē Enoch, animumq; illū diuinę cōtēplationi
 deditum: Abrahę fidem & in obediendo prōpitu-
 dinem: Ioseph castitatem, & in rebus agendis sin-
 gularem prudentiā: per noua autē poma, quæ sua-
 uiora esse solent & nouitate placere, sanctorū noui
 testamenti sanctitatem & charitatē indicari: Apo-
 stolorum (inquā) fidem, spem & charitatem præstā-
 tissimā, martyrum insuperabilē fortitudinem, vir-
 ginum niueā puritatem, & aliorū sanctorū merita
 clarissima: omnia enim hæc quasi poma selectissi-
 ma spōso suo referuat Ecclesia, planē ingenuęq; cō-
 testans,

IN CANTICVM CANTICORVM

testans, quod ex plenitudine eius nos omnes accepimus gratiã pro gratia: & quod omnia merita omniumq; virtutũ fructus, à Ch̃ro tanquã à capite deriuãtur. Vel dicãtur cũ Beda, quod collectos ex vitibus, hoc est, iustis vtriusq; testamenti sanctarum actionũ racemos, martyrũ agmina, quasi malograna, purpureis ac dulcissimis granis rubescentia, virginum pulcherrima ac mitia poma, & in summa omnium electorum cõtus Ch̃ro gratissimos, intra Ecclesiã portas, vel olim sub antiqua lege, vel nũc sub noua militantium, vni Ch̃ro recõdidisse spõsa dicitur, quia omnium sanctitatẽ, gratiam eorumq; gloriã, in Ch̃ri gloriã referre conatur. Docetq; ab vno Ch̃ro meritorum præmiũ sperandũ esse, & ab eodẽ initia, media atq; incrementa virtutũ omnium pendere: qui bonorum omnium est Alpha & O, principium & finis. Hæc verò dũ profitetur sponsa, Photini errorem refellit, qui filium Dei ante Mariã extitisse inficiatur: cũ tñ hoc loco spõsa fateatur omnes iustorũ fructus vni sponso esse tribuendos, qui æquissimas leges ab ipso statim mũdi principio tulit: quibus instructi iusti, fructus Deo dignos proferrent: vires quoq; & spiritum suum illis contulit, vt quod ille per sanctas leges iusserat, exequi valerent: atq; ita digna meritis præmia reciperent. Refellit etiam Manichæi insaniam, qui alium legis veteris, alium Euangelicæ latorem esse testatur: cũ tñ iuxta sponsæ sensum & mentem, poma omnia tã vetera quã noua, in portis spõso referuari debeãt:

Apoc. 22.

Photinus.

Manichæus.

in

COMMENTARII. CAP. VII. 13

in quem vnũ tanquã in authorẽ salutis, fidẽ, spẽ & charitatem suã retulerunt: dicẽte Petro Acto. 4. Non est aliud nomẽ sub cõelo, in quo oporteat nos saluos fieri: & Acto. 15. Quid tentatis Deũ imponere iugum super ceruices discipulorũ, quod neq; patres ñri neq; nos portare potuim? sed per gratiam dñi Iesu Ch̃ri, credimus saluari quemadmodũ & illi. Nec mihi displicet eorum expositio, qui per poma vetera, eos intelligunt qui ex Iudæis Euãgelio crediderunt: per noua, eos qui ex Gentili populo Ch̃ro & Euãgelio nomen dederunt: hos enim intra Ecclesiã portas & gremium recipiens & coniungens Ecclesia, quasi novos & veteres fructus spõso reseruauit & cõsecrauit. Quãquã ille mihi potissimam sensus arridet, qui cũ antecedẽtib; & subsequẽtib; sponsæ verbis maximẽ coheret. Dixerat nanq; sponsa, sese ardere ingenti desiderio propagandi Euangelium per totum terrarũ orbem: cõuocandiq; ad Ecclesiã paganos, inter quos pernoctari & cõmorari cupiebat, vt eos ab Idolorũ cultu errorumq; & peccatorum tenebris, ad Ch̃ri spõsi religionem Euãgelicẽq; legis lucem clarissimam reuocaret. Nunc qua ratione nouus hic populus colligendus, instituendus & propagandus sit, demonstratur: nimirũ per doctrinã, ex veteri nouoq; testamento desumptã, ex libris (inquã) canonicis, quos sponsa intra Ecclesiã portas quasi fructus pomarũ spõso gratissima, diligẽter reseruauit. Et hoc significarunt, qui pro pomis, nuces nouas & veteres, vel

Acto. 4.

Acto. 15.

Nota.

f nouas

IN CANTICVM CANTICORVM

nouas super veteres, quas dicit sponsa sese à matre accepisse, transtulerunt: aptissimè enim vtriusq; testamenti libri, sententiæ & partes, nucibus cõparãtur, in quib⁹ sub duriori & insipido cortice, dulces fructus & nuclei latent, quibus vesci non licet, nisi nux ipsa frangatur. Has igitur nuces ad alendũ, nutriendumq; Christianum populum reseruat Ecclesia: semperq; seruatura est vsque in finẽ seculi. Mater autẽ, quæ iuxta Theodoretĩ & Græcorũ editio nem, sponsæ filiæ antiqua poma & veteres nuces tradidit, Synagoga est: quæ Ecclesiæ Catholicæ veteris testamẽti libros, quasi filiæ iure hereditario reliquit: quod si de vtriusq; noui & veteris testamẽti libris (quos per veteres & nouas nuces intelligendos esse diximus) sermo sit, mater est Ecclesia Romana: quæ ecclesijs per totum terrarum orbẽ diffusis, canonicos libros vtriusque testamenti per manus traducit & certo præscribit: quod si vt quidam putant alludit sponsa in his verbis ad Chrii doctrinam, Matt. 13. dicentis, quod Euangelicus minister imitari debet diuitem mercatorem, aut patrẽ familias opulentum & munificũ, qui cũ res postulat, vterque domus suæ ornamenta aurea, atq; tapetia quæ olim in magno precio fuerunt, pducit in mediũ: vt antique suppellectilis & ornamentorũ pulchritudine ostendat. Interdũ vero noua & preciosa quæq; vasa ex ebore, marmore, crystallo, auro & argento spectantibus exponit, vt hac ratione suam magnificentiam atque opulentiam facile cognoscant: ita oportet

Synagoga
mater spõ-
sæ.

COMMENTARII. CAP. VII. 114

oportet Ecclesiæ doctorem omnimoda esse eruditione præditum, vtriusq; testamenti diuturna lectione peritum, veteres nouosq; authores imprõptu habere, ex quorum omnium penu locupletissimo, amplam, splendidam & preciosam suppellectilẽ proferat: per quã auditores ad Christianã iustitiã amplectendam inflãmet. Sed cõsultò adiecit spõsa veteres hos & nouos fructus, in portis, vel domus rusticæ, vel forte in foro ciuitatis (quod prope portas sitũ esse solebat) seruatos esse, quoniã doctor Euangelicus, nunquã debet in expositione noui & veteris testamenti, ab Ecclesiæ Romanæ iudicio, vel lato digito discedere: cuius decretũ, olim adumbrabatur per portas ciuitatis, in quibus senatores & iudices sententiam ferebant, iuxta illud Prouer. vlt. quod de marito fortis viraginisq; foeminae dicitur, Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Postremus sensus sponsæq; dignus, & quem sancti patres maximè probauerunt, est: vt polliceatur sponsa, sese omnia virtutũ officia dicasse sponso, tam illa quæ à natura nobis insita sunt, & quæ nostro Marte nostrisq; viribus Deo etiam iuuante possumus præstare: vt venerari parentes, seruare amico fidem, opem ferre laboranti, & equitatem tenere: hæc inquã virtutum officia & honestas actiones, quasi veteres fructus, sponso vel Christo tunc seruat & recondit. Fructus verò novos appellat illas actiones & merita, quæ à fide, spe, charitate diuinisq; virtutib⁹ proueniunt: & quæ ilapsu impulsuq;

Prouerb.
ultima.

Nota.

pulsuq; diuini spiritus fiūt. Quibus officijs veterē hominem exuimus, induimus Ch̄m, renouamur, & in Christi imaginem magis ac magis trāsformamur. Hos inquā, fructus fideli populo mater Ecclesia in baptismo cōtulit, hos Christianus quisque in tra conscientię suę recessum atque cubiculum, soli Christo tanquā sponso referuat: à quo bonorum omnium cœlestium summa descendit, & in quem tanquam in finem vltimū sancta cogitata, vota, desideria & operanra sunt referenda: & qui strenuē laborantibus & fortiter certantibus debitā coronam est redditurus, qua insigniti, inter cœlicolas perpetuō triumphent.

Caput octauum.



Vis mihi det te fratrem meum, fugētem vbera matris meę: vt inueniam te solum foris, & deosculer te. Et iam me nemo despiciat? Apprehendam te, & ducam te in domum matris meę, & in cubiculū genitricis meę, ibi me docebis, & dabo tibi poculū ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorū. Leua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filie Hierusalem, ne suscitetis, neq; euigilate faciatis dilectam, donec ipsa velit. Quę est ista quę ascendit de deserto, delitijs affluens, innixa super dilectū suum? Sub arbore malo suscitauit te, ibi corrupta est mater.

ter tua, ibi violata est genetrix tua. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachiū tuum: quia fortis est, vt mors, dilectio: dura, vt infernus, & mulatio. Lampades eius, lāpades ignis atq; flāmarū: aquę multę non potuerūt extinguere charitatē: neq; flumina obruēt illam. Si dederit homo omnē substantiam domus suę pro dilectione, quasi nihil despiciet eā. Soror nostra paruula est, & vbera non habet, quid faciemus sorori nostre in die quando alloquēda est? Si murus est, & edificamus super eum propugnacula argētea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. Ego murus, & vbera mea sicut turris: ex quo facta sum coram eo, quasi pacē reperies. Vine a fuit pacifico in ea quę habet populos, tradidit eam custodibus. Vir affert pro fructu eius mille argēteos. Vine a mea coram me est, mille tui pacifice, & ducēti his qui custodiunt fructus eius. Quę habitas in hortis amici auscultāt te: fac me audire vocē tuā. Fuge dilecte mi, & assimulare caprę hinnuloq; ceruorum super montes aromatum.



Vis mihi det te fratrem meum fugētem vbera matris meę, vt inueniam te foris & deosculer: & iam me nemo despiciat? Septuaginta; Quis det te fratrem meum fugētem vbera matris meę? inueniens te extra osculabor te, & nō despicient me. Genebrardus ex Hebręo, Quis det te tāquā fratrem mihi, fugentē vbera matris meę? inuenirem te foris, oscularer te: nec tñ propterea despicerer. Huius capituli octaui initium, precedētis

capitis fini tātoperere coheret, vt vna sit persona que loquitur: nēpe: spōsa, vna sit & cōtinua loquētis oratio & intētio: redit enim modō causas, ppter quas in fine capitis pcedētis incitauerit spōsum, vt relicta hominū frequentia & vrbana vita in agrū secederēt, & in villis diutius cōmorarētur, vt ex oriente sole, vernique temporis clementiori aura fauente, uineta, pomaria & viridaria inuiserent: multa esse quæ illos ad relinquendā ciuitatem inuitarent, mādragoras iam odorem suum longē latēq; diffundere, sibi etiā in rusticana villula selectissimorum fructuū cū veterum tūm nouorū delicias p̄stō esse, quibus spōsus vesci pro animi voto queat. Nūc cum inquit, Quis det te mihi, &c. animi sui estū & secretiora cōsilia magis exprimens, exponit rationem quæ illā vehementius impellit, vt agrestem vitam percipiat, amet solitudinem, fugiatque hominū turbā: quæ propterea illi admodū molesta est, quia sermones cū spōso, amplexus & oscula, plerūq; interpellat, cū tñ illi supra modū sponsi sui amore ardenti nihil optabilius sit, quā in sinu sponsi semper quiescere, cū illo semper loqui, spatari per agros, vineas & hortos, cū illo semper inter purpleas rosas, cādentia lilia, diuersicolores & suaueolētes flores, herbasq; virētes ac salutiferas versari: interim que ad frigidū & limpidi fontis marginē, labentisq; riuuli tenuiq; murmure blandientis ripā cōsidere: à dulci colloquio optatisq; amplexibus & osculis nunquā vacare, & ab illi latere nūquā discedere: cupere

cupere vehementer, vt qualibetate sorores puellę, infantes germanos quos inter brachia gestāt, amplexu & osculo fouent, nullo interpellante aut similia oscula tanquā minus honesta reprehendēte, sed cūctis fauentib⁹, ac potius probātibus certa illa fraterni amoris indicia: ita sese cupere, vt ruri atque in solitudine vitā agētes, sola cū solo spōso existēs, possit eum, quasi soror fratrem, amplecti, ex osculari: nullo spectātium reprehendente ea amoris symbola, quæ ex fraterno amore proficiscūtur. Sub quibus pulcherrimis vmbri figuris atque coloribus, Ecclesia representat nobis personam eorū qui ad charitatis & virtutū omniū culmen ascenderūt: qui que vnus spōsi Chri amore flagrātes, omnibus humanis negotijs vale dicere cupiunt: illis p̄sertim qui dulcem cū Chro conuictū & sermonem interpellāt: supra modū desiderātes soli Deo vacare, cū illo in oratione, cōtemplatione & meditatione loqui: eum per charitatē amplecti, ex illi⁹q; ore plus quā nectareo castissima oscula p̄libare, eiusque suauissimū spiritū in his osculis haurire: & per totius vniuersi latē patentē cāpum, cū spōso spatari: noctu diuque diuini numinis maiestātē, sapientiā, bonitatē, pulchritudinē, omni studio cōtemplari. Sed in primis, oriente sole, radiosque illos sui sempiterni luminis super iustorū mentes diffundēte, vineas inuisere, malos punicas floescentes, & fruct⁹ parturientes intueri, ceteraque superni opificis miracula diligenter perpendere: nimirū Apostolorū senatum,

senatū, sapientia, sanctitate & Apostolica maiestate
venerandū: martyrum inuictas & instructas acies
fortitudine & cōstantia, etiā idolorū cultorib⁹ ad-
mirabiles: virginū castissimos & cādidissimos cho-
ros, qui totā humanā naturā transfiliūt angelicā pu-
ritatē imitātes, monachorū cētus, cēlestem vitā in
terris agentes, doctorū fulgētes & clarissimos cē-
tus, omnimoda diuinę sapiētię luce insignes & illu-
stres. Accedit his spectaculū aliud, iustis hominib⁹
qui iam in fastigio virtutū cōstituti sunt, Iōgē gratif-
simū: quod in mādragoris, quarū odorē cōmendat
spōsa, significari iam dixim⁹: nimirū, virtutē illā su-
percēlestē, qua, noua soboles Chřiani populi, per
duodecim pauperulos piscatores, fuit per totum
terrarū orbem tāta celeritate profeminata, & nūc
inter remotissimos noui orbis homines quotidie
ppagatur: atq; hoc nō tēpore, Romano Pōtifice
Sixto quinto in Euāgelicū negotiū sedulo incūbē-
te suaq; authoritate mirū in modū iuuāte: Philippo
verò Hispaniarū Rege Catholico, exprobatib⁹ ordi-
nib⁹ Prędicatorū, Minorū, Eremitarū & Societatis
Iesu, viros doctrina, religione & Dei zelo pręstan-
tes, ad Euāgelicū munus destināte: vt Chinarū re-
gnū opulentissimū, a dæmonū & idolorū cultu re-
uocātes, ad Chřianā religionē & fidem cōuertant.
Cuius rei felicissimū nobis successum pollicentur,
initia quędā fausta, quę hacten⁹ studio, labore & in-
dustria quorūdā sanctorū prędicatorū accepimus:
qui ad nos, quasi primitias nouorū fructuū & futu-

*Chinarum
regni am-
plissimum
nostro tē-
pore vide-
tur Christi
imperio sub-
iugandum.*

rę fecūditatis indicia detulerūt. Vim pręterea ama-
torīā illi⁹ diuinę mādragorę, in crucis mysterio, o-
culis mētis perspiciūt impletā esse iuxta illud Chřī
vaticiniū Iōā. 12. promittētis, Ego si exaltat⁹ fuero
à terra omnia trahā ad me ipsum. Traxit ad se latro-
nē, traxit Cęturionē, traxit per viuificā amatoriāq;
sanguinis sui virtutem, omnes quotquot erāt iusti-
ficādi: recōciliauit omnia, pacemq; sempiternā in-
ter cęlites & homines sanciuit. Vim quoq; soporife-
rā intuentur: quę efficit, vt secti, distenti, vsti, suspē-
si, effixi, lacerati vngulis & omnib⁹ modis excarni-
ficati, nihil sentiant: & (quod admirabili⁹ est) inter
prunas gaudeāt, vernariq; in rosis, violis & lilijs vi-
deant: vt interim taceā delicias alias vitę solitariae,
quòd intra cordis domicilium, in cōscientię portis
iusti omnium virtutū humanarū & diuinarum offi-
cia, vni sponso recōdāt. Sed quoniā nō benè cōue-
niunt, neq; in vna sede morantur maiestas & amor:
cupit spōsa, & vehementer cupit, sponsum charissi-
mū habere tanquā fraterculū tenellū, infantulū su-
gentē vbera matris suę, vt liceat illum vnus excipe-
re, ridenti, garrienti & fauenti oscula figere: & vulgi
vocib⁹ cōtemptis, nunc, Chřm in sublimi sede ad
patris dexterā cōfidentem adorare: nunc, natum ex
Virgine & lactētē reuereri, sine intermissione ora-
re, & Chřī latere nunquā aut rarò discedere. Verū
cū radix & fōs, vnde omnes spōsę delitię scaturiūt,
sit incarnationis & humanę redēptionis sacramen-
tum: in his verbis, Quis det te mihi fratrem meū, &c.

Icann. 12.

IN CANTICVM CANTICORVM

postulat Ecclesia, vt sp̄sus nostrā naturā suscipiat, intra Virgineū vterum nouem mensib⁹ delitescat: nascatur integro matris suæ pudore, p̄deat ex vberibus illius (diuino beneficio) cęlesti lacte dilētis, vt liceat sponsæ cū Ioseph Deiparæ sp̄so & Ch̄i nutritio, Simeone iusto, Anna prophetissa infantulū ex matris purissimę manib⁹ acceptū amplecti, ex osculari & in vlnis gestare, illiq; vagiēti dulcissimē blādiri: vt liceat cū paruulo (vt solent sorores puellę cū fraterculo) ludere & iocūdē garrire. Sūt (mihicredite) festa illa iustis hominib⁹ cū solennissima, tūm etiā gratissima, in quib⁹ celebrat Ecclesia incarnationis mysteriū & Ch̄i natalitia, cū inter pastores, ad Ch̄i cunabula festināt pij Ch̄i cultores, & infantē in pręsepio iacentē pulcherrimū supplices adorāt: circūcissum octaua die cruoreq; perfusum, & prę dolore lacrymas fundentē venerātur, colunt: post tredecim verò dies, à trib⁹ illis sapientissimis viris, mysticis munerib⁹ tanquā supremū regem, summū sacerdotem, Deumq; verum adorātū, ipsi quoq; iusti, magna cū voluptate, infanti, regni, sacerdotij & diuinę naturæ honorē & gloriam gratulātur: & post quadraginta dies, cū mater sanctissima & Ioseph eum in tēplum Deo præsentrari muneraq; Deo oblaturi deferunt, nos quoq; letificamus cū David, Suscepim⁹ Deus misericordiā tuam in medio tēpli tui, &c. Hunc verò sensum, nō solū Ch̄iani interpretes, sed Hebræi quoq; recipiūt, sequuti (quantū existimo) Chaldeū paraphrasem:

Psal. 47.

Chaldeus
paraphras.
tes.

COMMENTARII. CAP. VIII. 118

stem: qui hæc verba, Quis det te mihi, exponit dicta esse per Ecclesiā antiquā, inquiens: illo tēpore apparebit Rex Ch̄s, populo Israel: & filij Israel dicent ei, Esto nobiscū pro fratre, & ascēdamus Hierosolymā: & sugamus tecum sensum legis, quē admodum fugit infans vbera matris suæ: vbi per matrem, Chaldeus paraphrastes, nō tam Virginē Dei param quā legem ipsam, hoc est, quinque libros legis intelligendos esse putat: quos Ch̄s iuxta sensū ab antiquis patribus per manus traditū, semper exposuit, cū aperuit Apostolis sensum vt scripturas intelligerent, & post resurrectionē, ex lege, psalmis & prophetis demōstrauit quod oportuit Ch̄m pati, & ita intrare in gloriā suā: vnde Esa. c. 2. huic Hebræorum intelligentiæ cōsentiens, ita vaticinatur, Erit in nouissimis dieb⁹ pręparat⁹ mōs dom⁹ dñi, in vertice mōtiū: & eleuabitur super colles, & fluēt ad eum omnes gētes, & ibūt populi multi & dicēt: Venite ascēdamus ad mōtem dñi, & ad domū Dei Iacob: & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, quia de Siō exhibit lex, & verbū dñi de Hierusalē. Vbi optimē animaduertit Beda, ex hoc sermone sp̄sę planissimē refutari eorū errorē, qui asserunt, in hoc libro describi nuptias Salomonis cū filia Pharaonis, illiusq; amores in his cāticis celebrari. Sed hanc esse opinionem stultissimā probat Beda. Quæ enim vnquā fuit fœmina, iam nubilis & ad nuptias ardentē suspirās, quæ cuperet sp̄sum iam adultum & cōiugio aptum, ætate sibi parē

Esa. 2.

Beda.

vel superiorem, statura corporis & proceritate pulcherrimū atq; omnib⁹ spectādum, subita metamorphosi, in pusionem transmutari & infantulum, qui matris vbera sugeret? certē hęc nisi de Ch̄i infantia exponātur, de aduentu in carne & prædicatione inepta & ab omni ratione aliena iudicātur. Sed libet singulā verba more nostro librare, perpēdere atq; discutere. *Quis det te mihi, &c.* Quasi dicat, quis hominū aut angelorū (vel si quid homine & angelo sublimi⁹ inter creata reperitur) præstare mihi poterit, vt tu sponse, æterno Patri natura, sapientia & omnipotentia æqualis, humanā formam induens, angelis natura minor efficiaris? Sed cui (auctore Pau. ad Heb. 1.) Pater æternus psal. 2. dicat, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et quem introducens in orbem terrarum, iubet vt eum quasi principem reuereantur Angeli, dicens, Adorent eum omnes angeli ei⁹. Regius verò vates psal. 44. vbi spōsi mei dignitatem, maiestatem, pulchritudinem, facundiā & omnipotentiam suis coloribus depingit: ita de Messia loquitur, Sedes tua Deus, in seculum seculi: virga directionis, virga regni tui: dilexisti iustitiā & odisti iniquitatem, propterea vixit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, præ cōsortibus tuis. Et vt eum, iuxta naturā humanā, omnes sacerdotes, reges & prophetas, qui ad sua munera vngi & inaugurari solebāt, in immēsum superare mōstraret, subiungit: charismata, virtutes, donorū q; lumina quæ in Ch̄o splendebant, nulli vnquā hominū

vel

vel angelorum cōtigisse: inquit, Myrrha & gutta & castia à vestimentis tuis, à domibus eburneis: ex quibus deletauerūt te filiæ regum in honore tuo. Taceo multa alia, quæ Ch̄i maiestatem & dignitatem aperte profitentur. Quapropter inquit spōsa, Quis erit tam potens, tanta munificentia & sapientia præditus, vt talem tantumq; mihi sponsum tribuat, mundi opificem, moderatorem & seruatorē, simulq; fratrem meum eiusdem naturæ cōsortem: intra vteri angustias, natum ex tempore, alieno præsidio indigentem, sugentem vbera, lacrymātem, & propter hyemis inclementiā querulas voces & vāgitus dātem, vt sub carnis nostrę velo, inuisibilē illā æterni Patris imaginem latentem adorem, & in pulcherrimi infantis osculis & amplexib⁹ læta conquiescā: paruuloq; meo & spōso, infātilia munuscula præbens, cælestis gratiæ dona maxima pro minimis referam? Hęc mihi proculdubio, inquit spōsa, null⁹ hominū aut angelorum præstare potest, meis his votis solus ille potest satisfacere, à quo omnis paternitas in cęlo & in terra nominatur: & per quē nouo inauditoq; modo, immensus ille æternę mentis cōceptus, & filius in tempore natus ex Virgine, in carne mortali & infirma, frater noster verē existat & dicatur. Hic igitur Pater æternus, æterni filij principii, totius sapientiæ, bonitatis & pulchritudinis origo, donabit mihi spōsum pulcherrimum, sapientissimū, optimū: in quo vno, mea vita sita est, salus, fēlicitas, voluptas & exultatio: in quo De⁹ mū

g 3

dum

Ephes. 1

dum sibi recōcilians, instaurabit omnia, siue quę in celis sunt, siue quę in terra: splendor glorię Patris, & figura substatię eius: portansq; omnia verbo virtutis suę, purgationem peccatorum faciens: caput hominum & angelorum, primogenitus ex mortuis, vt sit ipse in omnib⁹ primatum tenens. Et sanę, erat nobis Deus ab ipso mundi exordio, appellatione creator omnipotens, sapiens, iustus, maxim⁹ & optimus: cū ea ēdidisset opera, quib⁹ nomina illa & appellationes respōdent: erat quoq; re & nomine misericors, clemens Pater, iust⁹ iudex & vindex: quia vt Pater, hominem post angelos ad imaginem & similitudinem suā effinxit de limo terrę: cui animā ratione & libero arbitrio pręditā clementer infudit, ac pro sua munificentia & bonitate, eum multis corporis & animę dotibus, & quod mai⁹ est, gratiæ cęlestis pulcherrimis ornamentis insigniuit: & in amēnissimo horto, hominem quasi rerum sublunarium præsidentem cōstituit, vt vitā in terris cęlestem & immortalem inchoaret, à qua peractō humanę vitę curriculo à Deo pręfinito, in beatorum angelorum domicilium & felicissimum cōsortium transiret: ille tñ, vt iust⁹ zelotes & criminum vindicator, primos parentes, ppter peccatum cōtra diuinā legem cōmissum, ex paradiso expulit, multisq; subiecit supplicijs & calamitatibus. Cain fratricidā, vagum & tremulum esse voluit: homines postea corruptis moribus omniumq; flagitiorum sordib⁹ cōtaminatos, aquarum ingenti inundatione obruit

&

& extinxit: sola iusti Noëni familia salua & incolu-
mi: in qua genus hominum instauraret. Petit ergo modo spōsa, vt quem hactenus cōditorem, dñatorem, iustum, zelotem, & Deum vltionum nominabat: iam propter naturę nostrę cōmunionem, fratrem vocare liceat: vt nihil illi desit ad optatā felicitatē, cū iam Deus humanę naturę particeps factus, ille sit de quo Pau. dicit ad Rom. 8. Quos pręsciuit & prędestinavit cōformes fieri imaginis filij eius, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: quā propterea dignitatē idem Apostolus ad Eph. 1. tāti facit, vt nihil magis homini Chřiano expetendū esse putet in vita præsenti, quā diuini spirit⁹ & splendoris lucē: qua illustratus, mente & cogitatione perpēdat, quę sit spes vocationis nostrę, quę diuitiæ & gloria hęreditatis cęlestis in sanctis: vt sub Chřo fratre, hęreditario regno in cęlo perpetuō fruamur. *Sugētem vbera matris meę.* Pergit vltorius sponsa, & cū maximum incarnationis beneficium impetrauerit, audentior facta, adhuc plura postulat: vt sponso suo maiori cū fiducia & securitate potiatur. Cupit omnes terroris causas ē medio esse sublatas, atq; ita vult videre illū: nō regia, Cęsarea & augusta maiestate tremendū, inter armatas militum acies, corporis proceritate & cristata galea perspicuum: nō in eburneo, auroq; fuluescente throno, principum, magnatum, equitum & ministrorū multitudine circūcinctū, nō in sublimiori curru, aut elegāti ephippijs phalerisq; superbo equo, per urbē incedentē:

sed

sed postulat vt liceat illi intueri sp̄sum, paruulum, tenellum, sugentem vbera matris suæ: & in quo nihil appareat quod eā ab amplexib⁹ & osculis sp̄si possit perterrere. Cognouit sp̄sa, primos illos patres n̄ros, post culpā perpetrātā nudos & pudibundos, cū audissent vocē Dei deambulātis in paradiso, ad aurā post meridiem magna trepidatione percussos: ad umbriferę, opacę & fr̄dosę arboris latebras cōfugisse. Nunc vult eum sp̄sum habere, qui Deus sit & infans: nō deambulās, sed in matris sinu quiescens: nō minacem vocē edens, sed vagit⁹: qui cōdolentiam excitare valeāt, nō metū incutere: nō cōpellentem ad fugiendū & querenda latibula, sed potius inuitatem vt cū pastoribus ad Bethlehemicū diuersorium festinemus: infantē iacentē in presepio & p̄nis inuolutum, & sugentē vbera matris suę cōspecturi. Videt Gen. 28. Iacob, inter dormiēdum, scalam à terra in cęlum erectā, cacumine suo altissimū cęli orbem cōtingentem: Deumq; scalę innixum, maxima quęq; beneficia Iacob illiusq; posteritati promittētem. Vidit quoq; angelos per scalam illā cęlos ascendere, & per eandē ad terrā descendentes: euigilans tñ, frigidus timore correptus dixit. Quā terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi, domus Dei, & porta cęli! quasi diceret. Cū scala nobis occurrit, quę cęlos pertingat, domus Dei aut porta cęli, Deusq; ipse nobis etiā inter dormiēdū loquitur: quāquā maxima quęq; nobis bona promittat, nō possumus nō trepidare & cōtremiscere,

in tantę maiestatis præsentię cōstituti: horrēdum enim est incidere in man⁹ Dei viuētis: quod si in Bethlehemicū stabulū ingrediaris, & iā nō inter dormiendū vt veteres illi solebāt, intuearis nō vmbrailem scālā sed veram, id est, Ch̄m: qui licet ratione humanę naturę in terris existat, iaceat in fœno p̄nis inuolutus & fascijs astrictus: si tñ in illo diuinā naturam cōsideres, nō solū cęlos, sed angelos omnes trāscendit: qui infantulo nō ex Virgine nato letos hymnos canētes, gloriā Deo canūt & sempiternā laudem, hominib⁹ pacē faustissimā. Et cū (teste Pau. ad Heb. 1.) omnes sint administratorij spiritus in ministeriū missi, propter eos qui hereditatē capiunt salutis, de n̄ra salute solliciti, per scālā hanc, hoc est, Ch̄o ita iubente, ad nos frequenter descendūt: nobisq; inter tenebras gradientibus lucē præsferentes, aberrantibus rectā viuēdi rationē ostendentes, vota precesq; n̄ras ad Dei thronū referentes, per hanc scālā nempe Ch̄m, cęlos ascendūt. Cernes quoq; ibi domum nō fabrorum arte & opera cōstructā, sed Spirit⁹ sancti atq; altissimi virtute ædificatā, nempe Ch̄i corp⁹: in quo Verbū diuinū in duabus naturis subsistens, perpetuò cōmoratur: & tāquā in domo temploq; sanctissimo inhabitans, dicebat, Soluite tēplū hoc & ego in triduo reedificabo illud: quod nō de Hierosolymitano tēplo sed de corpore suo intelligendū esse, sacer Euāgelista declarauit. Intueberis etiā ibi portam illam ad Orientem sitā, per quā semper clausam & Virgi-

neo signaculo obseratā, solus Chrs̄s exiuit, tanquā sp̄s de thalamo suo procedens in hominum cōspectū. Quæ tñ nulli mortalium occluditur, sed omnib⁹ ad eam cōfugientibus, illiusq; p̄sidiū ex animo optātibus, patet, vt per illā ad Deū ingrediantur, & cōsequantur peccatorū veniā, gratiā iustificatē magnū illud perseueratiæ donū: & tandem eternā felicitatē. Et tñ hæc quæ olim inter dormiēdum visa, terribilia admodū esse videbātur, modò omni prorsus formidine remota, videri possūt: n̄ enim infantis aspect⁹ suauissimus, & ex oculis fluentes gēmeꝝ lacrymulæ, oris venustas, pusillia corporis statura, & membrorū teneritudo: indicāt in hoc infātulo amoris esse incitamentā, nō timoris. Quid verò dicam de puerpera, quæ nobis hūc pulcherrimū infantulum protulit? certē grātia oculorū illi⁹, frontis serenitas, morū suauitas, loquēdi modestia & animi humilitas admiranda, audaciā omnib⁹ p̄bet, vt nouū regē & seruatorem nobis natum leti salutemus: & ad thronū gratiæ eius accedentes, preces fundamus ac maxima quæq; beneficia impetremus. Vidit Exo. 3. Moses rubū ardentem, sed virentem, & quem edax flāma neq; denigraret neq; cōfumeret: cūq; miraculū inspecturus proprius accederet, audit Deū inter rubi flāmas tonantem ac dicentem vt gradum sistat, calceamenta deponat, terramq; illā nūminis p̄sēntia & nouo miraculo venerandā, nō nisi nudis ac mūdīs pedibus cōtingat. At in diuersorio, nobis iuuentibus rubus appare-

bit per illū veterem adumbratus: Virgo quæ Deū ignem omnia illustrantem, cōseruantem & etiā cōfumentē, intra viscera sua nouē mensibus cōseruauit, fouit in sinu, nutriuit lacte, sine vllō virginei viroris dispēdio. Quod si hui⁹ pulcherrimi miraculi aspectu allestus coneris ad Virginē illiusq; dulcē filium accedere, audies ex ipso rubo vocem gratissimi tibi dicentē, Venite ad me omnes qui cōcupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini: quasi dicat, Agite mortales, accedite, properate, volate, venite & accipite fructum hunc suauissimū ventris mei, Iesum dulcissimum: quo nutriti, mira & incredibili voluptate reficiamini: & subiungit huius rei causam, spiritus enim meus, super mel dulcis: & hæreditas mea, super mel & fauū: qui edunt me, adhuc esuriēt: & qui bibūt me, adhuc sitiēt, &c. Legimus, Esther reginam, Assuero regi opulētissimo (repudiata Vasthi) matrimonio copulatā p̄pter raram formę speciem, charissimā, cū regem ipsum videret in throno suo sedentem, corona, scepro purpura, auro & gemmis fulgentem, & ardentibus oculis pectore cōceptum furorem indicantem, ad aspectum regis cōsternatam: & roseo illo natiuoq; colore in pallorē mutato, atq; capite p̄ deliquio super ancillā, cui p̄x teneritudine innitēbatur, inclinato, exanimatam fuisse: ita vt spiritum exhalatura videretur, nisi rex, amore impellente, ex sublimi throno festinus exiliens reginamq; amplectens, atque vlnis sustentās, blādimentis illam erexisset, &

Ecclesiastica

Esther. 15

IN CANTICVM CANTICORVM

fugientem spiritū reuocasset, dicens, Quid habes Esther? Ego sum frater tuus noli metuere. At spōsa nostra, extra omnem aleam cōstituta est tāti discriminis: habet quod petit, spōsum non vt regēm, sed vt fratrem: non coronā, sceptrō, purpura, gemmis & auro fulgentem, sed pannis inuolutum: nō ardentibus oculis pectoris furorem indicātem, sed grato & nitenti aspectu: placidū, mitem, amabilem: ita vt nō exanimari & cōsternari in illius prēsentiā debeamus, sed ingentem fiduciā concipere: illiq; matris vbera sugenti, dulcia oscula figere. Quod vero inquit, Quis det te fratrem mihi? planē demonstrat cōceptum & partum Virginis: paruuli Chri lacrymas, flebiles vagitus, & labores ex temporis inclementia susceptos: stabuli angustias, pannorum inopiam, & puerperę indigētiam ac pauperem suppellectilem, omnia esse propter sponsę salutem: in hac inopia, sponsę diuitias, & inestimabiles thesauros recōditos esse: ex his lacrymis & laborib; Chri, illius gaudia pendere: & (ō paruuli Iesu incōparabilem virtutem) in lacte quo ipse nutritur, vim esse purgandi omnia sponsę crimina! Miramur dixisse Paul. ad Ephes. 5. quod Chrs dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt exhiberet sibi sponfam non habentem maculam neq; rugam, &c. scaturire enim ex latere Chri sanguis & aqua, ex quib; deriuata sacramentorū vis, Ecclesiam mādāt, purificat, sanctificat & perficit: ita vt omni ruga & macula carens, Chro sponso maximē placeat. Sed mirabilius

COMMENTARII. CAP. VIII. 123

rabilius esse videtur, quod lacte sugentis infantuli homines a peccatis purgentur: quod dicere nō auderem, nisi hoc sponsa c. 5. de nobilissimis Ecclesię membris, hoc est, de episcopis, doctoribus & concionatoribus dixisset, quos oculos sponsi vocans, ita ait, Oculi eius, sicut colūbę super riuulos aquarū, quę lacte sunt lotę & resident iuxta fluentia plenissima. Per oculos sponsi, proculdubio eos significat, qui in Ecclesia pręstant oculorum officia cęteris membris ostendentes viam & viuendi rationem, quę ducit ad beatitudinem. Hi quanquam super aquarū riuulos, hoc est, in aliorū sanctorum meditatione & cogitatione, magno cum fructu aliquando versentur, indeq; vt solent colūbę, limpidos sanctarum virtutū laticēs soleant haurire, tñ lacte, potissimū ecclesiastici pastores & doctores lauantur, defęcantur, purgantur: dū in contemplatione nati Chri, Chri ferę Virginis, vtriusq; humilitatem, puritatem, paupertatem, lacrymas, labores, charitatem, altū silentiū, & omniū rerū humanarū contemptū conantur imitari: lacteo infantis Iesu liquore candescūt spirituales colūbę, hoc est, doctores, qui etsi inter Chri natalitia repetant cū Ecclesia memoriam Stephani prothomartyris, Ioannis Apostoli & Euangelistę, & sanctorū Innocentium, quasi colūbę super riuulos aquarū incedētes: Chri tñ infantili lacte loti, purificati & mūdati, resident iuxta fluentia plenissima Chri & Mariam: in quib; omniū celestium bonorū plenitudo cōsistit. Chri

Cant. 5

Notas.

Notas. 1

IN CANTICVM CANTICORVM

enim legimus plenū gratia & veritate, de cuius plenitudine omnes accepim⁹: qui cū nō acceperit spiritum ad mensuram, impartitur nobis Spiritum sanctum: quo remittuntur peccata, expiantur crimina, & internus homo renouatus & cōdecoratus, sūmā cōsequitur pulchritudinē. Virginē etiā gratia plenam esse dixit angelus, quę post Ch̄m sūmā habet gratię plenitudinem: quę ipsa instar purissimi fōtis protulit nobis Ch̄m, gratię fōtem & authorē principium. *Vt inueniā te foris.* Quidā Latini codices habent, *Vt inueniā te solū foris.* Exponit his verbis, fructum quem perceptura erat spōsa, si De⁹ illi cōcederet, vt habere in terris posset spōsum eterni patris filium, natum ex Virgine, & illi⁹ sugentē vbera: tunc enim inueniet dilectū foris, in publico, in omnium cōspectu: speratq; futurum, vt quasi soror fratriculum charissimum amplectatur & exosculetur, nullo reprehendente: imo tot tātisq; priuilegijs decoratā, superni quoq; spirit⁹ felicem esse prædicabunt: & quā antea veluti abiectā & ppter peccata cōtemptibilem esse fatebantur, nunc quia nō angelos apprehendit, sed semen Abrahę apprehēdit, in Ch̄o Iesu supplices adorabūt: ceteros verō homines, quos olim coram se genua flectētes libēter ferebāt, nunc neq; similem honorē sibi ab eis deferri patiuntur, nec sese principes ac dños vt Gene. 18. & Danie. 10. appellari. Nā cū Apoc. 19. Ioānes Euāgelista pronus angelū adorare vellet, ille hoc fieri prōhibuit, dicens, Vide ne feceris, cōseruus enim

Luc. 1

Apoc. 19

tuus

COMMENTARII. CAP. VIII.

124

tuus suum & fratrum tuorum, & eorum qui seruant verbapphetię libri hui⁹: Deum adora. Quod si angelis dignitate vel pares vel superiores sumus, posteaquā De⁹ nrām suscepit naturam, quā in altaris sacramento nō modo adoram⁹, sed ore tangim⁹ & in stomachum traicimus, diuinoq; illo & amatorio cibo nutriti, in Deum trāsformamur: null⁹ audebit eum cōtemnere, quē Deus ad tantam euexit dignitatē. Foris inuenire dicitur spōsa spōsum, post conceptum & partum Virginis: quoniam quem ante, si de mētisq; agitatione inquisitum, inueniebat Deū esse Patri æqualem, & in illi⁹ sinu ex æternitate procedere, nōdum tñ (quod illa vehemēter cupiebat) reperiēbat illum in visibili natura existentem: iuxta illud testimonium Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit: & Paulus ait, quod lucem habitat inaccessibilem. Habebat igitur Ecclesia spōsum, sed intus intra parentis mentem, in patris sui abditissimo sinu in illo Trinitatis arcano soli q; Deo accessibili cubiculo, posuit tenebras latibulum suum: vnde Ioan. 5. ait Ch̄s, Neq; speciem ei⁹ vidistis, neque vocem ei⁹ audistis. At postquā iuxta Baruch vaticinium, Deus ille qui bene beateq; viuendi leges Hebræo populo tradiderat, in terris visus est, & cum hominibus cōuersatus est: posteaquam Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: tunc verē dicitur Felix spōsa, quę illum extra, foris, corporeum & visibilem obtinet, vt imaginem illam sempiternę mentis

Ioann. 1.

1. Thim. 6

Ioann. 5

Baruch. 3.

Ioann. 1

HIC

expres-

expressam, in tenerissimi infantis exiguo corpusculo latentem intueatur, reuereatur, amplectatur & excolletur, & ex visibili pulchritudine, ad primi illius pulchri speciē colendā & amādā rapiatur. Quapropter canit illa in festis natalitijs, Quod per incarnati Verbi mysteriū, noua mētis nr̄e oculis lux taę claritatis infulsit: vt dū visibiliter Deū cognoscimus, per hunc, in inuisibiliū amorē rapiamur: paruulus enim hic, natus nobis ex Virgine, teste Esaia, admirabilis est Deus, fortis, pater futuri seculi, & princeps pacis: qui accedentes ad se illustrat, inflāmat & rapit: vt quē mente perquirunt, inueniant: inuentum, Deū & hominē fateantur: quem vt sumnū bonum ament, ardeāt, & in illo suas omnes spes, suāq; felicitatem sitam esse credant. Viderunt eum anti qui patres Abel, Noe, Abrahā, Isaac & Iacob, sed intus latentē & reconditum, intra veterū sacrificiorū & sacramentorū umbras & integumēta. Vmbra enim, inquit Paul^o, habuit lex futurorū bonorū, nō ipsam imaginem rerū: sed postquā ille sol, spīedor Patris clarissim^o, ex Virgineo vtero processit, tanquā spōsus procedens de thalamo suo: nūc legim^o, pastores, Lucæ. 2. monente angelo, ad saluatoris in cunabula properasse, Et inuenerūt (inquit Euangelista) Mariam & Ioseph, & infantē positū in præsepio: videntes autem, cognouerunt de verbo quod dictū fuerat illis de puero hoc: & reuersi sunt glorificantes & laudantes dñm. Inuenerunt quoq; illum tres illi Reges, de quibus Mat. c. 2. inquit, Intrans domum

domū, inuenerunt puerum cū Maria matre eius: & procidētes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum, thus, & myrrhā. Inuenit eum, sanctus ille senex Simeon: cū agitatedi uino spiritu, videndi illū desiderio estuans, in templum peruenit: vbi de manu Virginis, eum vlnis excipiens, carmen illud cecinit, Nunc dimittis seruū tuum dñe, secundū verbū tuū in pace: quia viderūt oculi mei, salutare tuum: quod parasti, antē faciem omnium populorū, &c. Inuenit quoq; desideratū paruulū, post multorū annorū ieiunia, lacrymas, suspiria & preces, in templo, Anna prophetissa: cū viso puero hoc pulcherrimo, illū saluatorē & instauratorē generis humani esse, prædicabat omnib^o qui expectabāt redēptionem Israel. Inuenit eum foris Chri amātissimus Ioānes Baptista, post multos annos in horrida solitudine transactos, cū ad Iordanis fluentia, ad se venientē baptismūq; ab illo postulatē, cōtremiscens, genua flectens & baptizandi ministerium exhibere recusans, dixit, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Quē esse mūdi redemptorē plane intellexit signovisibili, nimirū Spiritu sancto descendente super Chrm in specie colūbæ: de quo ipse Baptista Ioā. 1. ait, Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem videris Spiritū sanctū descendentē, hic est qui baptizat in Spiritu factō & igne: inde eum ad se venientē, duobus discipulis suis mundi redēptorē esse testatur, dicens, Ecce agnus Dei, ecce qui tolit peccata mūdi.

Luc. 2.

Mat. 3.

Ioann. 1.

IN CANTICVM CANTICORVM

Nota.

di. Vox illa, ecce, ipsaq; digiti indicatio, indicat sp̄o-
sum iam nō intus esse, sed extra, ita vt digito possit
mōstrari: ac p̄pterea, Andreas, posteaquā cū Ch̄ro
in visibili carne fuerat collocutus, fratri Simoni le-
tus dixit, Inuenimus Messia. Et Philipp⁹, Natanae-
li inquit, Quē scripsit Moses in lege, & prophete, ni-
mirū, humani generis instauratorē & authorē nr̄ae
salutis, inuenim⁹, Iesum filium Ioseph à Nazareth.
Ipsē quoque Natanael, postquā quæ Philippus di-
xerat, ex Ch̄ri sermone vera esse deprehēdit, quasi
inuenisset eum foris, & visibilibus indicijs, atq; ar-
gumentis efficacibus eum esse verū Messia cōper-
tum haberet, in verba illa prorupit: Rabbi tu es fili⁹
Dei, tu es rex Israēl. Quod si (vt multi codices Lati-
ni habēt) legamus, Vt inueniā te solum foris: notat
dictio illa, solum, solū filium in humana natura sub-
sistere, nō patrem, aut spiritū sanctū: quod voto &
desiderio sp̄osē erat maxime cōsentaneū. Optabat
fratrē: erat igitur operē precium, vt qui erat ex eter-
nitate filius patris, ex tēpore natus ex Virgine pro-
pter naturē cōmunionem, esset noster frater: & ma-
trem haberet in terris, qui vnū habet in celis & eter-
num patrem. Dolebat sp̄osa, quod humanæ naturæ
ad imaginē & similitudinē Dei creatę forma & pul-
chritudo, esset per peccatū deformata: nūc gaudet
quod filium qui est imago patris, in humanę naturę
habitu inuentura sit: vt imaginem illā deformatā,
ipse sibi vnitā restauret atq; perficiat. Et in summa
solum filium vult inuenire foris, hoc est, in natura
humana

COMMENTARII. CAP. VIII. 16

humana subsistentē: quoniā cū ipse sapiētia patris
sit, ad quā pertinet omnia in pōdere numero & mē-
sura cōstitūere, ordinare omnia, & optatā illā ordi-
nis trāquillitatem rebus omnib⁹ cōditis impartiri:
cōsultissimū fuit, vt solus filius, homo fact⁹, mūdū
sibi recōciliaret, pacēq; mundo redderet: iuxta Ec-
clesiē vocem, In se recociliās ima summis. Multi in-
terpretes, verba illa, Vt inueniā te foris & de oscu-
ler, &c. interpretātur de Ecclesia, tempore persecu-
tionum: cū Neronis, Caligulæ, Traiani, Maximini,
Licinij & Diocletiani, aliorūq; furore & sequitia agi
tata, nō poterat sp̄osum publice colere, sacrosāctā *Nota.*
altaris hostiā illi offerre, & in tēplis diuinis illi lau-
des canere: sed Ch̄riani tūc tyrānorum improbita-
te, sequitia & cōminationib⁹ perterriti, aut ad mon-
tes & solitudines cōfugiebant, aut in antris, spelū-
cis, cryptis locisq; ab hominum frequentia remo-
tis, Deo sacrificabāt. Optat igitur modo, vt liceat
illi, inuenire sp̄osum foris, nō in cryptis, latibulis &
speluncis: vt possit sine vllō timore in tēpla cōflue-
re, in omnium cōspectu Ch̄ri adorare, & hostiā il-
lā mundā, sanctā, expiatoriā criminum, illi in altari
offerre: hymnos illi in publicis cōuentibus noctu-
diuq; canere. Et sanē Ch̄riani foris inuenire cēsen-
tur sp̄osum, cū illi in sacris edib⁹ latriā deferunt, ex-
oscutantur illum: cū in penitentiæ sacramēto Ch̄ro
recōciliantur, & maxime cū in altari de manu sa-
cerdotis sacrā Eucharistiā percipiunt: in qua opti-
ma & efficacissima amoris diuini symbola cōtinē

IN CANTICVM CANTICORVM

tur. Quapropter in paschalibus festis, verè dicitur spòsa inuenisse spòsum foris, eiq; dulcia oscula porrigere. Tunc etiã eum apprehendit, ducitq; in domũ matris suæ, & in cubiculũ genitricis suæ: in quo secretiori & sacratiori loco, spòsus spòsam docet, illaq; tribuit spòso vinum cõditum, & mustum malõ rũgranatorũ: nã postea quã iusti digne suscipientes cibum illum sacratissimum, quo in Deum maximè trãformantur: tunc inquã, spòsum apprehendit, & amoris brachijs fortissimè amplectuntur & astringunt: tunc ad intimos animi recessus, ad cordis penetralia & cõscientiẽ secretius cubiculum, quasi ad matris natalem domum, spòsum ducere conantur: vbi in florido illo & casto purioris cõscientiẽ thalamo, audiunt spòsum loquentem, docentem, cõsolãtem & ad maiora charitatis incrementa incitãtem, dicentes cum David psal. 84. Audiã quid loquatur in me dñs Deus meus, quoniam loquetur pacẽ in plebem suã & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Quo spòsi sermone gratissimo atque efficacissimo cõmota spòsa, & quæcunq; iusti hominis anima, se totã spòso tradens, eumq; ex toto corde, ex tota mente & ex totis viribus diligens propinat illi vinum, nõ qualecunq; sed conditum, hoc est, amorem cum omnib; alijs virtutibus coniunctum (hoc enim est vinum cõditum) feruentioremq; quandã erga proximos charitatem, quẽ nos vrgeat ad misericordiẽ officia præstãda, vt gaudeamus cum gaudentib; & flentibus cõpatiamur: & dicere

psal. 84

COMMENTARII. CAP. VIII

cere possim? cũ Apostolo, Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis scãdalizatur, & ego nõ vror? Hęc enim animorum cõcordia, hęc consensio animorũ & voluntatum, Chro spõso, qui pacem nobis tãto pere commendauit gratissima est: & hęc per mustũ malorum granatorum hoc loco significatur. Hoc vinũ conditum, postulat à quocunq; Chriano magnè ille theologus Ioãnes, dicens, Qui viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua ab illo, quomodo charitas Dei manet in illo? & alibi, Si quis dicit se nosse Deũ, & mã data eius non seruat, mendax est: & Chrs ipse, Si quis diligit me, sermone meum seruabit, & pater me; diliget eum, & ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Musto verò malorum granatorum reficiunt sponsum, illi qui summo studio, iuxta Pauli præceptum, conseruare conãtur vnitatem spiritus in vinculo pacis: nihil magis cupientes, quã fratrũ miseras subleuare, errantes docere, mestos consolari, & ad salutem æternã aspirãtib;, doctrina & consilio opem ferre. Alij interpretes exponunt vocem hanc, Quis det te mihi, &c. perfectorum esse: in quibus charitas ardet, & timor pgnarum qui seruilis dicitur, cessat crescente timore illo sancto, de quo inquit David, Timor dñi sanctus, permanet in seculum seculi: atq; ita cupiens cum Deo tanquã amico familiaris conuersari, hoc enim sonant verba illa, Quis det te mihi tanquam fratrem? Contemnunt hi, vulgi rumores, & stultam importunamq; mundanorũ

2. Cor. 1.

1. Ioann. 3.

Ioann. 6.

Colos. 3.

psal. 8.

hominum improbitatem semper sanctis actionibus aduersantium, & iustis hominibus caninis dentibus detrahentium: deferentes secum altam mentis quietem, & ubique Deum colentes, illiusque contemplationi vacantes: non iam cum Mose diuinę maiestatis terrore percussus, aut cum Esther ad illius splendidissimum aspectum contestati: sed cum Ioanne illo dilecto, in Christi pectore quiescentes dulci sopore capti: dicentes cum sponsa hoc loco, Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Iam Deum foris inuenientes, non in rerum creatarum umbra, vestigio & specie, sed in seipso, pro viribus eum speculantes, imitantes eos, de quibus Paulus ad Corinthios 3. ait, Nos reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, a claritate in claritatem tanquam a domini spiritu, ubi non sine magno consilio, inquit Apostolus, perfectissimam hanc diuini numinis contemplationem, a diuino spiritu proficisci: de quo eiusdem epistolę c. 4. inquit idem Apostolus, Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei. Quapropter Theodoretus, & ex Latinis patribus quidam, totam hanc sponsę orationem, sentiunt ad statum beatorum esse referendam, Quis inquit, dete mihi fratrem meum? &c. Certe, beati omnes, sub Christo æterni Patris primogenito diuina visione perpetuo fruente, gratulari sibi iure optimo possunt, quod habeant Christum tanquam fratrem matris suę vbera sugentem: quod illum foris inuentum de osculatur, comprehendant, & in maternam domum atque cubiculum introducant, quod ab illo doceantur, & pro

tot

tot tantisque beneficijs, vinum conditum & mustum malorum granatorum illi rependant: nam teste Paulo, beatitudo in hoc sita est, quod Christi similitudinem perfecte exprimamur, configurati imagini filij Dei, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Hoc igitur est summum illud beneficium, quod sibi exhiberi anxie petit sponsa: & de quo Esa. c. vlt. inquit, Parturiiuit & peperit Sion filios suos, Deus vero, pater huius beatissimę proles amatissimus, ita ait, Numquid ego qui alios parere facio, non pariam? dicit dominus, & qui alijs generationem tribuo, sterilis ero? Placet namque eterno Patri, non solum filius ille, qui illi est perfectissimus splendor, a quo vtriusque nexus suauissimus Spiritus sanctus procedit, qui est patris & filij sempiternus amor: sed placet etiam illi, numerosi beatorum ordines, patriarcharum, Apostolorum, prophetarum, martyrum, virginum, & aliorum sanctorum, cum primogenito filio eternam hereditatem in eum possidentes. Ibi vident beati, filium patri coeternum, iuxta naturam diuinam visione summi illius pulchri primi verri primi que boni beatus: sed iuxta humanam, ad eiusdem sempiternę essentię, Christi animam & mentem quasi ad matris vbera pendentem: ita ut verè dicat sponsa, quod habeat Christum tanquam fratrem matris suę vbera sugentem: quod illa obtinere vehementer optabat cap. i. huius libri, quando dicebat, Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum: quasi dicat, Multa mihi philosophi de beatitudine

suorum

Rom. 8.

Esa. 66.

1. Corin. 3.

1. Corin. 4.
Theodore-
110.

fuorum librorum monumentis consignata tradiderunt, sed ipsi errorum tenebris circumfusi, verā mihi beatitudinem nunquā indicarunt: tu igitur charissime spōse, lux vera, illuminans omnem hominē venientem in hūc mundum: indica mihi, vbi sit bonum illud summum atq; perfectum, quo mens nra pascitur, satiatur appetit⁹, & volūtas quiescit: quod nobis indicavit Chrs Ioan. 17. dicens, Hęc est vita eterna, vt cognoscāt te solum Deum verum, & quē misisti Iesum Chrm: ibi enim & spōsum & omnes spōsi fratres, sugentes vbera matris suę, beatos cōstitui testat̄ Esa. c. vlt. ita dicens, Letamini cum Hierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam, vt sugatis & repleamini ab vberib⁹ cōsolationis ei⁹: vt mulgeatis & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius, quia hęc dicit dñs, Ecce ego declinabo super eam, quasi fluuium pacis: & quasi torrentē inundātem gloriā gentium, quā sugetis: ad vbera portabimini, & super gēua blandietur vobis, quomodo si cui mater blandiatur, ita ego cōsolabor vos, & in Hierusalem cōsolabimini: cui cōcinit illud Apoc. 19. Absterget Deus omnem lacrymā ab oculis sanctorum, & iam nō erit amplius neq; luctus, neq; clamor: sed neq; vllus dolor, quoniam priora transierunt, &c. Ad hunc statum felicissimum, alluisse mihi videtur responsum illud Chri Lucę. 11. vbi cū mulier quędam extollens vocem dixisset, Beat⁹ vter qui te portauit & vbera quę suxisti: ille iure optimo matrem beatam appellari sentiens, dixit, aliam esse

Ioannas

Ioann. 17.

Esa. 66

Apoc. 19.

Lucę. 11.

esse excellētiorem beatitudinem, Beati, inquit, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. De quib⁹ etiā vberibus, intelligunt patres vaticiniū illud Iacob Gen. 49. dicentis, Omnipotēs benedicet tibi benedictionibus cęli desuper, & benedictionibus abisi iacentis deorsū, & benedictionibus vberū & vuluę. Quę verba, licet in sensu historico de rebus ad vitā corporis pertinentib⁹, & de numerosa prole posteritatis Ioseph intelligenda sint, in anagogico tñ sensu, ad vitā illam beatā & bonis omnib⁹ affluentem sunt referenda: vbi quod sepius diximus, spōsa sponsū cōplectitur tanquā fratrem sugentē vbera matris suę: sed qui in illo statu quē ā momento suę cōceptionis est cōsequut⁹, iam nō vt paruulus sugit vbera, sed vt admirabilis, vt fortis, vt pater futurisęculi, & vt princeps pacis: cuius imperiū multiplicabit, & regni eius nō erit finis. Nā hac in parte ceteri quoq; sub Chro primogenito fratre, ad matris vbera pendentes, non paruuli, sed perfecti maximiq; viri sunt appellādi: gigātes sunt, virtutum omnium proceritate prestantes: quib⁹ cōparati qui in hac lacrymarum valle versantur, exiguis locustis similes esse dicuntur. Vnde Chrs, de Ioanne Baptista in vita presentī agente, inquit, Inter natos mulierū nō surrexit maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cęlorum, maior est illo: & Pau. 1. ad Corin. 13. Omnes iustos qui nōdū ad beatitudinis statum peruenerunt, paruulis similes esse censet, beatos verò, viris perfectis, dicens, Cū venierit

Gene. 49

Num. 13

1. Cori. 13

k nerit

nerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est, cū essem paruulus loquebar vt paruulus, sapiebā vt paruulus, cogitabā vt paruulus. quādo autem factus sum vir, euacuauī quæ erant paruuli: videm nunc per speculū in enigmate (en statū paruulorū) tunc autē facie ad faciem (vides virilē statū) quod magis explicās, ait, Nūc cognosco ex parte, tūc autē cognoscā, sicut & cognitus sum: vbi declarat beatorum celsitudinē in hoc potissimū cōsistere, quod eādē omnino specie & essentia, qua De^o seipsum omniaq; videt, ipsi, Deū intueantur. Sed ne putemus, vllum esse hominum vel angelorum in gratia & gloria spōso equiparandū, subiūgit spōsa, Vt inueniā te solum foris: solus enim Chrs, altissimū cœli empyrei verticē cōuexum pedibus contingens, foris & extra totum vniuersum existit: vbi à spōsa tribusq; angelorū hierarchijs, tāquā beatorū omnīū princeps colitur, gratia & gloria omnib⁹ infinitē excellentior: vnde Pau. ad Eph. 3. ait, Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Solus omnīū beatorū ordines trāscēdēs, videt in verbo, omnia quę sunt Deo in sua eternitate presentia: solus iudex cū sit viuorum & mortuorum, beatorum & dānatorum, omnīū cogitationes, quę certo numero cōprehendi non possunt, intuetur: solus ille, etiā ratione humanę naturę, beatorum omnes docet, purgat, illuminat, perficit, & suo gratissimo conspectu pascit & reficit: ratione verò naturæ diuinę, solus est extra omnium rerū creaturum

Nota.

Eph. 3.

rū decem genera cōstitutus, solus extra vniuersum omnia creabilia in immēsum superans, sol⁹ & vnus Deus, cū Patre & Spiritu sancto: actus purissim⁹ & simplicissimus totius potētīę expertus interminabilis, indefinibilis, principium & finis rerū omnium: Ipse extra omnē causam posit⁹, ab spōsa inuenitur: quę perfectissimē spōso suo copulāda in futura felicitate esse dicitur Apoc. 19. vbi audisse legitur Ioānes quasi vocē tubæ magnæ, & quasi vocē aquarū multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorū dicentium, Alleluia, quoniā regnauit De^o noster omnipotens: gaudeamus, & exultemus, & demus gloriā ei, quia venerunt nuptię agni, & vxor eius pręparauit se, & datū est illi vt cooperiat se byssino splendēti & cādido: byssinū enim, sanctificationes sunt sanctorum: & dixit mihi, scribe, Beati qui ad cœnā nuptiarum agni vocati sunt. In hoc igitur cōuiuio splendidissimo & supercœlesti, spōsa iam omni ex parte pura, immaculata, pulcherrima, omnium cęlestium bonorum ornāmētis exculta: spōsum, sine vllō impedimento aut spectātium verēcūdia, amplectitur, & mentem suā illius menti, os ori labiaq; labijs cōiungens, eum exosculetur, astringit & cōprehendit: & in matris suę, hoc est, pręfinitæ beatitudinis certū gradum, quasi in intīmū cubicalū introducens docentem, illuminātem, inflāmantē, & perpetuis delitijs eā perfūdētē: ipsa quoq; recreare cōtendens, suā illi voluntatē, affectū, charitatē, meritum & actionum, virtutū omnīū humanarū & diuina-

Apoc. 19.

diuinarum summā vino cōditā & pigmentatā illi p
 pinat. Propinat quoq; spōso, propter accepta be
 neficia mustum malorū granatorū, hoc est, pacē &
 trāquillitatem mentis, quæ ex summi boni adeptio
 ne proficiscitur: & maxime cōcordiam & cōsensio
 nem omnium affectuum, cū spōso ipso & cū ceteris
 beatis: iuxta vaticinium Esa. c. 32. Erit opus iustitię
 pax & cultus iustitię, silentiū & securitas vsque in
 sempiternum: & sedebit populus meus in pulchri
 tudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie
 opulenta: vnde pfa. 149. Regi^o vates, hanc felicita
 tem singulari facundia describens, ita canit, Lauda
 Hierusalem dñm, lauda Deum tuū Sion: quoniā cō
 fortavit feras portarum tuarū, benedixit filiis tuis
 in te: posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti sa
 tiat te. In hoc igitur altissimo & munitissimo bea
 torum domicilio existens sponsa, sponsum ample
 ctens & exosculans, illumq; intra maternū cubicu
 lum mente & voluntate astringens, edocta ab illo
 & diuinis fulgoribus illustrata, suam illi charitatē
 & ardentissimā benevolentiam, quasi vinum omni
 bus virtutibus pigmentatū porrigens: pacis quoq;
 concordia, & sempiternæ securitatis, quasi poculū
 malorum granatorum eidem propinans: in æternū
 beata perpetuò cū spōso Ch̄o est regnatura. *Lęua
 eius, sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me.*
 Spōsa celestiuū bonorū desiderijs ěstiuās, & futurę fe
 licitatis cōmemoratione vehemēt^o incitata, morę
 impatiens, diuinoq; amore incensa deficere cepit,
 languere

languere: & animi deliquiū sibi iam imminere præ
 sentiens implorat opem sponsi: orans vt festin^o ac
 currat, & collabenti caput lęua sustentans, dextera
 totam circūplectatur ne corruat, sed iam ex animis
 in charissimi spōsi sinu molliter quiescat: hoc nāq;
 sonant verba illa, Lęua eius sub capite meo, & dex
 tera illi^o amplexabitur me. Quę quāquā futuri tem
 poris vocē proferantur, obsecrantis sunt, & alteri^o
 præsiidiū implorantis. Non potuit sponsus sponsę
 suę, eius amore languenti & animi deliquiū patien
 ti, ipsiusq; implorantis præsiidiū nō adesse: excepit
 illam iam collabentem, manib^o, eamq; circumple
 xus, cū sopore præssam videret, adiurat & sodales
 suos, & puellas sponsę administras, ne illius quie
 tem interpellent, dicens, Adiuro vos filię Hierusa
 lem, ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectam,
 donec ipsa velit. Complutensis ex Græco ita legit,
 Adiuravi vos filię Hierusalem, in potentijs & forti
 tudinibus agri, quid suscitaueritis & quid excitaue
 ritis dilectionem, donec voluerit. Penē eodem mo
 do legit Genebrardus, Adiuro vos filię Hierusa
 lem quid excitabitis & quid expergefabetis amo
 rem donec velit. De languore sponsę, & eorū qui
 diuino amore, corripitūtur animi deliquio: deq; mi
 gratione animorū amantiū in eos quos amant, mul
 ta diximus cap. 2. huius libri: vbi eadem verba in
 eodemq; sensu à sponsa prolata, Lęua eius sub capi
 te meo, & dextera illius amplexabitur me: pro viri
 li exponere conati sumus. Illa quoq; quę sequuntur

sponsi verba, A diuro vos filij Hierusalem, &c. sunt a nobis copiose explanata: quapropter ne actum agere videamus, ad alia pperemus. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitijs affluens, innixa super dilectum suum?* Cõplutensis ex Græco, Quæ est ista quæ ascēdit ab eremo, innixa super nepotem suum? Genebrardus ex Hebræo, Quæ est hæc ascendēs ē deserto, innixa dilecto suo: Theodoretus & Græci patres, Quæ est ista quæ ascendit dealbata, innixa super nepotē suum? Interpretes illi, qui hoc epithalamiū in decē dramata siue cātica partiuntur, in his verbis putāt esse decimi & postremi cantici initiū: in quo introducitur spōsa, quæ paulō ante cum sponso ab vrbe Hierosolymitana in late patentēs cāpos descendērat, & per agros spatiabatur, cōmorabatur in villis, inuisebat vinea, malogranata, arbores pomiferas, hortos quoq; amenissimos: solaq; solius spōsi lateri adherescens, iocūdus cum illo sermones & diuini amoris plenos habebat. Sed iam introducitur ex solitudine, in urbē regiā pedē referēs: quæ quoniā in altiori loco sita erat, cāporūq; planities in inferiori loco iacebat, spōsa rediens, in ciuitatē dicitur ascēdere: & ne itineris ardui difficultate fatigata læguescat, amāter inclinata, atq; incūbens brachio suo per humerū spōsi, describitur innixa super dilectū suū: & cū ex fructiferis arborib⁹ poma, nuces, ficus, malogranata, & aliorū fructuū delitias florūq; suauolētium ingentē copiā secū deferret: spōsa dicitur delitijs affluere. Quapropter chorus puellarū,

&

& cōcio sodalium sponsi, & ceterorū qui redeuntē in urbē sequebātur: illi⁹ pulchritudinē, dotes, ornāmēta, delitias & gratiā erga spōsum admirantes, dicunt, Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delitijs affluens? &c. Ter legim⁹ in hoc libro, chorū puellarū maxime acclamasse spōsē ascēdenti, eamq; ascēdētē cū admiratione interrogasse cap. quidē. 3. sub his verbis, Quæ est ista quæ ascendit per desertū, sicut virgula fumi ex aromatib⁹ myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmētarij? Vbi admiratur quod ascendat per desertū, similis virgulæ fumigātī cōpositæ arte pigmētaria, ex omnis generis puluere odoratissimo: quæ igne succēsa, narib⁹ suauissimū odorē effundit, qua oratione describitur eorum iustorum grad⁹, qui penitentia, lacrymis, vigilijs & corporis maceratione, myrrhā amarā sed odoriferā imitantur: deuotis verō precib⁹, virtutumq; omniū odoris ex charitatis igne suffumigātibus, suauissimū odorem lōge lateq; diffundūt. Sed postea. c. 6.

Cant. 3.

Cant. 6.

cū chorus puellarū cerneret spōsam, iā nō per desertum lōge ab optata patria & vrbe Hierosolymitana peregrinātem & pficiscentem, sed proprius iā ad terrę pmissionis fines appetētē: illi applaudēs, virtutūq; illius, incrementa pulchris verbis & metaphoris: exprimens, inquit, Quæ est ista quæ pre greditur quasi aurora cōsurgēs, pulchra vt lunā, electa vt sol, terribilis vt castrorū acies ordinata? Vbi sub similitudine albescētis aurore, quæ roseo aureoq; amictu suo, in exorientis solis occursum læta cōsurgit:

git:

git: sub similitudine etiā lunę & solis, & aciei armorum militū instructę, hostibus terribilis: statū nobis depingit illorum qui magnos in virtutibus progressus fecerunt, & sanctarum actionū p̄sidio muniti, quasi castrorū acies instructissimę, propter firmiorem fidem, erectiorem spem, ardentiorē charitatem, & humanarum atq; diuinarum virtutū, rectē dispositos cuneos, & castra prudenter cōstituta, de monib⁹, hæreticis, improbis hominib⁹ & Ch̄riani nominis hostib⁹, magnum terrorē incutiūt. Hoc tñ cap. vlt. in quo spōsa iā in multò sublimiori gratię, charitatis, sapientię, virtutumq; omniū gradu collocata, à Salomone describitur, & iā cum spōso per agros, villas, vineas, hortos & viridaria discurrisse, ex hisq; omnib⁹ magnas delicias reportasse, quas sciebat spōso esse gratissimas: nunc verò iā relicto rure & vitę præsents solitudine, in cęlestē Hierusalem, innixā spōsi humero, delitijsq; affluentē remeare, gratulatur illi puellę & omnes spōsi sodales, quod iam iā appetat dies illi faustissim⁹ omnib⁹q; iustis optatissim⁹: in quo magno cum toti⁹ cęlestis curię triumpho, exultatione & tripudio, celebrari debent nuptiæ spōsi & spōsę: suisq; omnib⁹ numeris perficiendæ. Quāobrem, omnes illi applaudentes & cōgratulātes, dicunt, Quæ est ista quæ ascendit de deserto? &c. Ipsa quoq; agmina beatorū spirituum, qui per portas Hierusalē sanctę, certatim erumpunt, vt aduenientib⁹ spōso & spōsę, debitā reuerentiā suppliciter deferāt, nouæ nuptę speciem, elegan-

elegantiā, cultum, delicias & cęlestium omnium bonorum affluentiā, amoremq; spōsi erga spōsam cum admiratione recogitāt: & cōcinentes puellarū choro, dicunt, Quæ est ista, &c. Quæ de toti⁹ Ecclesię præsentiā quidā interpretes exponenda esse putāt, alij propter celsitudinē eorū quę sub his verbis cōtinentur, de Ecclesię capite Ch̄so, hęc verba interpretātur: de illius inquā humanitate & anima sãctissima, quę quāprimū in hypostasi verbo copulata fuit, omnib⁹ diuinis charismatis & bonis fuit cumulata: & licet in vitę præsents deserto cōstituta, mēte tñ Deum intuebatur, delitijs affluebat: & subsistens in diuina persona, illiusq; p̄sidio fulcita, iure optimo spōso suo innixa esse dicitur. Hoc incarnationis mysteriū, duo illa cherubim aurea alis p̄pitatorium obumbrātia, attonita & quasi in extasi raptā, magna cū reuerentiā suspiciūt. Hoc sãcti magno & excellenti ingenio pręditi supra modum admirātur: ita vt magn⁹ ille fidei assertor Augustin⁹, cū primū in fidei n̄rę sacramenta iurasset mysterij celsitudine deterritus, dicere solebat: quid autem sacramenti haberet, Verbum caro factū n̄ est, nec suspicari quidem poterā: quāquā illi⁹ mens diuino beneficio, superno lumine illustrata cū fuisset, & voluntas, diuina charitate incensā, in huius sacrosãcti mysterij cōtemplatione, incōparabili lætitiā & exultatione afficiebatur: ita vt de illo canat Ecclesia, quod nō satiabatur illis diebus dū cōsiderabat altitudinem cōsiliij diuini, super salutem generis hu-

*Expositio
Secunda.*

Nota.

August.

mani. In hac vero suauissima meditatione & consideratione, videtur mihi cum ceteris iustis & choro puellarū, de Chři anima Verbo vnita hęc cātilenā repetere, Quæ est ista quæ ascēdit de deserto, delitijs affluens, innixa super dilectū suū? Verū quoniā Chři anima (quā diu ille inter mortales est cōuersatus) corp⁹ q̄; illius, fuere multis laborib⁹ & miserijs obnoxia, nēpe fami, siti, tēporis inclemētię, contumelijs, & morti crucis acerbissimæ: videtur mihi, præfens oratio magis referenda esse ad Chři ascensionem in cęlos: vbi humana natura, corpus & anima sacratissima, extra omnē miserię aleā cōstituta, nō humano aut angelico, sed diuini Verbi, cui innitebatur præsidio fulcita, omnibus sapientię, gratię, iustitię, cęlestiumq̄; omniū virtutū donis, nō solū plena, sed circūfluens gratia & gloria: ita vt omnes de illi⁹ plenitudine, quasi de primario quodā fōte & Oceano, riuuli suas partes pro suo modo & diuini numinis spōsiq̄; voluntate percipiāt. Hęc igitur admirātes cęlicolę omnes, dicūt, Quæ est ista quæ ascendit, &c. Et quanquam hęc interpretatio mihi nō possit nō probari, illa magis arridet, quę toti Ecclesię iam ex vitę præsentis exilio, ex acie, puluere & peccandi discrimine, ad æternæ felicitatis triumphum translate, quæ peracto militiae præsentis curriculo, & superatis hostibus, post clarissimas victorias, iā iam celebratura est in cęlis æternum triumphū. Omniū igitur electorū beatorūq̄; cętum, qui post diem iudicij cū Chro in cęlū empyreū magno

cum

cū triūpho & gloria ascēsurus, angeli admirātes interrogāt dicentes, Quæ est ista quæ ascendit de deserto? Habent singulæ huius interrogationis diætiones, imo singuli apices, emphasin & magna significationū momenta: admirātur enim, quod tam numerosus hominū cętus ascendat: quod ascendat de deserto, quod affluat delitijs: quod dilecto suo, spōsa hęc & Ecclesia sine macula & ruga, omni ex parte sanctissima, fulcita & innixa conscendat. Vbi quatuor præcipue enumerat causas, quæ angelos, ipsosq̄; omniū altissimos spiritus (quos propter acerbissimā charitatē seraphim appellamus) in summa admirationē rapiunt. Admirātur igitur, primū quod tot homines ascendāt in altissimā illā beatorum domū, de qua Dauid canit dicēs, Altissimū posuisti refugium tuū: & merito mirātur, quod homines in natura lāguente, iacente & corrupta, ascendant: cū tñ primi illi humani generis parētes, in natura integra, iustitia, gratia & virtutibus exulta, ex alto illo dignitatis & sanctitatis gradu, in miserimū quendā statum cadentes: totā posteritatē secum in eandē miserā pertraxerint. Vnde nō sine lacrymis ingentiq̄; animi merore deplorans Dauid infelicē hunc casum, quo homo Deo similis, immortalis, sapientissimus, angelorū socius atq; cōiūtor, brutā animātia quæ natura prona & vētri obedientia finxit, imitatus, propter vnus pomi esum, in tantā fuerit præcipitatus calamitatem, ac tam humilē viuendi rationem cum brutis animantibus cōmunem: ni-

Explicat
causas ad
mirandi.

psal. 90

Tertia ex
positio ma
gis placet.

INCANTICVM CANTICORVM

hil aliud cogitantibus nisi modos turpes & obscenos, quib⁹ suæ libidini & ventri satisfaciunt. Homo inquit Dauid, cū in honore esset, nō intellexit, alsimilatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Imo vero De⁹ ipse, primum illū parentem, quem ad imaginem & similitudinē suam cōstituit, & multis magnisq; dotibus & luminib⁹ illustrauit, post peccatum, nihil aliud nisi puluerem & terram esse pronunciat, dicens, Puluis es & in puluerem reuerteris. Quis igitur nō miretur, quod lutū, terra ra, puluis, qui naturæ impulsu ad infima descendere semper conatur, & inter elementa postremū locum tenet, nunc ad altissimas empyrei celi sedes, eōcito & velocissimo gradu cōscendat: aquam, aërem, ignem, lucidum ignis globum celosq; omnes transcendens, ad supremum illud cælum cœlorum, magno impetu feratur: in quo simul cum spōso in æternum quiescat. Auget vero admirandi causam, q̄cū mortales omnes, corporis & cōcupiscentis carnis grauitate depressi, ad terrena & sensibilia maximē propendeant: spōsa ipsa, quæ electos omnes cōplectitur, nō propria virtute, sed sponsi diuino præsidio fulcita, nunc magna pōpa, apparatu & gloria, in altissimā illā beatorum domum progreditur: corpus enim quod corrūpitur, aggrauat animā, & terrena inhabitatio, deprimit sensum altiora cogitātem: quapropter, omnium mirabilium maximum miraculum esse videtur, quod homo infirm⁹, labilis, ex cōtrarijs affectib⁹ constās, quauis pluma leuior,

psal. 48

Gene. 3.

Gen. 3.

COMMENTARII. CAP. VIII. 135

leuior, vitroq; ipso fragilior, inter tot hostiū discrimina, insidias tendiculasq; illi⁹ pedibus, sensib⁹ & affectibus obiectas, inter tot hostes, eum à recte uiuendi instituto ad peccatū reuocātes, inter carnis blādimenta, vitę præsentis fallaces cupiditates, mūdi innumerabiles fraudes, dæmonum perpetuò infidiātium & incurrentium impulsus potentissimos: miraculum inquā est maximum, quod inter tot impedimenta quæ ad beatitudinem aspirātibus semper aduersantur, tot fuerint virgines, martyres, viri, pueri, puellæ, senes, cōiugati, cēlibes: qui superatis omnib⁹ his periculis, ad æternā fēlicitatem erecto & inuictō animo potuerint cōscendere: sed verissima est illa Chri sententia, quod à diebus Ioannis Baptistæ, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Admirantur ergo angeli, quod virgines in carne viuentes, carni vim inferētes, nō tā humanā quā angelicā vitam duxerint. Admirantur quod in martyribus anima corpori naturæ necessitudine & vinculo copulata, ita sese accinxit: ad sustinendos cruciatus & durissima per tyrānos excogitata supplicia: vt Chri amore flagrans, nō intra corporis infirmi domicilium, sed in cœlis cum Chro spōso videretur existere. Inde illa proueniebat, inter cruces, gladios, vngulas & ignes, animi celsitudo: inde illa cordis lætitia, inter acerbissimos cruciatus: inde illa serenitas & trāquillitas animi, quę tot tātisq; machinamentis cōcussa, nunquā poterat à recto rationis statu deturbari. Mirantur

Matt. 11.

in cæteris iustis cuiuscunq; sexus & status cōstantiam, in sexu naturaq; mutabili & instabili perseverantiam vsq; in finem: roburq; illud inuictum, quod tot machinamentis carnis, mundi & dæmonis, sapius expositū & impugnatū, expugnari nunquā potuit aut superari. Admirantur alij, substantias illas separatas, in tres ordines & nouē choros distributas: diuinis munerib⁹ cumulatas, nræ deputatas saluti, & in Dei cōtemplationē atq; obsequiū semper intentas. Admirētur in illis, mentis perspicacitā, voluntatis ardentissimū amorē, vim agendi, qua cęlos in orbē circumferunt, Dei iussa exequuntur, & nobis ad æternā felicitatē properantib⁹ impedimēta subtrahunt: & magna incitamenta atq; calcaria tacitis quibusdā hortatib⁹ & vocibus adhibere conātur. Mihi rem attentius cogitāti, iure optimo, ipsi angeli qui nobis multo sapientiores sunt, admirari videtur, quod Ecclesia, hoc est, cætus hominū ascendat, & de tot hostibus quos iam descripsimus victoriā referat. Secunda verō admirationis causa illa est, quod Ecclesia de deserto ascendat: vbi duo mihi videntur esse maximē perpendēda & obseruāda: & quod ascendat, & quod in deserto viuens spōsa, inter tot ferarū, serpentū & malorum mōstra, incolu mis euaserit: cū tñ populus ille Hebræus & antiqua Ecclesia per multos annos in deserto aberrans, penē tota fuerit cōsumpta & extincta, hostiū seuitia & serpentū venenatorum morfu letifero, actūq; esset de omnibus illis, nisi diuino spiritu afflatus Moses,

æneum serpentē in vasta illa solitudine erexisset: in quem erigentes oculos, qui à serpentibus correpti & icti fuerunt, optatā salutem cōsequebantur: quæ res, Chrs̄o interprete, apud Ioan. c. 3. præfigurabat Chrs̄m pēdentē in ligno, authorē fore salutis & felicitatis omnium mortalium. Admirātur ergo quod ascendat Ecclesia ex vasta mūdi huius solitudine, areni, sterili, inculta & horribili: occurrentibus illi, nō belluarum, leonū & serpētū, sed omnium vitiorū mōstris seuisissimis, repugnātibus & bellū aduersus illā gerentibus: nō Cananæis & Iebuseis, sed dæmonū omnium, & improborū hominum, hereticorum, philosophorū, tyrānorū & perditissimorū innumerabili multitudine. Ascendit verō, nō ad terrenā illā Palestine regionē, quā illi lacte & mele manare censebāt: sed ad ciuitatem supercęlestē, celeberrimā, florentissimā & munitissimā. Et cum Lucifer in empyreo cęlo cōsistens, spōte sua, instar fulguris ex loco illo in tartara descenderit, homo ascendit: de quo Chrs̄s inquit, Lucæ. 10. quod descendit à Hierusalem in Hierico, & incidit in rapacissimos crudelissimosq; latrones, qui eum omnib⁹ iustitiæ & gratiæ donis & opibus expoliarūt, multisq; & grauissimis vulneribus nature vires cōfecerunt: ita ut miser homo, semimortuus, & in sanguine suo volutatus, iam animā esset exhalaturus, nisi Chrs̄s verus Samaritan⁹, humani generis custos, seruator & medicus clementissimus, moribūdo præsentancā optulisset: alligans vulnera, vinūq; & oleum illi infundens.

Ioan. 3.

Lucæ. 10.

Lucæ. 10.

dens. Admiratur ergo, quod genus hominū nudū, inermē, vulneribus cōfectum, exāgue, exanime, le-
 stoq; ante affixum, nunc ex deserto alpero, arduo, fragoso & inuio, iam per portas cęlestis Hierusalē ingrediatur: iam spōsus & spōsa, ex solitudine in frequentissimā illam ciuitatē intrare incipiāt, vbi angelorū ordines, regi & reginę obuiā prodeūtes, letumq; illis epicinium canētes, dicunt, Quę est ista quę ascēdit de deserto? &c. Tertia eaq; præcipua admirationis causa est, quod sponsa ascendēs delitijs affluat tot ac tantis, vt vel Paulus ipse diuinorū secretorum mystes eximius, hac in parte silentiū sibi indicare soleat, cū fatetur sese raptum in paradysum, hoc est, in altissimarū rerum sūmiq; illius pulchri & boni cognitionē: ex qua honorū omniū affluētia & cumulus proficiscitur. Rapt^o, inquit, sum in tertiū cęlū, in paradysum: vbi audiui arcana verba, quę nō licet homini loqui: quapropter. 1. ad Corin. c. 13
 1. Cori. 4 explicās illud Esaię, Oculus nō vidit Deus absq; te, quę preparasti diligētibus te, inquit, Neq; oculus vidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis ascēdit (nimirū) nec cogitatione quidē in vita præfenti, homines vtcunq; cōplecti possum^o felicitatē illā, quā Deus iustis hominib^o in cęlis preparauit: præmia illa sempiterna, nec verbis explicari, nec oculis vsurpari, nec cogitatione cōprehēdi possūt: maiora nāque sunt, quā vt ea ingeniū aliquod quātūuis magnū & excellēs diuinisq; disciplinis instruatissimū, aliqua rādē ratione cōsequatur. Cū enim

iusti Deū intuebuntur, cū illius splendore collucebunt, cū totā mentē habebunt in illa summa atque præexcellenti specie defixam, erūt ipsi Deo, vitæ splendore & claritate similimi: quapropter angeli etiā ipsi, diuino lumine illustrati ipsiusque diuinæ naturæ speciem intuentes, cum mentis aciem in sponsi & sponsæ gloriam, decorem, dotes, diuitias, deliciasq; intendunt: non possunt non vehementer mirari, quod illa tot bonis cumulata sit, & tot tantisque affluat delitijs: vnde interrogant, Quę est ista quę ascēdit de deserto delitijs affluēs? Et quanquā ea quę pro dignitate significari nō possunt, silentij velo potius tegēda sint: conabimur vtcunque ex sacrarū literarū monumentis, triūphātis Ecclesię delicias non explicare sed adumbrare: se quuti magnū illum theologum Ioannem, qui instar aquilæ ascēdit super cherubim & volauit: volauit super pēnas ventorum, posuit tenebras latibulum suum: & Apoc. 21. fatetur se vidisse cœlum nouum & terram nouam, cōcinens Esaię, qui spōsæ felicitatem nobis suis coloribus diuini spiritus penicillo depingens, cap. 65. ita ait Deum loqui, Ecce ego creo cęlos nouos & terram nouam, & nō erūt in memoria priora: & nō ascendent super cor, sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternū in his quę ego creo: quia ecce ego creo Hierusalē exultationem, & populum eius gaudium: & exultabo in Hierusalem, & gaudebo in populo meo, & non audiet in ea vltra vox fletus & vox clamoris. Cui vaticinio

Nota

psal. 17

Apoc. 21.

Esa. 65

m confir-

IN CANTICVM CANTICORVM

consonans Ioānes Apoc. 21. ait, Vidi sanctam ciuitatem Hierusalē nouam descendētē de cęlo, à Deo paratā sicut spōsam ornatā viro suo: vnus verò de septem angelis, locutus est mecū dicens, Veni & ostendā tibi spōsam vxorem agni, & sustulit me in spiritu in mōtem magnū & altū, & ostendit mihi ciuitatē sanctā Hierusalē descendētē à Deo, habētē claritatē Dei, &c. Vbi ait etiā se vidisse murū altissimū, ex preciosis lapidib⁹ cōstruētū: ciuitatē quę ipsam ex auro mūdissimo atq; pellucido cōstare: muri fundamenta, omni lapide precioso ornata, hyaspide, sapphyro, chalcedonio, smaragdo, sardonio, sardio, chrysolito, berillo, topazio, hyacinto: ciuitatis plateas aureas esse perspicuas & lucidissimas: fluuiū aquę viuę splēdidū, tāquā crystallū à sede Dei & agni pcedere, & per plateas omnes atq; vicos limpidissimis aquis effluere: arborē vitę in vtraq; fluminis parte sitā esse, quę duodecim fructus proferat, per singulos menses singulos fructus referens. In quibus verbis, magn⁹ ille theologus spōsę pulchritudinem, gratiā, felicitatē, dignitatem, maiestatem & delicias nobis exponit: quod Esa. c. 25. nobis declarat, inquiēs, Propter hoc, laudabit te populus fortis, ciuitas gentiū robustarū timebit te, quia fact⁹ es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione, spes à turbine, vmbra culum ab ęstu: & faciet dñs exercitū, omnib⁹ populis in mōte hoc cōuiuium pinguium, cōuiuium vindemię, conuiuium medullatorū, vindemię defęcate: & precipitabit

Esa. 25

COMMENTARII. CAP. VIII. 138

pitabit in mōte isto, faciē vinculi colligati super omnes populos, & telā quā orditus est super omnes nationes. Precipitabit mortem in sempiternū, &c. Quę diuinę scripturę oracula, ad exprimēdas triumphantis Ecclesię delicias ea ratione libēter vsurpō & integra atq; immutata propono: quia cū statū illum felicissimū verbis explicare contendo, stupet mens, hęret ingenium, silet lingua, & omnis dicēdis subito cōticescit: quapropter ex eodem Esaia, quę ineffabilia sunt Spirit⁹ sancti, lingua plectroq; vtcūque loquamur. Capite. 33. postquā viri iusti doctes & partes nobis expressit Euāgelicus vates, de viro iusto, atq; adeo de cętu omniū iustorū ita ait, Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorū sublimitas eius, panis ei datus est: aquę eius fideles sūt, regem in decore suo videbunt oculi eius: cernent terrā de lōge. Respice Sion ciuitatē solennitatis nrę: oculi tui videbunt Hierusalem habitationem opulentā, tabernaculū quod nequaquam trāsferri poterit, nec auferentur clauis eius in sempiternū: & omnes funiculi eius nō rumpentur, quia solummodo ibi magnificus est dñs noster: locus fluuiorū riuu latissimi & patentis. Capite vero 51. hanc felicitatem & delicias à lōge prospiciens, ait, Consolabitur dñs Sion, & cōsolabitur omnes ruinas ei⁹: & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem ei⁹ quasi hortū dñi: gaudiū & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. Vbi Hebraicę literaturę periti, mihi videntur prophetę sensū optimē

Esa. 33

Esa. 51

reddere legunt enim, Cōsolabitur Iehoua Sion, cōsolabit̄ omnes siccitates eius, & ponet desertū eius quasi Aeden: & incultum eius quasi hortū Iehoua: ut enim magnus Theologus Ioānes, ut explicaret Ch̄i gratiam & gloriam tantā esse, ut vel illa cuius specimen præsinit in mōte Thabor, digna esset ut soli filio Dei cōueniret, Vidim⁹ inquit, gloriā ei⁹, gloriā quasi vnigeniti à patre: ita Euāgelic⁹ vates delicias triumphantis Ecclesie expositurus inquit, Ponet desertum eius quasi Aeden. Aeden, loc⁹ est altissimus & amenissimus: in quo in principio Deus paradysum plantauit: vnde Græci, Aeden pro voluptate vsurpāt. Et subiicit, Et incultū eius sicut hortum Iehoua. Cap. vero 66. has delicias Deus ipse sub pulcherrimis methaphoris nobis declarat, dicens, hęc dicit dñs, Ecce ego declinabo super Hierusalem quasi fluuiū pacis, & quasi torrentem inundātem gloriā gentium: quia ego cōsolabor vos, & in Hierusalem cōsolabimini: videbitis & gaudebit cor vestrū, & ossa v̄ra quasi herba germinabūt. Quibus verbis, resurgentium beatorū gloriā, corporis dotes, splendorem, incorruptibilitatem & agilitatem, quib⁹ ad nouā vitam & immortalem reuiuiscant & reuiescant, videtur significare: cū inquit, Ossa vestra sicut herba germinabūt. Atq; ut in hac parte, cū sene illo Thobia c. 13. dicendi finem faciam: libet, de his futuris delitijs aurea illius verbis subiungere. Beatus inquit, ero, si fuerint reliquiae feminis mei ad videndā claritatem Hierusalem.

Nota.

Esa. 66

Nota.

Thob. 13

Iem. Portæ Hierusalem, ex sapphyro & smaragdo ædificabuntur: & ex lapide preciofo omnis circuitus murorum eius, ex lapide cādido & mundo omnes plateę ei⁹ sternerentur: & per vicos eius alleluia cantabitur, benedictus dñs qui exaltabit eam, ut sit regnum eius in secula seculorum, amen. In summa sapientissimus ille rex, harum deliciarum contemplatione attonitus, in hęc verba prorupit, Quā magna multitudo dulcedinis tuę dñe, quā præparasti diligentibus te! & alibi, Inebriabuntur, inquit, ab vbertate domus tuę, & torrente voluptatis tuę potabis eos. Sed cū has delicias cogitatione cōplecti nō valeamus, ad quas Ch̄i gratia & beneficio, sempiterno quo perfrundas prouehendi sumus: nunc hæc ex sacris oraculis delibasse sit satis. Quartā ergo causam admirationis in angelis, illam esse diximus, q̄ spōsa ex agro & deserto in maternam domū recurrens, & iam per cęlestes Hierusalem portas ingrediens, in humerum spōsi inclinata atq; super illum innixa, magna cū pōpa & authoritate incedat, vbi multa occurrunt admiratione digna, primum q̄ spōsa quę olim timida & formidolosa, vel ad tactū manus spōsi tota cōtremiscebat: nunc, tam familiariter cum spōso cōuersetur, ut in illi⁹ incumbat humerum: brachio amanter & familiariter illi⁹ cōmplexens, in cuius cōspectu seraphici illi spiritus cōtremiscentes, splendorem illius nō ferentes sed ad illius aspectum caligantes, duab⁹ alis faciem cōtegunt: præ reuerentia diuini numinis & immensæ

psal. 35

psal. 35

illius maiestatis. Legim⁹ Esther reginam regio habitu ad Assuerum regem ingressuram, duas assumpsisse famulas: quarum vna, dominā sequebatur de fluentia in humerū indumenta sustētans: super alteram verò innitebatur, quasi præ delitijs & nimia teneritudine corpus suum ferre nō sustinens. Nūc verò q̄ sponsa nō ancillæ, sed vnigenito filio Dei rerū omnium cōditori, beatorum omnīū capiti & principi, præ teneritudine & delitijs innitatur: maximū proculdubio miraculū est, & quod merito mētes illas angelicas excitet ad interrogādū, Quæ est ista quæ ascendit innixa super dilectum suū? Quanquā ea quæ in spōsa audatiam quandā & fiduciam præferre videntur, dū tam familiariter in humerum & collū spōsi reiecta, per vicos & plateas cęlestis Hierusalem incedere nō veretur: si rectē à nobis considerentur, non nisi eximiā reuerentiā, modestiā animi & submissionem, erga sponsum insignem declarant: cū inniti super Ch̄m, phrasi & tropo loquēdi in sacris literis vsitato, nihil aliud sit quā sp̄ omnē fiduciā q̄; in Ch̄o reponere: à quo omnis recte agēdi in nos vis atq; facultas deriuatur. Qui de seipso ait, Sine me nihil potestis facere: & sicut palmes nō potest fere fructum nisi māserit in vite, ita & vos nisi in me manseritis. Quod & Paul⁹ ingenuē fatetur dicēs, Nō quod simus sufficiētes cogitare aliquid ex nobis, sed sufficiētia n̄ra ex Deo est: & ad Rom. 9. testatur, quod vel initia & quasi prima semina iustitiæ, non tā nobis tribuenda sint quā diuinæ gratiæ

Not. 4.

Ioann. 15

1. Corin. 9

Rom. 9

tiæ & misericordiæ. Non est, inquit, volētis neque currentis, sed Dei miserentis: & sexcenta alia quæ cōtra Pelagium & cæteros, naturæ n̄ræ vires amplificātes, pro diuinæ gratiæ & misericordiæ necessario auxilio, ex vtroq; testamēto sunt testimonia certissima. Innititur ergo super spōsum spōsa, quia cū tot tātisq; sanctarum actionū meritis effulgeat, quibus sponsus cumulatiflima rependit præmia: ipsa suæ paruitatis conscia, non inani iactātia tumescit, nec humanis viribus quasi baculo arundineo innititur, sed diuinę gratiæ præsidio suffulta, omnia hæc vni sponso accepta tribuendāq; esse putat: inquit cum Paulo, Gratia Dei, sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit: sed gratia eius semper in me manet. Quasi dicat, ille me in peccati luto iacētē erexit: erectā confirmavit, confirmatā per vastā solitudinē, ambulātem protexit: protectā verò euexit in hunc statū felicissimū: ille præstitit vt credere, sperare, diligere ac diuinis legib⁹ obtēperare: ille me per incrementa meritorū ad portas vsq; ciuitatis Hierusalē perduxit: vbi mēs iam non per speculū in enigmatē, sed facie ad faciem Deū intuetur, & summi illius pulchri contēplatione potitur: voluntas mea diuini amoris suauissimo igne succensa, indicibili voluptate circūfluit: vires omnes corporis & animæ, in vno sponso tāquā in principio fineq; vltimo bonorū omnium, sine fine quiescūt. Innititur ergo sponso sponsa, quia peractis vite præsentis periculis, in tutissimo illo portu, firmo munitis

1. Cori. 15

psal. 223
 munitissimoq; præsidio beatitudinis collocata, ca-
 nit cū Dauid, Nisi quia dñs erat in nobis, dicat nūc
 Israel, nisi quia dñs erat in nobis, &c. Laqueus con-
 tritus est, & nos liberati sum⁹: adiutoriū nrm̄ in no-
 mine dñi, qui fecit cœlū & terrā. O modestiā spōse
 ipsis quoq; angelis admirandā! ò prudentiā singu-
 larem! cū omniā illi ex voto succederent, cū esset
 bonorū omnium atq; virtutū ornamentis exulta,
 tunc se magis ac magis spōso subiiciēs, illius bene-
 ficia gratiā & misericordiā agnoscit, reueretur &
 amplificat, ne Luciferi notā incurreret: de quo Eze-
 chielis. 28. Deus ita loquitur, Tu signaculū simili-
 tudinis, plenus sapiētia, perfect⁹ decore, in delitijs
 paradisi Dei fuisti: omnis lapis preciosus operimē-
 tum tuū, &c. Tu cherub extentus & ptegens, & po-
 sui te in monte sancto Dei, in medio lapidū ignito-
 rum ambulasti perfectus in vijs tuis: donec inuēta
 est iniquitas in te. In multitudine negotiationis tuę
 repleta sunt interiora tua iniquitate & peccasti: eie-
 ci te de mōte Dei & perdidisti te, &c. Quapropter iu-
 re optimo in spōsa, animi modestia & humilitas in-
 ter ceteras virtutes maximè celebratur, quę efficie-
 bat vt inniteretur spōso: atq; ita quantò sibi magis
 ac magis vilesceret, tātò altiorem dignitatis & feli-
 citatis locū obtineret. Libet autē in lectorum gra-
 tiā, ea quę vniuersę de triūphante Ecclesia cecinisse
 dixim⁹ puellarū chorū: de Sanctissima Dei Geni-
 trice interpretari. Solēt enim sacri intepretes, ver-
 ba hæc Virgini iam solutę ex vitæ præsentis labori-

Cōcio 7 se-
 sto assum-
 ptionis B.
 Marię vir-
 ginis.

bus, corpore & anima beatę & cęlos maximo cum
 triumpho ascēdenti accōmodare, & quidē pruden-
 ter id faciunt: & iuxta Ticonij regulā magni Augu-
 stini iudicio cōprobatam, quę de tota Ecclesia in
 sacris literis dicūtur, nobiliorib⁹ mēbris adaptari
 possunt: præsertim Virgini Chřiferę, quę post Chri-
 stū inter homines & angelos præstatissimū locū te-
 net, & sanè quę cap. 3. chorus puellarū canebat spō-
 sa per desertum ascēdēti, cōparans illam virgulę
 suffumigātī ex omni puluere odoratissimo pigmē-
 taria arte cōfectę: accōmodari possunt & debēt Vir-
 gini, antequā filium Dei conciperet: erat enim illa
 tunc similis virgulę suffumigatorię, humilitate, re-
 ligione, deuotione, fide, spe & charitate atq; omni-
 bus virtutib⁹, quasi pigmētaria diuini opificis arte
 cōposita: quę Deo, angelis & hominibus suauissi-
 mum virtutum omnium odorē effundēs, Deo erat
 inter omnia cōdita gratissima. Sed postquā pronu-
 bo angelo, superueniente Spiritu sancto & obum-
 brante altissimi virtute, Virgo sine virginei pudor-
 ris dispendio æterni patris filium cōcepit, peperit,
 nutriuit & vsq; ad ætatem virilem in suo contuber-
 nio retinuit: tūc se ipsa superior & excellentior effe-
 cta, maiorem in angelicis mentib⁹ excitare cœpit
 admirationem: vnde cap. 6. huius libri, secūdę Hie-
 rarchię tres chori de virgine in hoc statu admirabū-
 di canūt, Quę est ista quę p̄greditur vt aurora con-
 surgēs, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt ca-
 strorū acies ordinata? An non albescentis aurorę si-

Ticonij.

Nota.

IN CANTICVM CANTICORVM

Luc. 1. militudinem præferbat, cū festinabat in mōtana, vt cognatā Elisabeth diuino beneficio in senili etate fecūdā, & Ioānem intra vterū matris latentē, sūq; sanctissimę prolis diuino conspectu sanctificaret. Certe tunc vt aurora consurgens, peccati tenebras aurea roseaq; præsentia sua dispellebat: & quasi pulchra nubecula splendore lucis varijs colorib; depicta, oriturum solē intra vterū cōtegens, mūdo iam appetere prænunciabat, dicens, Magnificat anima mea dñm: & exaltauit spiritus meus, in Deo salutari meo, &c. **Luc. 2.** Lunæ verò pulchritudinē & plenitudinē representabat, cū Saluatorē in Bethlehemitico stabulo pariens, noctem sicut diem illuminauit: & lumen illud immensum mūdo protulit. Cū verò ex Bethlehemitico domicilio, quadagesimo à partu die filiū in templo obtulit, cū in illa elucere virtutum omnium vexilla, atq; inter cetera charitatis, vexillū supramodū excelleret, essentq; in Virgine diuinarū omnium atq; humanarū virtutū agmina, quasi castra quæ dā munitissima militari ratione prudenter disposita: tunc fuit illa hostib; humani generis demonibus & hereticis, terribilis vt castrorū acies ordinata. Sed modo cū iam nō per desertū progrediatur, neque in vitæ præsentis exilio de filij charissimi morte sollicita sit, neq; post illius ascensum in celos illius desiderio læguescat, sed superior virginib; martyrib; Apostolis & patriarchis, ipsis quoque angelis & seraphinis multo sublimior, syderib; pulchrior, sole fulgentior, corpore & anima beatissima

COMMENTARII. CAP. VIII 142

in a maxima cū triumpho celos ascendat, throni, cherubim & seraphim, illi; eximio ~~decore~~ decore & incomparabili maiestate attoniti & quasi in extasi rapti, dicunt, Quæ est ista quæ ascēdit de deserto? &c. Admiratur quod femina, natura & sexu infirma, labilis & ad cadendū procliuis, angelos ipsos dignitate transcendat: q; illi pater omnipotens vniuersi moderator, tāquā filij sui matris supremos honores deferri iubeat: q; Spiritus sanctus, Patris & Filij amor immēsus, sui luminis splendorē & amoris flāmas amāter infundens, charismata sua, dotes & gratiam, vberiori cornucopia largiatur, quā vlli hominum aut angelorū: cui Chrs ipse princeps beatorum obuiam procedat, & nō sine reuerentia honorem illi debitum exhibeat: cui quasi reginę, cęlicolę omnes libenter supplices procūbāt: in cuius conspectu viginti illi quatuor seniores senatorijs indumentis cādidi & aureis coronis insigniti, coronas suas facile proijciant: vnā illā cęlorum reginā esse profitentes. Percōtantur ergo, quæ sit hæc femina virili robore & fortitudine prædita, tāta prudentia insignis: quā neq; serpētis astucia seducere potuit, nec pomē pulchritudo ad peccatū allicere, nec demonis, mūdi & carnis incitamenta, vlla ratione ab altissimo sanctitatis gradu depellere: quæ ab ipso statim suæ cōceptionis momēto, omni culpa etiā leuissima carēs, diuini amoris impulsu incitata, aquilis velocior, imo verò omnia alacritate, prōptitudine, ardore & velocitate superans, ascēdere semper

Apoc. 4

conata est: nunquā vel per leuissimā culpā descen-
dens. De ~~deserto~~ autem ita ascendit, vt omnia cō-
dita rēputet quasi desertum & incultā solitudinē: il-
lud psalmi tacitis quibusdā gemitibus & suspirijs
frequenter repetens, Quis dabit mihi penas sicut
colūbæ? pēnas expetit Virgo ad volandū, nō quales
cunq; sed colūbæ: quæ significat Spiritū sanctum in
specie colūbæ super Ch̄m descendentē & quiescē-
tem. Vm ergo & impulsus diuini spiritus exoptat
illa, qui summa celeritate cēlos trāscurrat, & ad sum-
mi illius boni secretiores aditus illā perducatur: spi-
ritus enim omnia scrutatur, etiā profunda Dei. Quo-
rum vero tam ardentem petat alas colūbinas, expli-
cat dicens, Et volabo & requiescā, vt videā quē di-
diligit anima mea: quasi dicat, omnia quæ cēlo ter-
raq; cōtinentur, mihi ad dilecti sinū & amplexus fe-
stināti, neq; satisfacere queunt, neq; summi illius bo-
ni consequēdi cupiditatem explere: volabo igitur
& requiescā, vt videā quem diligit anima mea. Sed
miratur tertio, Virginem è deserto tāta velocitate
ascendentē, plurimis ac maximis delitijs affluere:
nā vt taceā maiestatem & gloriā triumphātis Virgi-
nis & ascendentis, qua omnes beatos multis nomi-
nibus antecedit: quid dicā de clariori lumine, de ar-
dentioribus flāmis diuini amoris, de lētitia vberio-
ri, de pace excellētiori, qua in cēlis perfruitur, pro-
pter quæ verissime hoc loco dicitur delitijs affluere?
Maiora tñ sunt & diuiniora, quæ chorū puellarū
atq; sodaliū hac oratione videtur significare: nimi-

psal. 54

rum delitias Virginis Deiparæ peculiare, singula-
ri priuilegio illi tributas, Dei proprias: & quas soli
huic Virgini sanctissimæ cōmunicauit. Hæc dū ex-
plico, & diuinæ lucis radium mihi tātis per affulge-
re vehementer cupio, & vos mente & volūtate ad-
esse, tam cumulatis & excellentibus intemeratæ Vir-
ginis priuilegijs. Ad Patris æterni dignitatem per-
tinet, quæ ex mente illa fecundissima oriatur Filius na-
tura & essentia vnus: distinctus proprietate & perso-
næ subsistentia, Cōcessit Deus hæc dignitatem nostræ
Virgini, quæ eūdem æterni Patris Filium cōcepit,
peperit, lactauit, nutriuit: persona quidem diuersa,
naturæ vero cōmunionem vnū, nostræ mortalis naturæ
participet: in qua pro nobis satisfacere queat, homi-
nesq; à peccati seruitute redimere. Pater æternus,
neq; generatio integritatis dispendium patitur, ne-
que à summa illa tua & natia puritate, vlla ratione
degenerat aut discedit. Virgo concepit & peperit
Ch̄m, integra semper & intemerata virginea puri-
tate. Pater ille sempiternus, Filiū ex mente genitum
sui ipsius pulcherrimā imaginem & expressā infini-
tè diligit. Vnde cōsequitur, vt ex Patre Filioq; inef-
fabili ratione procedat Spiritus sanctus, vtriusque
mutuus amor, impulsus & nexus gratissimus: quo
Filius Patri necitur, & Pater Filio, & vterq; æter-
nò quiescit in altero. In quo mihi videntur explica-
ri omnes sacræ Trinitatis delitijs: sed & has delitias
ineffabili triadi proprias, Deus optimus cōcessit Vir-
gini: quæ Filiū suum dulcissimū Iesum tāto amore

Describuntur delitias virginis dei para propria.

Sæta Trinitatis delitias omnium sa.

IN CANTICVM CANTICORVM

prosequitur. Ipseq; matri mutuū amorem ita repen-
dit, vt proueniat ab vtroq; genito & genitrice, im-
pulsus quidā diuini amoris vehemētissimus, gratif-
sim⁹ quidā nexus charitatis: quo sibi mutuo deuin-
cti: Fili⁹ quiescat in matre, & mater in Filio, inquit,
Dilect⁹ me⁹ mihi, & ego illi: & illud ex cap. 7. Ego
dilecto meo, & ad me cōuersio eius. O Virgine fe-
licissimā: o delicias ineffabiles: o diuini amoris
flāmas gratissimas, quæ in Virginis corde paradisu
deliciarū re vera efficiūt! Pergamus vero, & nouas
adhuc delicias proferam⁹. Per Verbum illud quod
teste Ioāne erat in principio, & semper apud Patrē
existit: omnia sunt cōdita. Per Ch̄m Virginis Filiū
instaurata sunt omnia: siue quæ in cælis sūt, siue quæ
in terra. Ille æterni Patris Filius, omnia conseruat
moderatur & regit. Hic idem Filius Patris & Vir-
ginis, conciliat in seipso cælestia terrenis, humana
diuinis: efficitq; vt in cælorū curia idem homo ex
Virgine natus, beatorum omniū princeps sit: & ip-
sius beatitudinis fons, finis & causa primaria. In sū-
ma, Filius splendor Patris dicitur & purissimū spe-
culū, in quo refulget æterni Patris imago. In Ch̄o
verò, veluti in speculo quodam purissimo, splēdet
matris suæ humilitas, religio, charitas, sanctitas, &
incōparabilis puritas. Auget postremó admiratio-
nem in angelis, q̄ Ch̄s rex regū & dñs dñantium,
matri suæ ascendenti, ex altissimo illo suæ maiesta-
tis folio, festinus descēdens, obuiam lætus proce-
dit, matrēq; suā adueniētem am̄ lectitur: dextrāq;
dextræ

Est i corde
Marie pa-
radisi de-
liatium

Nota.

Ioann. 1

COMMENTARII. CAP. VIII. 144

dextra illius iūgens, eam vt Filius obsequētissim⁹
officiose deducit per cœlestis Hierusalem portas,
vicos & plateas, per virginū choros, martyru agmi-
na, Apostolorū ordinem, & Hierarchias omnes an-
gelorum: cælicolis cūctis applaudentib⁹ triūphan-
ti Virgini illiusq; laudes cōcinentib⁹. Illa vero per
omnes beatorū choros transfiliens, ad Filiū cōuer-
sa (qui eam amāter & reuerenter deducebat) musu
tabat secū illud psal. 72. Tenuisti manū dexteram
meā, & in volūtate tua deduxisti me, & cū gloria saf-
cepisti me: quid enim mihi est in cælo, & à te quid
voui super terrā? Patetica est oratio, diuini amo-
ris affectibus plena: quā prosequitur, dicens, Dese-
cit caro mea & cor meū. Nō potuit Virgo, tot tātis
que amoris diuini flāmis nō liquefcere, & nō in ex-
tasi rapi: rationēq; huius extasis & deliquij redēs,
subiungit, Deus cordis mei & pars mea, Deus in-
æternum: quia ecce qui elongant se à te, peribunt:
perdidisti omnes qui fornicantur abs te, mihi autē
adhærere Deo bonū est: ponere in dño Deo meo
spē meā, vt annunciē omnes prædicationes tuas
in portis filiæ Sion. Hæc illa cum dixisset: filijque
gratisimo conspectu tota liquefcens, præ delitijs
& teneritudine super dilecti sui humerum inclina-
ta, dicebat, Leua eius sub capite meo, & dextera il-
lius amplexabitur me. Atque ita innixa super dile-
ctum suum, ad thronum sibi super omnes beato-
rum ordines præparatum conscendit. Quæstioni
ergo ab angelis propositæ, ex vtriusque testamen-
ti

psal. 72.

IN CANTICVM CANTICORVM

Questioni
propheta ab
angelo re-
spondeur
ex antiqui
testamenti
vobis &
figuris.
Gen. 3.
Iud. c. 4.

ti oraculis respondeamus. Hęc est illa virago, non muliebri sed virili animo prædita, non ex veteris, sed ex cęlestis Adę latere sumpta: quę caput serpentis cõtriuuit, quę de carne, mũdo & demone, victoriam semper obtinuit. Debora illa prophetissa & fortissima lõge fortior, quę nõ falcatos hostiũ currus aut militum armatas acies, vel Sifarã ducẽ fortissimũ dissipauit & fugauit: sed totius orci falāges & mũdi carnisq; vires omnes destruxit atq; subuertit. Iaele quoq; prudentior, quę Sifarã fugiẽtem dolo in domũ suã excepit, lac illi pro aqua ppinauit: & in altum dormientis caput clauo transfixit. Nra verò Maria, nõ dolo aut fraude, sed aperto Marte cũ humani generis hoste in arenã descēdens, eoq; superato pulcherrimã inde victoriã retulit. Iudith quoq; audacior, quę Holofernis caput virili animo abscindens, Hebræo populo optatã libertatẽ restituit. Nra verò Maria nõ solũ Iudith audacior, sed fortior; Samsonẽ, Dauide sanctior, Salomone sapiẽtior, toti humano generi salutẽ, pacẽ & libertatẽ restituit. Hęc est illa data Chřo generis humani instauratori, in adiutoriũ simile sibi, vt cęlesti prole nõ solũ terras sed cęlos impleret, vt illi clementia, moribus & cęlestibus donis simillima, simul cũ illo nõ in terreno sed in cęlesti paradiso cõstituta, nra saluti diligenter incũberet. Hęc est illa niuea colũba, quę nõ ad arcã in Armeniã mõtibus altissimis iam quiescentẽ, sed ad altissimũ empyrei cęli locũ hodierna die cõscendēs, defert ore suo virẽtis oli

Iudith. 13.

Genes. 1

Genes. 8.

uæ

COMMENTARII. CAP. VIII 145

uæ ramũ, hoc est, diuinę misericordię symbolum: cũ illa in cęlis patrociniũ suum nobis semper exhibeat, cũ generis humani sit illa vnicũ solatiũ atq; præsidium: ad quã, tãquã ad sacratissimã anchorã, inter vitę præsentis procellas semper cõfugim⁹. Hęc iam nõ in cęli nubibus, vt arcus cęlestis, sed super lucidissimos angelorũ globos, singulari Dei beneficio reponitur: vt certum sit diuinę beneuolentię erga genus hominũ, & diuinę clementię atq; concordię & perpetui fœderis signũ. Quis enim non plane videat, Deum humani generis esse amãtissimũ, cum suę eximię charitatis tot nobis indicia & clarissima argumenta præstiterit: qui summẽ bonus cũ sit, suaq; bona hominibus in primis cõmuni care percipiat: efficit, vt Spiritus sanctus Patris & Filij amor, diffusus in iustorũ corda, tacita & ineffabili ratione, vocib⁹ & gemitib⁹ indicibilibus eos impellat, vt lacrymas fundat, vt preces ad Deũ ardentissimas dirigant: quib⁹ flectant diuinã bonitatem & misericordiã ad remittenda peccata, ad purgãdos affectus, ad voluntates diuino amore inflãmandas? Contulit nobis quoq; Chřm ipsum Patri equalẽ, cui⁹ anima sanctissima, perpetuò in diuino cõspectu nrm agit patrociniũ, dicẽte Paulo, quod assistit semper Patri, & ad interpellãdũ pro nobis: & Ioãne, quod si peccauerimus, aduocatũ habem⁹ apud Patrem, dñm nrm Iesum Chřm. Sed ò Dei erga homines immensam charitatẽ! ò diuinę clementię thesauros inestimabiles! Constituit hodierna

Genes. 9.

Nota.

Hebr. 9.

1o Ioann. 2.

o die

IN CANTICVM CANTICORVM

die in celo Virginē, quæ mater fit, aduocata, patro-
na, dulce omniū miserorū præfidiū. Patri, in Filio
generādo similitima, Filio, iuxta humanā naturā ma-
tēna dignitate superior, Spiritus sancti floridus le-
ctulus & thalamus gratissim⁹, humani generis amā-
tissima: quæ nūquā in petendo patitur repulsam.
Sed quo ego impetu feror? & quid veteris testamē-
ti voces, quæ hanc Virginē illiusq; dignitatem no-
bis explicāt, referre cōtendo? tēpus (mihi credite)
me deffereret, si omnia illa oracula vellē recēdere.
Vnū proferā ex nouo testamēto diuini Ioānis testi-
moniū, Apoc. 12. quod huius quæstionis omnes &
singulas partes, satis ac superq; satis dissoluit: quod
D. Aug. Hiero. D. Bernar. & D. Thom. de Virgine
intelligendū esse plane testātur. Et quidem, si quæ
in fine præcedentis capituli proximē antecedūt ver-
ba, attentius perpendam⁹: facile cōstat, initium se-
quentis capituli, ad Ch̄iferā Mariā illiusq; filiū Ie-
sum Ch̄m esse referēdū. Inquit enim in calce cap.
11. Apertū est templum Dei in celo, & visa est arca
testamenti eius, in templo eius. Statimq; incipit ca-
put duodecimū: Et signū magnū apparuit in celo,
mulier amicta sole, & luna sub pedib⁹ eius: & in ca-
pite eius corona stellarum duodecim: & erat in ute-
ro habens, &c. & peperit filium masculū, qui reatu-
rus erat omnes gētes in virga ferrea. Quib⁹ verbis
(quātum ego intelligo) omnibus, quæ dubitā di-
rationem habere in proposita quæstione possunt, fit
satis. Cū arca testamenti apparuit in tēplo Dei,
hoc

Apoc. 12.

Apoc. 11

COMMENTARII. CAP. VIII 146

hoc est, in beatorum domicilio, vbi Deus maximē
colitur: cū Virgo, quæ instar arcę, Ch̄m, in utero
suo (vt arca legem virgā Aarō, & auream vnā) cōti-
nuit in supremo celo refulsit: tūcere vera, ibi signū
magnū apparuit, nēpē mulier amicta sole, &c. Hoc
signū maximum est, cui antiqua illa signa cōparata
parua & vmbatilia sūt existimāda. Signū hoc inau-
ditum est, nouum, singulare, & mirabilium omniū
maximum miraculum: in cuius vmbā, hoc est, in ar-
cā testamenti, mentis aciem intendentes duo che-
rubim altissimarum rerum cognitione perfecti, ex-
tentis alis mysticā illam arcā regentes, seq; ipsos in-
tuentes, suā admirationem & extasin declarabant.
Cū ergo hodierna die, arca Dei (teste Ioāne) super
omnes celos euecta, in diuino tēplo refulgeat, iure
optimo admirātur omnes cęlicolę: sed causam tan-
tę celsitudinis facile possunt agnoscere, cū eā ani-
maduertunt sole esse amictā, lunā pedib⁹ illius sub-
iectā quasi scabellū, præ maiestate, pro pulueneri
deseruire: cuius aureum caput, corona duodecim
stellarū decore distincta, cingit & exornat: quæ fi-
liū genuit, cęli terræq; rectorem æquissimū. Admi-
rabatur, vt dixi, in foemineo, fragili & lubrico sexu
tantā animi celsitudinem, cōstantiam & robur inui-
ctum, quod nulli vnquā vel leuissimæ culpæ succū-
bit. Sed iam huius miraculi causam reddit: noster
theologus, quod hæc mulier sit amicta sole, quod
illa, Ch̄i veri solis spiritum, sapientiā, puritatē, mo-
res & virtutes ita induerit: vt neq; peccati neuis,

Signū ma-
gnū in ce-
lo Mariæ

Matt. 17.

nec vllum culpe vestigiū in illa vnquā extiterit. Vi-
derunt in monte Thabor, Petr^o, Iacobus & Ioānes,
Christum transfiguratum aspectu solis splendorem
præferre: ad cuius radios attoniti, tres illi Apосто-
lici senatus proceres, vehementi terrore perculsi,
in terrā ceciderunt. Nunc beati omnes (quāquam
initio non minori stupore correpti fuerint) si tñ at-
tenderint, facile intelligent, nō posse nō ascendere
super omnem creaturam, foeminā illam naturæ &
gratiæ vinculo. Ch̄ro tā opere copulatā, vt verissi-
mè dicatur sole ipso esse vestita: quippe quæ clario-
ri quā angeli lumine gloriæ præluceat, maiori amo-
ris diuini calore ardeat, ampliorib⁹ illustretur cor-
poris & animi dotibus: & meritorū dignitate, bea-
tis omnibus sit superior. Quid miraris ascendente
reginā, & ad altissimum thronum per omnes cho-
ros angelorum & hominū trāsilientem: cū illa solis
iubare repercussa & tota illustrata, filij vestigia per-
sequatur? Cernim⁹ terræ & luti crassos vapores, so-
laris caloris impressa virtute, natiua grauitate de-
posita, attenuari, & in altum cōscendere. Ascendit
igitur Virgo, diuinæ sapientiæ clarissima luce per-
fusa, & diuini spirit⁹ igne atq; calore super omnes
incensa: transcendit illa vniuersa creata, & ad suum
fōtem magna velocitate recurrit: quia Deo eternæ
lucis & diuini amoris fōni, quasi soli primario, na-
turæ vt dixi, nexu, & gratiæ atq; amoris nodo copu-
lata, non potest in alio nisi in dilecto quiescere: ca-
nens cū Regio yate psa. 83. Quā dilecta tabernacu-
la

Nota.

la tua, dñe virtutū, &c. vsq; ad illud, Etenim passer
inuenit sibi domū, & turtur nidum vbi reponat pul-
los suos: beati qui habitant, &c. Amictā sole cœli
reginam testatur Ioā. (vt D. Bernardo placet) quia
corpore & animo beata, in cœlos ascendit. De iustis
enim, post corporum resurrectionem, inquit Ch̄s
Matth. 13. Tunc iusti fulgebūt sicut sol, in regno Pa-
tris eorum. Quæ igitur meritorum præstātia altissi-
mum (post Ch̄m) gradū fortitur, equū erat vt etiā
post Ch̄m præcipuum locum & thronum obtine-
ret: & quæ ampliori corporis gloria vestita erat, su-
periori etiam in cœli loco esset cōstituta. Vidit Mo-
ses rubum ardentē, sed virentem & incōbustum. In-
tuentur beati Virginem per rubum illum significa-
tam sole circumfusam, & lucidissimis immensi solis
radijs illustratam: sed ita virentem, florentē & ver-
nantem, vt de illa in hoc festo canat Ecclesia, Et si-
cut dies verni, circū dabant eam flores rosarum &
lilia cōuallium. Antea De⁹ in sanctæ incarnationis
mysterio, lumen illud sempiternum ex sempiterno
lumine exoriens, ne mortalium oculos lucis suæ im-
mensitate obcecaret, nube contactum humanæ &
corporeæ naturæ, in terras demisit: voluitq; vt in-
tra vterū Virgineū, quasi intra pulchram nubecu-
lam, nouem mensibus tegeretur. Sed ò rerum diu-
narū vicissitudinem gratissimā! iam sol ipse, mor-
talis corporis nubem in Virgine ita circūcingit, vt
nihil mortale appareat, sed omnia in Virgine im-
mortalis vitæ splendore refulgeant. Hinc verò pro-
ficiscitur

Matth. 13.

Exo. 33.

ficiscitur admiranda illa deliciarum affluentia, cognitionis, amoris, gaudij, securitatis & voluptatis eternæ, quibus Virgo mater in cælis circūfluit: à sole enim Ch̄o, deriuatur in Virginē sapientia, charitas, iustitia & germina illa virtutum omnium perpetuò virentia atq; vernat̄ia: flores sanctarū actionū odoratissimi, perenniū laudum exultatio & tripudium: quæ p̄pterea debeb̄tur Virgini, quia (vt diuinus Ioānes testatur) luna sub pedib⁹ eius: nempe quia calcavit illa & cōtempnit propter Deū, mūdi honores, p̄pam, fastū, opes: & in summa, fortunę bona, luna ipsa mutabiliora & incremētis ac decrementis obnoxia: in verū illud immutabile, & æternū bonum semper intēta: nō satagēs aut sollicitudine estuans, erga plurima ad vitę p̄sentis inanē fœlicitatē pertinentia: sed vnū illud bonū necessariū inquirēs, cū Magdalena ad Ch̄i pedes sessitās, ex illiusq; ore hauriens fluenta diuinę sapiētīę, diuinā rū rerū cōtemplationi semper studuit. Quod si per lunā, cū sanctis patribus, Ecclesiam interpretemur militatē & triumphatē, quę sicut luna à sole, ita illa à Ch̄o lucē mendicat: dicitur luna esse sub pedib⁹ eius, quia omnes homines & angelos, gratia, sanctitate & meritis ita exuperat, vt nō ab humero & supra, quod de Saule legimus, superior sit cūctis sibi subiectis: sed quod tāta sit Marię celsitudo, vt vix initia & quasi pedes meritōrū & s̄ctitatis ipsi⁹, quispiā pertingat. Luna, inquit, sub pedib⁹ eius: nā canēte Dauid, p̄sa. 86. Fundamēta eius, in mōtibus sanctis.

Lucæ. 10.

Nota.

Nota.

p̄sal. 86

sanctis. Et vt encomiū hoc, Virginis esse, quę Deū genuit, ostenderet, subiicit: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissim⁹. Sūt vero fundamēta huius pulcherrimę domus, in qua altissim⁹ habitauit, montibus sanctis sublimiora: ita vt Apostolici culminis mōtes, & seraphinorū vertices, prima sūt damēta & initia gratię, charitatis & sanctitatis Virginis, nō assequatur: vnde verissimē inquit Ioānes quod luna Virginis pedib⁹ subiacebat. Dicit̄ etiā esse sub pedibus illius luna, quoniā omnes illi, tanquā reginę procūbētes summos honores deferūt: tota Ecclesia illius pedibus procūbens, inquit, Sub tuū p̄fidium cōfugimus, sancta Dei genitrix, &c. Sed vt paucissimis verbis, Ioānes celsitudinē Virginis complecteretur, subiunxit. Et in capite eius, corona duodecim stellarum. Per caput in sacris literis, mentē, rationēq; superiorē significari cōperitissimum est: sicut & per coronā exprimi p̄mium quod Deus iustis hominibus in cælo rependit, In stellis verò, beatorum visionē & gloriā explicabat Pau. 2. ad Corin. 15. cū aiebat, Stella differt à stella in claritate: & cū inquit, Alia claritas solis, alia claritas lune, alia claritas stellarum: sic inquit, & resurrectio mortuorum. Per numerū vero duodenarium, interim significari rem perfectissimam & numeris omnibus absolutā, persuadere mihi videtur illud Ioā. Apoc. 21. vbi lignum vitę, quod Ch̄m proculdubio significat, dicitur duodecim fruct⁹ producere, hoc est, virtutū omnium, donorū, deliciarum & sancta

2 Cori. 15

Apo. 21

IN CANTICVM CANTICORVM

sanctarum actionum fructus perfectissimos: quibus expleatur sanctorum desiderium, imo vero quibus amplius nihil possit desiderari. Nunc igitur, cum inquit diuinus Ioanes, in Deipare capite esse coronam duodecim stellarum: plane docet, mentem Virginis, rationem superiorem, intellectum & voluntatem, gloria esse perfectissimam: tenere post Christum in gloria gradum altissimum: & quae per partes in caelo virginibus, confessoribus, doctoribus, martyribus, Apostolis, angelis etiam supremae hierarchiae tributa sunt: illa simul atque integra Virgini fuisse concessa. Habet illa in capite coronam stellarum duodecim, quia cum sit naturae & gratiae vinculo, Christo gloriae fontem propinquior ceteros omnes beatos, beatitudine & gloria longissime superat: vnde fontem totius gloriae in Virgine quasi digito monstrans, ait, Peperit filium, qui regit omnes gentes in virga ferrea: quibus verbis, explicat nobis non tam Christi potentiam & seueritatem in puniendis improbis, quam equitatis summam rectitudinem: quae ab equo & iusto nunquam deflectat. Nunc igitur, breui oratione exposuit magnus theologus causam propter quam ascendentem matri Christus letus occurrit, dexteram dexterae iunxit, deducens eam per omnes beatorum choros ad thronum altissimum. Et quod Virgo ipsa, praedelijs in humerum Christi inclinata recumbat, & quod brachio illius collum amplectatur, causam unam esse: quod Virgo Christum concepit, peperit & suo lacte nutriuit: quapropter equum esset ut aduenientem letus exciperet, reuerenter amplecteretur,

COMMENTARI. CAP. VIII. 149

plecteretur, dextra sua deduceret: liceretque Virgini super charissimi filij humeros inniti. Cui filius debitum honorem impendens, eam in altissimo throno ad dexteram suam collocaret: & ut alter Salomon, non Beethsabae Vriae olim uxorem a adulterio contra, 3. Reg. 2 minatam, sed Virginem purissimam, viri nesciam, matrem suam in throno regio constitutam, ad petendum animaret, dicens, Pete mater quod vis, neque enim fas est ut auertam faciem tuam. Iubet igitur Christus, ut mater sua omni fiducia plena, sine ullo repulse timore; patronae & aduocatae munere in caelis perfungatur: neque enim fas esset ut filius hominum amantissimus & obsequentissimus, matris petentis faciem confundat: exaudiet ille grater preces interpellantis, nobisque Virginis patrocinio impartitur gratiam & gloriam: quam nobis praestet filius, qui cum Patre & Spiritu sancto, perpetuo viuit & regnat. *Sub arbore malo suscitavi te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.* Genebrardus ex Hebraeo, *Sub pomo excitavi te, ibi enixa est mater tua, ibi enixa est quae genuit te.* Copluteus Graecae editioni septuaginta respondens, *Sub arbore malo suscitavi te: illic cum dolore parturiuit te mater tua, illic cum dolore parturiuit te, quae peperit te.* Theodoretus & tres Graeci patres, *Sub pomo excitavi te, illic peperit te mater tua, illic peperit te genitrix tua.* In tanta editionum & interpretum varietate, nil est quod perturbemur, cum rem attentius considerantibus, & antiquorum patrum vestigia praesentibus,

mentibus, liquido constare possit, Spiritus sancti mentem atq; ad eò ipsius Salomonis sensum, ad sacrosanctum & salutiferum crucis lignum esse referendum: sub quo & in quo salutem consecuti sumus, & à peccati grauissimo somno suscitati: sub quo etiam impia Synagoga atq; in Chrm̄ humani generis redemptorem ingrata, sempiternam maculam & ignominiam contraxit impietatis: propterquam iure optimo repudiata à Chro, toto orbe profuga sine Deo, sine lege, sine sacrificio, imò sine rectore atq; principe, obscura & infamis vagatur. Sed iam literæ superficiem, & cū antecedentibus coherentiam & consonantiam more nro exponam. De persona quæ loquitur, diuersa sūt interpretū iudicia: Græci enim omnes, quos ego viderim, Athanasius, Theodoretus & tres patres, verba hæc putant esse spōsi: quibus subscribunt ex Latinis multi, Grego. Beda, D. Thom. & ex neotericis, Titelmanus, atq; etiā Anselmus ex antiquioribus: spōsus enim cū spōsam ex agro redeūtem, & iam per regiā urbē ad maternam domū properantē deduceret, ipsa q; spōsa, super dilectū innixa per vicos & plateas Hierusalem magna cū pōpa procederet, optatas nuptias intra maternam domū atq; cubiculum celebratura, spōsus ad spōsam, quā amāter deducebat & sustinebat cōuersus: in tanta letitia & gaudio, mutui amoris initia in memoriā illi reuocat, dicens, Sub arbore malo suscitavi te, ibi corrupta est genitrix tua: quasi diceret. Ego te primū sub pomo umbrosa & fru-

ctifera

ctifera iacentē (quod vt credo memoria retines) dormientem inueni, atq; à somno suscitavi: arbore illam vobis dextro aliquo sidere ad amorē cōciliā dum propitiam esse existimo: nam pater tuus olim matrem tuam viro incognitā, sub eadem pomo primū agnouit, vitauit, & virginei pudoris claustra corrupit. Aut forte (nā buccolicū est hoc carmē, vt iam sepe diximus) fingitur à Salomone, meridiano tēpore, ppter æstiuos calores, grege & ouib' ad vmbra declinatibus, spōsam quæ paternū gregē pascebat, sub fructiferam pomū virentē & vmbrosam accubuisse, in quā spōsus pastor, etiā fortē incidit: cūmq; dormientem inuenisset, eam excitauit, illius quæ venustate, aspectu, & sermonis lepore captus, sibi illā in spōsam designauit: refricatq; memoriā eiusdem arboris, sub qua tēstatur matrē quoque spōsæ primū à cōiuge suo cognitam violatamq; fuisse: solent enim amantes amoris sui primordia libenter repetere. Quod si spōsa loquitur, vt quibusdam Latinis placet, & fere omnibus Hebræis: ipsa spōso in aurem loquens, suæ benevolentia exordia in memoriā reuocauit, quod sub pomo eum primū fuerit intuita dormientem: quodque eum suscitare curauerit. Ac ne forte obijciat spōsus, quod cōtra foemineum pudorem, ipsa loquendi atq; de amore agēdi causam prior præstiterit: subiungit, arbore illam, nescio quam habere amatoria virtutē: nā mater etiam ipsius sponsi, sub pomo illa cōpressa fuit & à viro suo corrupta: & certe quando amantes ad

p 2 felicem

felicem amorum suorum statum perueniūt, amoris sui occasiones & primordia nō sine voluptate cōmemorant: atq; etiam Virgilianus ille pastor, Nisæ amore decept⁹, pomi memoriam refricat: sub quo Nisam indignè illum reiicientem primū amare cœpit, dicens.

Sepibus in nostris paruum te roscida mala

(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.

Alter ab undecimo iam tunc me cœperat annus:

Iam fragiles poterā à terra contingere ramos.

Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.

Sed ne literæ cortici lōgius in hērescam, iam veros, genuinos, à Salomone & diuino spiritu intentos huius orationis sensus, recōditiores quidem illos, sed salutiferos & diuino spiritu plenos, in lucē proferre pro virili studeamus. Arborem hanc, cuius sponsus & sponsa meminerūt, inter ipsa iam appetentium nuptiarū gaudia, salutiferam crucē esse sacri interpretes vno ore testantur. De qua, Ecclesia in hymno qui passionis tēpore canitur, ita ait, Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis, nulla fylua talem profert, flore, fronde germine: dulce lignū, dulces clauos, dulce pōdus sustinet: sola digna tu fuisti, ferre seclī preciū, atq; portā pręparare, nauis mundo naufrago: quā sacer cruor perunxit, fusus agni corpore. Arborē igitur esse erucē sanctissimā inficiari nullus debet aut potest, vel hoc conuictus Ecclesię testimoniō. Sub hac vero arbore, Christ⁹ spōsam suscitauit Ecclesiam, iacentē, dormiētē,

imo

arbor cruce
salutifera

imō peccato mortuā: Synagoga præterea, sub hac eadē arbore fuit corrupta, vitiata, repudiata & destinata perditioni: vnde Daniel post septuaginta hebdomades, vaticinatur occidēdum esse Ch̄m, & Hebræam gentem exitio tradendam: Ch̄i verò morte, quæ in ligno illi fuit illata, Ecclesiā nō modo à sopore letifero suscitātā fuisse, sed à morte in veram vitam reuocatā: verba illa testātur Ecclesię, Mortem n̄ram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Ex eadem vero arbore ex Christi morte, Iudęos impietate sua sempiternā infamiā, exiliū & repudiū ab Ecclesia Ch̄i q; cōsortio p̄meruisse: vel ipsi Iudæi planè testati sunt, illis verbis, Sāguis eius super nos & super filios n̄ros. Quo sermone, cū mortis Ch̄i redemptori n̄o illatæ, sese reos simul cū posteritate sua esse fateantur, imprecātur sibi exiliū, interitum, vastitatē, omniū mortalium odium, cęcitatem, stupiditatem, amentiam: qua vexati furiarum stimulis exagitantur, vagātur, & diras perfidiæ suæ, atq; parricidij p̄nas exoluūt. Verū quoniā in hac breui oratione, diuiniora crucis Ch̄i mysteria cōtinentur, & sub hac arbore fructus vberiores & suauiores iusti decerpunt: cōfiliū fore existimo, ea quæ paulò antè antecesserunt verba repetere: vt priora posteriorib⁹ verbis maiorē lucem adferant: sunt enim (vt sepius dicere soleo) huius libri partes omnes, Spirit⁹ sancti artificio: & opera ita deuinctę: vt antecedentes cōsequētes illustrent, & quæ sequuntur ita cōcinnantur quæ prę-

cesserunt,

Christi
sub Cruce
repudiata
Synagoga.
Dani. 9

Matth. 27.

II. 201

cesserunt, vt mutuā sibi intelligētiam præbeant. Dixerā, quosdā (verba illa puellarū, Quæ est ista quæ ascendit) exponere de humana Ch̄i natura: etiam pro illo momento quo fuit primū Verbo diuino copulata. Admirabātur verò puellæ, quod illa intra vterum Virginis anima Ch̄i sanctissima in corpusculum induc̄ta, è deserto ascenderet: hoc est, non à rebus sublunaribus & sensibilibus (vt solēt cæteræ animæ) cognitionem mendicaret: sed subito ex deserto & in deserto, ad clarā Dei visionem ascenderet gloriæ lumine perfusa: quod in illius mentē, ex vnione cū Verbo, quodam nature vinculo dimanabat: atq; ita voluntas illius, nō in bonis creatis (quæ deserto cōparantur) sisteret, sed eodem momēto, ad summi pulchri raperetur fastigium, in quo vno quiesceret. Inde cōsequebatur in Christi anima & corpore, illa incōparabilis affluētia deliciarū, inde fiebat, vt natura illa quæ nō in propria persona, sed in hypostasi verbi subsistebat, inniterē super dilectum Iū: & dona omnia sua, Verbo diuino, à quo dimanabant, accepta referret. Vnde Euangelic⁹ vates, humilitatē animæ Ch̄i magnis laudib⁹ efferēs, testatur, eū spiritu timoris dñi, reuerētiæ erga Deū, modestiæ & humilitatis esse repletum. Cū ergo encomium, quod illius humanitati canebant puellæ, auribus percepisset sp̄s, quasi respōdens propositæ ab illis quæstioni, inquit sp̄s, Sub arbore malo suscitavi te, &c. quasi dicat: ppter vos homines, & propter vestrā salutem descēdi de cœlo: & incarnatus

Esaie. II.

natus ex Maria Virgine, homo sum fact⁹. Quod humanā naturam in personæ meæ vnitatem suscepi, quodq; illā sūma gratia & gloria cumulauī, & quod illa tot tantisq; delitijs affluat, & quod è deserto ad summi boni cognitionem & amorem subito conscendat, & soli dilecto innixa cōsistat: propterea à me effectū est, quia decreui totā humanā naturam propter interdictū arboris pomum, sub arbore miserè iacentem erigere, infirmā & lāguētem curare, illius vulnerib⁹ medicamenta adhibere, nudā celestibus ornamentis cōdecorare, corruptā & violatā in pristinā integritatem, nitorem & puritatē restituere. Quapropter Ch̄s cū primū carnē suscepit, moriendi præceptū sibi à Patre impositū libenter acceptauit: & quanquā esset in obseruatione illius præcepti plurimū cōtumeliæ, dedecoris, doloris & cruciatus illi sustinendū: tñ amore nature humanæ vehemēter incēsus, magno cū gaudio & animi alacritate, iam sese accingebat, ad maxima pro charissima sp̄sa supplicia perferēda. Quod si verba illa puellarum, de Ch̄o iam in cœlos ascendēte, interpretemur: etiā inter ascendētis triumphos, gratulationes & hymnos applaudentiū angelorū & sanctarū animarū, rogātibus de illi⁹ sanctissima humanitate, Quæ est ista quæ ascēdit? &c. respōdet ipse, Sub arbore malo suscitavi te: quod plane declarat Esa. c. 63. & huius loci diuinus interpretis Dionysii Arcopagita, libro illo suo de cœlesti hierarchia: quicū angeli intuerentur Ch̄m, anima & corpore pro-

Quamprimum Christi suscept⁹ fuit in uero Virgineo accept⁹ et libere crucis horrendū supplicium.

Esa. 63
Dionysius Arcopag.

pria virtute in celos ascendente, cerneret etiã in manibus, ac pedibus cicatricũ rubentia insignia, ad mirabundi percõtantur, Quis est iste qui venit de Edon, tinctis vestib⁹ de Bosra: iste formosus in stola sua, gradiẽs in multitudine fortitudinis suę? Quibus ille respõdet, Ego qui loquor iustitiã, & propugnator sum ad saluãdum. Cũq; angeli magis inquirerent, quare rubrum est indumentũ tuum, & vesti mēta tua sicut calcãtium in torculari? huic etiã quęstioni respõdens, inquit, Torcular calcaui solus, & de gētibus nō est vir mecũ, &c. Admirabili cōcentu Esaiã verba presentibus spõsi verbis cōsentiũt: vbi choro puellarũ de Chri natura canēte, Quę est ista, &c. Chrs ipse respõdet, Sub arbore malo suscitauit te. Auget vero collati beneficij magnitudinẽ, quod cũ humana natura corrupta esset & violata, atq; ad eò ingrata Chro, propter primorũ parentũ peccatum: nihilo seãtius ipse eam iacentẽ erexerit, & à peccati morte suscitauerit. Si vero encomium illud (quod sanctis ferẽ omnibus magis placet) intelligatur de Ecclesia, post resurrectionẽ ad perfectas nuptias simul cũ Chro celebrãdas, ascēdente: spõsi verba, iuxta ea quę dixim⁹, maximi amoris atque lætitię significationẽ præbent: cũ inter gaudia nuptialia, interq; ipsa triũphantis spõsi & spõsę tripudia, ipse suę passionis, crucis & mortis memoriã refricat, dicens, Sub arbore malo suscitauit te, tibi corrupta est, &c. Vbi tria sunt nobis maximẽ animaduertenda. Primum, tã gratum Chro fuisse, pro

sponsa

spõsa charissima mortem ignominia plenã in cruce oppetere, vt illius facti recordationẽ, etiã inter beatitudinis gaudia, velit ex animo spõsę nunquã excidere. Et quidẽ populus ille Hebræus apud Babylonios exulans, memoriã vrbis Hierosolymitanæ in qua olim libertate potiebatur, animo retinebat, dicens, Super flumina Babylonis, illic sedim⁹ & fleuim⁹, dũ recordaremur tui Siõ: & pauló post. Si oblitus fuero tui Hierusalẽ, obliuioni detur dextera mea: adhæreat lingua mea faucib⁹ meis, si non meminero tui: si nō proposuero Hierusalẽ in principio lætitię meæ. At cum hominib⁹ prosperẽ omnia succedũt, solent illi, eorũ etiã qui de illis beneficij sunt, facile obliuisci: quod Genes. 40. præfatus pincernarũ regis Pharaonis, fecisse legimus. Cui in carcere cõstituto mortisq; discrimen vehementius timenti, cũ Ioseph futurã libertatem & felicitatem prædixisset, orassetq; vt pristinæ dignitati restitutus illius patrociniũ apud Pharaonẽ susciperet, eiusq; innocentia tueretur: memor accepti beneficij, tñ succedentibus prosperis, princeps pincernarum oblitus est interpretis sui. Chrs vero, nec toti⁹ cęlestis curię, cõgratulationibus, nec indicibili lætitia sanctarũ nuptiarũ, nec spõsę suę eximia pulchritudine, nec ratione vlla nrę salutis suęque erga nos beneuolentię, potest obliuisci. Sed cũ de solis nuptijs celebrãdis agẽdũ esse videret, tunc initia amoris mutui reuocat in memoriã, inquiẽs, Sub arbore malo excitauit te, &c. Illud præterea, secũdo loco

q obseruari

psal. 136

Genes. 40

Nota

obseruari debet in hac sponsi oratione, quod maioris est meo iudicio momenti, clariusque immense charitatis in nos argumentum: Paulus nanque, Dei charitatem erga genus hominū ea ratione maxime prædicat & amplificat, quia in eos, qui illi studijs & moribus aduersabatur, beneficus & largus extiterit: nā ad Rom. 5. ita scribit, Cōmendat Deus charitatem suā, quia cū inimici essemus, reconciliati sumus per mortē filij eius. Etenim si Chrs. verissime dixit, Maiorem hac dilectionem nemo habet, quā ut animā suam ponat quis pro amicis suis, pro defertoribus, inimicis, ingratis, proque his qui eū cruci affixerunt mortem oppetere, atque pro illis ad patrem preces & lacrymas fundere hoc nouū est & inauditū, ante Chm, charitatis exemplū. Ardebat in Chro charitas & amor in genus hominum, tāto perē vt nullis iniuriarum obicibus cohiberi sese pateretur: nā eo ipso tēpore, quo maxime hominibus infensus & iratus esse videbatur, cū ipsi dæmonis fallacia, monita & cōsilia secuti, a Deo impudēter defecissent, cōmississetque flagitiū omnium maximum quod labe sua vniuersam posteritatē erat infecturum: tātū valuit apud Deū bonitas ipsa, charitas & natua beneuolentia, vt hominē se fieri decreuerit, & ab his quos auersabatur nasci, eosque parentes & maiores habere, ac pro illis debitas pœnas luere. Pollicitusque est sese ex foemina nasciturū, mortē subiturū pro hominibus, etiā tūc temporis cū illos cōmissi sceleris arguebat, ac pro peccato cōmissio puniebat:

niebat: nā Gen. 3. ad serpētem inquit, Inimicitias ponā inter te & mulierem, inter semen tuū & semē illi: ipsum cōteret caput tuū, & tu insidiaberis calcaneo eius. O Dei inauditā misericordiā! o charitatem immēsam: que omnia crimina superexcellēs, malaque omnia nra exuperans, tunc suscipit curā hominū, quā do ipsi a Deo defecerūt: nulla maiori vi impulsū quā superbia, leuitate summa & ingratitude incredibili, conditore, amatore & benefactore relicto: dæmonis, cui nullo erāt obstricti beneficio partes sunt sequuti: tunc illis futurum redēptorem pollicetur, tuncque eos ad pacem & amicitiam benignus inuitat. Postremo autē (quod omnia superat beneficia) illud est, quod cū varijs modis posset homines seruare, & ab illa seruitute in veram libertatem asserere: voluit ipse nostram naturam suscipere, esurire, sitire, algere, cōtumelijs affici, mortemque oppetere: vt homo bene beateque posset viuere. Et cū parentes nri totam posteritatē pessundabāt & in interitum cōijciebāt, tūc voluit ipse, vt salutis nre fundamenta essent iacta: quod Ecclesia prudenter canit, cū inquit, De parentis protoplasti fraude facta cōdolens, quādo pomi noxialis morte morsu corruit: ipse lignū tūc notauit, dāna ligni vt solueret, &c. Cū igitur intuemur spōsam omnibus virtutū luminibus fulgentem, cū cernimus illā Hierusalem cęlestē, fundamentis, portis, altissimis muris, viuis lapidibus, gemmis, auro, margaritisque, & omni egregio artificio visendā: cū admiramur Sion

neam illā arcem, propugnaculis, & omniū armorū genere inexpugnabilē: platearū ex auro purissimo cōstruatarum perspicuitatem, templi illi^o sacrosancti magnificētiā, fluiū illū limpidissimis aquis totā ciuitatem irrigātem: vitalem arborem ex vtraq; fluminis parte sitā duodecim fructus ferentem, & humanā naturā in Ch̄ro ad diuinitatis confortium euectā: cū hęc inquā cōsideraueris, totq; bonorū principia & fōtes inuestigare cōtenderis: inuenies tunc huius tantæ felicitatis initia cœpisse, cū primi parentes Deum grauitē offenderunt. Itaq; dies illa, qua cōtra interdictū Dei, fructū arboris illi gustauerunt, fuit hominib^o propter homines funestissima. Sed si Dei cōsiliū, si decretum, si ardentissimam charitatem, si promissiones spectes, faustissima fuit vniuersis hominibus: ita vt verissimē Paul. dixerit, Vbi abūdauit delictum, superabundauit & gratia: & theologus quidā antiquior, O fēlix culpa quæ talem ac tantū meruit redemptorem habere. Quāobrem spōsus inter gaudia tātæ celebritatis, illius arboris meminit, gustati pomi memoriam refricat, dicens, Sub arbore malo, &c. Et cū in Transfiguratione suę felicitatis in corpus redūdatur, tribus Apostolis specimē pręberet, cū Moyse & Elia de futura passione, cruce & morte loquebatur: iussitq; spōsæ suę Ecclesię, vt quādiu in hoc exilio militaret, in altaris sacrificio tremendo & purissimo, quotidie suę mortis memoriā repeteret: & aduersus letiferum pomū illiusq; venenum, vitalis arboris

ris fructu remedium adhiberet. Habent tñ, nescio quid maioris energię & pōderis, verba hęc, si iuxta Hebræorum sententiam & quorundā Latinorū, spōsæ ascribātur: cuius solennes nuptiæ illiq; optatissimę, intra matris cubiculū tunc erant perficiendæ. Illa igitur cū ad maternā domū procederet delitijs affluens, puellarum & sodalium choro illi epithalamium cōcinente: in aurem spōsi illud infurrauit, Sub arbore malo suscitauit te: quasi diceret, Ego quidem misera, nuda, vulnerata & semimortua, olim sub arbore illa mortifera iacebā, propter peccatū tibi ingrata & inuisa: sed ea ipsa nuditas, miseria, vulnera & peccatorū labes fēdissimę, quæ nō nisi ad irā, indignationem & odiū aduersus me incitare tuā maiestatem poterant: tuæ tamen misericordiæ & bonitati, quia sibi ita placuit, occasionem pręstiterūt omnes in me tuæ misericordię thesauros & charitatis diuitias effundendi. Sub arbore illa, ego misella paupercula cęcitati & peccatis obnoxia, tuam misericordiam excitauit vt meæ miserię succurreres: tu qui omnipotentiā tuā parcendo maximē & miserando manifestas, vt ad nrām humilitatem te ipsum attemperares, vt ad nos homofactus descenderes: & cū angelos desertores & profugos sempiternis flāmis addixeris, hominem tñ fugientem amanter inquiris, suauis sermone allucis, apprehendis, amplecteris: & nrā te naturę adiungens exocularis. Nec mirū si materna illa misericordiæ viscera quib^o in homines semper vteris,

Nota

te impulerint, vt Eua matrem omnium viventium, sub arbore corrupta & violata, in pristina libertatem & dignitate restitueres: & sic humana natura, a qua tu etiam originem trahis, sub arbore violata, contaminata & infecta, in teipso omni peccati labe carente cõseruaueris, in cæteris arboris crucis virtute sanctificaueris, & ab omni culpæ & pœnæ immunem, in felicissimo beatitudinis gradu collocaueris, dicente Paul. ad Ephe. 5. Chrs dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aque in Verbo vite, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. Quod si cum Cõplutensi editione, quæ Græce septuaginta respõdet, legamur, Ibi parturiuit te cum dolore mater tua, ibi parturiuit te cum dolore quæ genuit te, geminatio illa, & verbo parturiendi adiecta exaggeratio cum dolore, vel significat per tropum & metaphoram, diuinæ beneuolentiæ, misericordiæ & prouidentię magnitudinem tantam, vt Deo visus sit in liberatione generis humani, quasi rei pondere, laborare & sudare: vt solent illi qui onera vel viribus suis imparia, vel maxima humeris sustinent: non quod diuinæ omnipotentiæ possit aliquid molestiam aut laborem inferre, sed quod peccatorum pondus grauissimum, Deo ingratisimum & molestissimum existat, ita vt dicatur laborare, Laborare, inquit, me fecistis in peccatis vestris: & alibi, Laboravi sustinens. Quamquam verè Chri humana natura

Ephe. 5

Is. 1.

Ierem. 6.

tura, cuius virtute Ecclesia generatur, & per baptismum propagatur per totum terrarum orbem, sub cruce & in cruce, magno cum dolore, numerosam hanc filiorum prolem parturierit: geminat autem has voces parturiuit cum dolore, quoniam non solum corporis cruciatus & quasi tormina sustinuit Chrs in cruce, sed etiam internos animi dolores acerbissimos. Quæ etiam verba, Chri ferè Mariæ accommodari possunt: quæ labores & cruciatus quos experta non est, cum Chrm nobis peperit, dicente Esaias, Germinas germinauit sicut liliam, & exultauit letabunda & gaudens: & alibi, Priusquam parturiret, id est, priusquam cum dolore partum ederet peperit filium: tamen subpono, hoc est, sub crucis arbore existens, ingenti dolore correpta & fluente lacrymarum effundens, maximo cum animi cruciatus, filio crucifixo compatiens, Chri anum populum parturiuit: hoc enim prædixit illi Simeon Lucas 2. inquit, Et tuam ipsius animam pertransiuit gladius: vt vel in hac parte, quæ Chrs concepit & peperit, nouum quoque populum filio pareret, non sine labore & dolore ingenti. Quapropter dicere merito potest Chriana Ecclesia spõso suo, Sub arbore malo & ibi parturiuit te cum dolore mater tua. *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus emulatio. Lapedes eius, lapides ignis atque flamarum.* Cõplutensis, editioni septuaginta respõdens, in cæteris nihil discrepat: tantum in vltimis verbis, pro eo quod nos legimus Lapedes eius, &c.

Es. 35

Es. 66

Luc. 2.

vertit illa, Volatilia eius, volatilia ignis flāmę eius. Geneb. ex Hebręo, Pone me tanquā signaculū super cor tuum, tanquā signaculū super brachiū tuū: nā validus tanquā mors amor, durus est tanquā sepulchrū zelus: carbones ei², carbones ignis flāmę dñi. Theodoret⁹ & Gręci sequuti septuaginta, Pone me vt signaculū super cor tuum, vt signaculū super brachiū tuum: quia fortis est vt mors charitas, dura sicut infernus emulatio: scintillę eius, scintillę ignis, prunę ignis flāmę eius. Alij legūt etiā ex Gręcis, alę eius, alę ignis, prunę ignis flāmę eius. Vatablus, Ponito me in corde tuo velut sigillū, & in brachio tuo velut sigillum: amor enim validus est vt mors, & zelotypia dura vt sepulchrū: cuius carbones sunt igniti ā flāma Dei. Quarū omnium ęditio nū vnus est sensus. De persona quę loquitur, cōsentiant omnes patres Gręci & Latini, esse spōsum: solus ex Hebręis, Rabbi Abrahā in cōmētarijs super hunc locū, ait verba esse spōsę: quib⁹ subscribit ex Latinis recentioribus, vnus Cyprian⁹ Cistercięsis vir doctriua, religione & facundia insignis, sacrorū Bibliorum in hac Cōplutensi academia interpres, hūc locū declarās, post Rupertū, tom. 2. lib. 7. in Cātica: qui putat verba esse spōsę. Nos cōmune interpretū iudiciū sequamur, & cū vulgatis Biblijs verba hęc nō spōsę, sed spōso tribuamus: qui cū iā ad fores nuptialis domus, magna cū pōpa & comitantium frequentia, spōsam suis humeris innixā perduxisset, eamq; esset in natalē matris domum & genialem

lem thalamū introducturus, proponit illi p̄ceptū quodā cōnubiale quod vitę cōiugalis summā atq; perfectā rationē cōprehendit, dicēs illi, Pone me sicut signaculū super cor tuum, &c. quasi dicat: cernis iam spōsa charissima, nos in limine esse materne domus: iam horā illā mihi & tibi optatissimam imminere, qua optatis amplexibus perfruamur: tu igitur meę erga te benevolentię semper memor, me tui amātissimum, super cor tuum quasi signatorium anulū semper gerito: aut veluti armillā aurę gēmis distinctā, quę brachium exornat, cura diligenter vt fidē cōiugalem mihi astrictā obserues: & nullā suspicioni violatę fidei occasionē exhibeas. Est enim zelotypia suspicacissima, & quę cū amātis pectus & animū semel corripit, furijs quibusdā ac diris illū exagitat: & licet nihil amori magis aduersari videatur, quā violatę fidei vehemens, imo etiam leuis suspitio: nescio tñ, qua ratione & furentis amoris tyrānide fieri solet, vt suspicionibus irritatus amor magis ac magis ardeat & amantē accendat: ipso igne apud inferos ardēte, qui extingui nūquā potest, perfimilis, ipsaq; etiā morte potentior & fortior: neq; verò suspicionibus vnquā aut obruitur aut extinguatur, sed ipsis suspicionib⁹ augetur, vt si cāmino ardenti aquam inspergas, aut maximo igni frigidam suffundas: quę fouet & incēdit flammam, nō extinguit. Ad hęc, spōsa non oratione sed nutu, frōtis serenitate & oris verecūdo rubore, spōso respondet, nihil ā se magis alienū esse, quā cōiugalem

*Zelotypia
suspici-
sima.*

galem fidem vel leuiter ledere: aut thorū maritalē leuissima causa data vnquam violare. Nunc, quid Chrs ab Ecclesia in altissimo charitatis fastigio cōstituta requirat, sub hac cōnubiali p̄ceptione siue admonitione, quā sp̄sus sp̄sae in ipso limine maternę domus p̄ponit, studiosē inquiram⁹: nā cū (vt in hui⁹ libri exordio adnotauimus) scopus hui⁹ epithalamij sit, diuini amoris naturā, proprietates & dignitatem nō solū describere, sed hominib⁹ amplectendā tradere: hoc cōnubiale p̄ceptum, quasi sūma est & epilogus omnium eorū quę in hoc libro diffuse cōtinētur. Inquit ergo sp̄sus, Pone me sicut signaculū super cor tuum: quasi dicat, cernis sp̄sa charissima, quā incōparabili amore te semper fuerim profecutus: quę fuerint nr̄i amoris initia, p̄gressus, incrementa & hęc tā altissima fastigia quę me & te ad maternę dom⁹ limē perduxerūt: vbi nil superest, nisi vt perfectē celebratis nuptijs, intra genialē thalamū, mutuo cōplexu p̄petuō fruamur. Tu igitur pro tot tātisq; beneficijs acceptis, proq; charitate illa eximia quę me impulit vt ex sinu Patris in terras descenderem, humanę naturę miserrias subirem, in crucis arbore mortē oppeterem, vt te à peccato ad vitā perennem suscitarem, & te per gradus quosdam & virtutum incrementa, ad charitatis & sanctitatis apicē, meo sanguine purgatā & sanctificatā promouerē: & iam nunc intra maternā domū tibi in eternū copularer: pro⁹ his ergo, mihi de te tam benemerito, hac vna ratione gratiā referēs,

si

si sanctissimi cōiugij nr̄i fidē inuiolatā seruaueris, si mentis oculos, si amorem tuum in me vno defixeris & collocaueris: si mei memoriā semper habueris, si me quasi anulum signatoriū, in corde, hoc est in cogitationibus votis atq; desiderijs semper gestaueris: in brachio, hoc est, inter agēdū, omnia, in meā gloriam, siue comedas, siue bibas, siue dormias, vitę officia retuleris: amor enim meus, solo amore exolui potest: cordis ego tui affectus, vota & desideria omnia requiro: his pascor, his recreor, his delitijs illaqueatum tu primū à cęlis in terrā traixisti: his tuniculis atq; vinculis irretitum, nō solum intra vterū Virgineum cōclufisti, sed columnę ad tot flagella perferenda alligasti, & cruci ad sustinēdam mortem acerbissimam affixisti: & tñ quanquā incarnationis & mortis Chri, nulla in patrib⁹ merita antecesserint, cū instar magnetis, amor amorem trahat: sp̄sae suspiria, gemitus, lacrymę & voces ex charitate profectę: sp̄sum, ad suscipiendam carnē mortemq; appetēdam, inclinauerūt: iuxta illud Regij vatis, Propter miserriam inopū, & gemitus pauperū, nunc exurgā, dicit dñs. Iubet ergo sp̄sus, vt sp̄sa eum tanquā signum aut auro aut gemę incisū, in pectore gestet & brachio: vt sp̄si memoria nūquam ex illi⁹ corde excidat. Qua p̄phasi, Exo. 13. iussit vt beneficū quo populū Hebręū ex Aegypti seruitute dura liberauerat, certis sacrificijs & ritibus, quotannis in memoriam reuocaret, dicens, Azyma comedetis, septē diebus nō apparebit a-

psal. 111

Exo. 13.

pud te aliquid fermentatum: narrabis q̄; filio tuo in die illo, dicens: hoc est, quod fecit mihi dñs, quando egressus sum de Aegypto: & erit quasi signū in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos. Cū ergo vult sponsus, vt eum instar signi aurei aut gemmei, pectori superponat aut brachio, idem est ac si diceret: memoria mei nūquam a corde tuo deleatur, sēperq; in tuis actionib⁹ luceat. Solēt etiam feminae amantes, aurea quaedam aut gemmea adfabrē celata ab amasijs accipere, quæ in brachio aut pectore gestant, ad eorū quos amant memoriam excitandam: solentq; spōsæ, hæc munera tanti facere, vt nihil charius aut maioris precij, inter mundi muliebris ornamenta cōtingat. Quapropter habere pro signaculo sponsum, nihil aliud est quam illū rebus omnibus antepone, nihil illo charius aut gratius habere: illum in pectore, illum in corde, illum etiam in cunctis vitæ præsentis officijs quasi fulgentissimū ornamentū semper retinere. Quamquam quod quidam vertunt, pro signaculo sigillū, mihi magnopere probatur: solemus enim quæ arcana esse volumus sigillo consignare. Quod igitur sponsus spōsæ pro sigillo sit, tam in corde quam in brachio, nihil aliud est, nisi quod soli spōso, cordis nostri cogitationes, vota, studia, amor & voluptas, dicata sint, illi vni pateant arcana cordis. Et vt literas sigillis cōsignatas, soli ei ad quem scribuntur patere volumus: sic virtutū nostrarum officia soli celesti sponso innotescant. Quamquam per signaculū

in

in sacris literis, plerunq; imaginē alterius aut auro incissam, aut ære impressam, aut in tabula depictā significari ex multis locis est cōpertū. Vnde de Lucifero Ezech. 28. dicitur, Tu signaculum similitudinis, perfect⁹ decore. Spōsam ergo spōsum habere tanquā signaculū in corde & brachio, idem est, q̄ in interno homine & externo Chri viuā imaginē exprimere: quod tunc præstat spōsa, cū fide, spe & charitate, Chriā iustitiam amplectitur: cū virtutum omnium officia ad Euāgelicę legis amulam & regulam cōposita, Chri suis coloribus representat: de quib⁹ Matt. 5. ait dñs, Sic luceat lux v̄ra corā hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem v̄m qui in cęlis est: sunt enim hi, ex eorū electorum & prædestinatorū numero, de quibus inquit Pau. ad Rom. 8. Quos præsciuit & prædestinauit cōformes fieri imagines filij ei⁹. In corde igitur & brachio hæc signacula gestare, est Chri humilitatem, mansuetudinem, puritatē, sapientiā, innocentiā, patientiam & in rebus aduersis cōstantiam, charitatem & misericordiā exprimere: quemadmodum & Paul. 1. ad Corin. 9. de Corinthis inquit, Signaculū Apostolat⁹ mei, vos estis in dño: illius ergo cor, signaculum Chri reddit, in quo nihil aliud lucet nisi Chriani hominis & verē Euāgelici imago expressa: quod etiam signaculū, tunc splendet in brachio, cū in actiones nræ ab Euāgelicis præceptis neque lato digito discedūt. Sigillis etiā, stremata in signa q; nobilitatis imprimuntur, quib⁹ literæ instru-

Ezech. 28

Mati 5

Rom. 8

1. Corin. 9

menta priuilegiaq; munita, autoritate potiuntur. Cū ergo spōsus mortis pro spōsa in arbore crucis susceptæ paulò antè meminisset, iubet statim vt vitæ suę omnes rationes hoc crucis sigillo exornet & munit. Hæc sint illius præcipua schemata & nobilitatis insignia clarissima, de quibus Pau. ad Gal. 4 ait, Mihi absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi: & alibi, Ego stigmata dñi nři Iesu Chři in corpore meo porto, hæc sint vexilla quę in cordis arce atq; altissimo præsidio mentis pro Chřo erigantur: hæc vexilla sequantur nřa omnia opera & officia. Et postremò, Deus naturæ opifex prudentissimus, qui animalium vitam à corde originē trahere instituit, voluit vt illa perennis cordis palpitatione, agitatione sua & pulsu, de totius animalis vitæ & prospera vel aduersa valetudine peritis medicis præberet indicium: cui respondet arterię pulsus in brachio; quo tacto medici salutis aut morbi certū sumunt iudicium. Sponsus igitur, non periturę sed æternę vitæ author clemētissim⁹ & sapientissim⁹ cōtulit nobis in corde charitatē & amorem suum, quasi perennem quandā interni hominis agitationem & impulsus Spiritus sancti, testificātis nobis quod Dei filij simus: & quod illius beneficio & gratia à peccati morbo liberati, rectē valeam⁹. Respondetq; huic diuini spiritus atq; amoris diuini impulsui, motus quidam & impulsus in actionibus externis; ex quo animarum periti medici, si nō certū saltem probabile de diuina gratia & charitate sumunt

sumunt iudicium. Hoc est ponere sponsum tanquam signaculum super cor nostrum & super brachium. *Quia fortis est vt mors dilectio, & dura sicut infernus emulatio.* Reddit causam sponsus, propter quā tam accurate præcipit vt sponsa eum semper quasi in prospectu habeat: nulli alteri arcanas cordis cogitationes nisi sponso aperiat, thesauros meritorum & sanctarum actionum, sponsi beneuolentia, reuerētia & sancto timore, quasi sigillo cōsignatos, à demōnum mundi & carnis periculis & insidijs diligēter custodiat. Ipsa quoq;, externa virtutum officia, orationes, ieiunia, sacrificia, elemosynas ita exerceat: vt solius Chři sigillo insignita, in illum referantur: non inanis gloriolę studio, nō temporarię mercedis cupiditate fiant. In summa, iubet vt internus & externus homo, Chři viam imaginē exprimat: non alicuius rei quæ ab hac imagine aliqua ratione degeneret. Quandiu hoc fecerit, omnia sponsæ ex animi voto succesura: nihil tam difficile aut arduum illi posse occurrere, q̄ sponsi charitas nō possit vincere. Est enim diuinus amor, vis quæ dā summi boni & impulsus Spiritus sancti potentissimus, cui nihil creatum potest obistere: quod Paul⁹ ad Rom. 8. testatur, inquiēs. Quis nos separabit à charitate Chři? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? sicut scriptū est, quia propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus, superam⁹ propter eum qui delexit nos. *Vi des*

Gal. 4.

Not.

ut res
alidamut res
notat

Rom. 8.

IN CANTICVM CANTICORVM

des charitatem omnia superātem? sed pergit Apo-
stolus & illius vires, imò verò, quasi omnipotentiam
explicaturus, subiungit: Certus sum enim, quod ne-
que mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principat^{us}, ne-
que virtutes, neq; instātia, neq; futura, neq; fortitu-
do, neq; altitudo, neq; profundū, neq; creatura alia
poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in
Chro Iesu dño nro. Fortis, inquit spōsus est sicut
mors dilectio: mors nemini parcat, nō regi, nō diui-
ti, nō pauperculo: sed vt poëta quidā prudenter ca-
nit, Pallida mors, equo pulsat pede, pauperū taber-
nas, regumq; turreis. Hæc, Alexāndros, Cæsares, Sci-
piones, ex suo illo altissimo fastigio deturbatos,
impulueres redegit. At charitas, quæcunq; mūdus
hic admiratur & in summo precio habet, propter
Chrm facile cōtemnit: mortem quoq; ipsam, quā
Aristot. magni nominis philosophus, inter omnia
quæ ab homine timeri possunt principem locū te-
nere existimat: amor spōsæ quasi ludum quendā fa-
cile cōtemnit, imò verò ad mortem ipsam læta pro-
cedit: cruces, bestias, ignes omniaq; supplicia libe-
ter sustinens, & inter acerbissimos cruciatus illud
Regij vatis magno cū gaudio decantās, Qui semi-
nant in lacrymis, in exultatione metēt: & illud Pau-
li, Momentaneum hoc & leue tribulationis nostræ,
supra modum in sublimitate æternum gloriæ pon-
dus operatur in cælis. Verè fortior morte est dile-
ctio, mors enim arctissimum illud corporis & ani-
mæ nostræ vinculum dissoluit, non sine vtriusque
tristi-

Mors in-
exorabilis

Morte lō-
gè fortior
charitas.

psal. 125
2. Corin. 5

COMMENTARII. CAP. VIII 161

tristitia & dolore maximo: At charitas attingit à fi-
ne vsq; ad finē fortiter, cū diuina sapientia, & dispo-
nit omnia suauiter, separat & refecat nodos omnes
quib^{us} anima nra corpori est deuincta, & reb^{us} omni-
bus sensibilib^{us}, magna cū ipsi^{us} animæ voluptate &
gaudio: tantū abest vt si amoris diuini vim cōfide-
res, in hac separatione possit esse dolor aliquis aut
tristitia. Ab hoc diuino amore, accipit euangelica
doctrina vim illā quā Apostol^{us} Paul. tā opere am-
plificat, pertingēdi vsq; ad diuisionē animæ & spiri-
tus cōpagū quoq; & medullarū, & discernēdi cogi-
tationes & intentiones cordis. Quod si anima per
mortē à corpore seiūcta ab omni vitæ presentis cō-
mertio subito aliena, nullam curā gerit rerū omniū
pertinētiū ad vitā cōseruandā: charitas etiā, morte
illa sua vitali & suauissima, efficit vt sensibilia om-
nia cōtēnentes, parentes, amicos, liberos, propter
Chrm relinquam^{us}, in quo vno nra omnis vita atq;
felicitas cōsistit: ita vt dicam^{us} cū Pau. Mihi mūdus
crucifixus est, & ego mūdo: viuo ego, iā nō ego, vi-
uit in me Christus: & illud, mortui sumus & vita no-
stra abscondita est, cū Christo in Deo: cum autē
apparuerit Christus: vita nostra, tunc & nos appare-
bimus cū Chro in gloria. *Dura sicut infernus emula-
tio.* Hebræi, Durus tāquam sepulchrū zelus: Vata-
blus, Zelotypia: dura vt sepulchrū. Dionysius, 4. c.
de diuinis nominib^{us}, zelū seu zelotypiā Deo attri-
buit: cui D. Th. secutus August. 1. 2. q. 28. ar. 4. faci-
le subscribit. Quod ex sacrarū literarum vocibus
f liquido

Nota.

Ad Gal
1b. 4.

D. Th. 1. 2.
q. 28. ar. 4.
4.

liquido constat. Est vero in sacris Biblijs zelus ira quædã & indignatio ex vehementi amore proueniens, qua eos prosequimur, qui re à nobis amata cõtra fas & ius potiri conantur: quo zelo incitatus Christus, Ioan. 2. aduersus eos qui tẽplũ profanabãt est vehemẽter iratus, & psal. 72. inquit Dauid, Zelau super iniquos: Numer. 25. phinees auertit iram meã, zelo meo cõmotus. Hac zelotypia quasi tactus Christus, Ioa. 2. illud ps. 68. sibi vsurpabat: Zelus domus tuæ comedit me, & Esaię. ca. 9. & 37. cũ ea connumerasset Dei opera, quib⁹ homines à falsa religione & idolorũ cultu ad verã fidem & religionẽ reuocare cõtendebat, dixit: Zelus domini exercituũ faciet hæc. *Dura sicut infernus æmulatio.* Æmulatio, hoc loco pro zelo vsurpatur seu zelotypia: quæ riuale, æmulũ aut confortẽ, in rei amatę possessione non sustinet, hæc dura esse dicitur ab spõsa: quoniam si de illa loquamur, quæ ab amore corporeę pulchritudinis proficiscitur, dura illa est: & durissimis stimulis atque suspicionibus irritata, amantis pectus, æstu quodã plusquã ferino, exagitat: comparaturq; inferno, qui vt ignis ille tartareus quẽ semel corripit perpetuò torquet, nullã illi aut futuræ libertatis aut melioris conditionis expectationẽ relinquẽs: ita zelotypię furor & rabies crepit sepe, nulloq; tẽpore, vt tartareus ignis, aut extinguitur aut remittit. Sed nũc hæc zelotypiã misã faciam⁹. Et sancta quidẽ quæ hic æmulatio dicitur, ex charitate tãquã ex p̄renni fonte scaturiẽs, iustorũ

obscipit

corda

corda vt ignis quidam potentissimus exurit, concitaturq; ad dolorem & indignationem, vnde dura esse à sponso prædicatur: nã licet in diuino amore oblectatio sit maxima, quandiu amantis anima in sũmi pulchri cõtẽplatione quiescit: sed cũ improbi homines, diuini nominis gloriam obscurare conãtur, cũ honorem & cultum creatori debitũ creaturæ deferunt, cumq; relicto summo illo bono, ad peritura bona se totos cõferunt nõ possunt viri charitate ardentis, sancta zelotypia correpti non dolere, ingemiscere & lacrymari, incandescere aduersus eos qui diuina prophanãt: et si opus fuerit, pro nũminis honore & gloria mortem cõstanter oppetere. Sic Helias, post suspensas celo aquas, quas peracto triẽnio in terras copiose fecit descẽdere, post multa prodigia edita, ad asserendã diuinã maiestatem, postquam prophetas omnes, Baal hoc sancto zelo incitatus, occidit & deleuit, aiebat. 3. Reg. 19. Zelo zelatus sum, pro dño Deo exercituũ: quia dereliquerunt pactũ dñi, filij Israel: altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, &c. Et Pau. 2. ad Cori. 11. æmulor vos Dei æmulatione, despondi enim vos vni viro Virginẽ castã exhibere Chřo: & suspensiones quæ hunc zelotypię affectũ in illo excitauerãt, explicãs, ait, Timeo, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrũpantur sensus vestri, & excidãt à simplicitate quæ est in Chřo Iesu. Quod si hoc sancto affectu & zelo tanguntur spõsi ministri atq; amici, multò magis spõsus spõsę

Zelo iusto
vni ex chã.
vitate nas
citur.

3. Reg. 19

1. Cori. 11

f 2 sua

suæ fidem, castitatem iuraq; cōiugij inuiolata esse
 omni studio curat: vnde ipse inter cetera cognomē
 ta, zelotes appellatur, cuius zelum & indignationē,
 aduersus eos qui posthabito ipsius honore falsos
 deos colunt, aut rebus creatis inherēt, Ierem. 2. fa
 cile intelligemus: introducit enim propheta, Deū
 ita loquentem, Transite ad insulas Cetim, & vide
 te & cōsiderate vehementer, si mutauit gens deos
 suos: & certe ipsi non sunt dij. Populus verō meus
 mutauit gloriam suam in idolum, obstupescite cę
 li super hoc, & portæ eius desolamini vehemēter,
 dicit dñs: duo enim mala fecit populus meus, me
 dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi
 cisternas: cisternas dissipatas quę cōtinere nō va
 lent aquas. Deinde toto capite, cęlesti quadā facū
 dia proponit turpia & nefaria adulteria, quibus po
 pulus ille Deo cōiugij legibus astrictus fidem vio
 lauit, inquit a seculo cōfregisti iugum meum, ru
 pisti vincula mea, & dixisti nō seruiam: in omni e
 nim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, tu
 prosternebaris meretrix: hac tactus zelotypia spō
 sus, spōsam in sublimi charitatis gradu sitam, vt in
 fide data permaneat, & ab omni suspicionis crimi
 ne diligenter caueat, charitatisq; & sanctæ zeloty
 pię vires ac flāmas sponsæ describens, ait. *Lāpades
 eius, lāpades ignis atq; flāmarū. Alij, carbones ei⁹, &c.*
 In tanta varietate translationū, vnus est sensus om
 nium: cæteræ enim licet à vulgata, prima facie, dif
 crepare videantur: eam tñ nō impugnāt, sed magis
 declarant:

declarant: est enim in hac oratione pulchra quędā
 descriptio charitatis iam perfectę, & quæ totū ho
 minem tam internū quā externum occupauit: hanc
 cōparat sponsus igni validissimo, à quo flāmæ ma
 gnæ cōsurgunt, lōge lateq; diffusę obuia quęq; cor
 ripientes atq; vastātes, quas neq; extinguere aque
 multæ valeant, neq; flumina obruere: & sanè, cū au
 dis lāpades, flāmas, tedas ac faces, ignitos carbo
 nes, scintillas, alas & his similia, iuxta versiones di
 uersas: vim quā dam diuini amoris intellige quæ ef
 ficat, vt charitas (quanquā in arcano cordis recessu
 recōdita sit) non possit tñ diutius latere: quin mox
 diuinus amor in sanctas actiones erumpat, vt ignis
 validus emicat in flāmas ipsius testes & indices.
 Emicāt (mihi credite) à diuino amore omnium vir
 tutū officia & diuinę legis obseruatio, sine qua cha
 ritas nullo modo potest cōsistere, Chřo dicēte, Si
 quis diligit me, sermonem meū seruabit, &c. Et vt
 amorem corporeæ pulchritudinis, quę Platonici
 belluinū appellare solēt, indicāt crebra suspiria, fre
 quentes lacrymę, corporis & mēbrorū iactatio, stu
 diū musices, cōficiendi carminis cura, pallidus vul
 tus & macilentus: ita cęlestē illum amorē testātur,
 studiū colēdi Deū, cōmiseratio erga proximos, deuo
 ta cū Chřo colloquia, preces ardentes & assiduæ,
 crebra suspiria ex cęlestis patrię desiderio proue
 nientia, rerū terrenarū cōtemptus & perennis me
 ditatio cū diuinę legis tñ rerum altissimarum. Vt
 ergo flāmę & scintillę, ex igne profilientes, ignem

*Persebe
 charitatis
 descriptio*

Iohann. 16.

etiam lōgè distātibus indicant: sic illa quæ hæc ten^o
retulimus, charitatē demōstrant. Quod verò amor
diuinus, flāmis, lampadibus, aut ardentibus tedis
atq; facibus cōparatur, siue alatis scintillis, expri-
mit aliam ipsius charitatis proprietatem: nimirum
quod illa nō tarda sit aut lenta vel morosa in agen-
do, sed velocissima: nescit enim tarda molimina
Spiritus sancti gratia. Vnde quemadmodū antiqui
suum cupidinem alatum pingebāt: ita theologi nri
Spiritus sanctū in specie columbæ, cuius volatus
pernicissimus est, nobis repræsētāt: & Esa. c. 6. Spi-
ritus illos supremos, quos ppter diuini amoris ar-
dorem seraphinos dicim^o, sex alis præditos esse te-
statur: de quibus Regius vates psa. 104. canit, quòd
Deus angelos suos & spirit^o & ministros suos, vt
ignem flāmantem, hoc est, qui ministros suos tā ce-
leres facit ad exequenda mādāta sua vt vētos, qui
bus nihil velocius sentitur: & nūcios suos tā vehe-
mētes agiles & efficaces, vt ignis flāman, quæ mo-
bilitate admirabili viget, atq; vehementia quasi ve-
locissimis alis per omnia discurrens atq; præteruo-
lans: quod de Paulo Chri ministri sanctissimo, sa-
cræ historiæ referunt, q̄ quasi fulgur à Hierusalem
egressus, per totā Græciam, vsq; in Italiā atque Hi-
spaniæ postremos fines, incomparabili velocitate
percurrens vt diuina mādāta exequeretur, breui tē-
pore lōgos terrarū & maris tractus peragrauit: qua
propter diuinus amor quo ille agitatus tāta veloci-
tate in agendo utebatur, merito flāmis, scintillisq;
asimi-

*Amor diu-
nus velo-
cissimus.*

asimilatur. Quod verò subiungit, Aquæ multæ nō
potuerunt extinguere charitatē, &c. mōstrat duas
alias proprietates diuini amoris excellentissimas:
& quæ illius dignitatē maximè declarant. Priorem
quod diuina charitas etiā in vitæ præsentis exilio iu-
storū volūtates inflāmans, quanquā multā sint quæ
illi aduersantur, & quæ illā extinguere & obruere to-
tis velis ac remis cōtendunt: ipsa crescere quidē &
ardere magis potest, vires eundo acquirere, obuia
quæq; instar ignis corripuens atq; cōsumens: remit-
ti verò aut decrescere nullo modo valet, sed ad mā-
iora incrementa proficere. Est verò posterior huius
diuinæ charitatis proprietas mirabilior, & quæ di-
uinæ cuiusdā naturæ nō solū similitudinē sed vini-
atq; energiā diuinā videatur præferre: quod neq;
multis aquis tribulationū, laborū atq; calamitatū
possit extingui, nec si rerū omnium aduersarū flumi-
na in illā incurrant, valeant illā obruere aut superā-
re. Potest quidē homo iust^o, spōte sua demoni sug-
gerenti, aridētis fortunæ, & lasciuenti carni succū-
bere, manus dare, & per peccatū, cui cōsentit, à cha-
ritatis fastigio cadere: sed si ipsa charitate vti velit,
nō solū perfecta sed etiā exigua: nihil est in hac re
rū omnium vniuersitate, teste Pau. ad Rom. 8. quod
vel minimā charitatis scintillā, vel extinguere pos-
sit vel obruere: cū certū sit illud theologorum axiō-
ma, qualēcunq; charitatē etiā imperfectissimā suf-
ficere ad obseruationē omnium mandatorū: ad vitā-
da mortalia omnia & cōtraria quæq; superanda. Et
quidem

*Amor di-
uin^o ad-
uersis non
frangitur,
sed magis
inualescit*

Nota.

IN CANTICVM CANTICORVM

psal. 68

quidem per aquas & flumina, in arcanis literis res aduersas significari, constat ex multis oraculis: psal. enim. 68. Dauid in maximo discrimine reru aduersaru constitutus, diuinu auxiliu imploras, aiebat, Saluu me fac dne, quonia intrauerut aque vsq; ad animam mea: veni in altitudinē maris & tepestas demersit me: & alibi, Omnes fluctus tuos induxisti super me. Nunc ergo ait sponsus, potest quide ignis corporeus etiam validissimus, magna aquarum copia, aut inundantiu fluminu incursum, tandem extinguat: at charitatis flamas, aduersa omnia supplicia, ignes: mors & quacunq; excogitari possunt calamitates, no solu non possunt extinguere aut obruere, sed nec tatum remittere: cum illa inter supplicia, in ipsisq; mortis faucibus constituta, magis ac magis ardeat (Como fuego de alquitran, q mientras mas agua le echā mas arde) reb⁹ ipsis aduersis alitur, & agitatione ipsa inceditur: no tēpore antiquatur, senescit aut ad interitu vergit: sed vires acquirit & immensum crescit. *Si dederit homo omnē substantiam suam pro dilectione, quasi nil despiciet eam.* Genebrardus, Si dederit quis omnes opes dom⁹ sue pro hoc amore, cōtemnendo cōtemnetur. Cōplutēsis Græcæ respōdens, Si dederit vir omnē vitā suā in dilectione, despitione despicient eum. Vatabl⁹. Si quis verò det omnes opes dom⁹ sue pro amore, omnes eū maximē cōtēnēt. Iuxta vulgatā, german⁹ sensus est: quod postquā spōsus charitatis encomiū nobis paucissimis verbis cecinerat, illiusq; celsitudinem

COMMENTARII. CAP. VIII. 165

ex charitatis proprijs effectis indicauerat: nūc colligit, nil esse inter ea que homines magni facere solent, quod debeat vlla ratione cū charitate cōparari: nō argentū, nō aurū, aut gemmas, non opes: imò nec vitā quā tanto amore prosequimur. Sed si potētissimus quispiā & opulentissimus princeps, aut tyrānus, opes ingentes offerat viro iusto vt à charitate discedat: verus Dei amator, opes omnes illas facile cōtemnet ac floccipendet, pro charitate: hoc enim significant verba illa, Quasi nihil despiciet eam: vbi docti interpretes, in illis verbis, Si dederit homo: dictionem homo, nō quemcunq; hominē significare putāt, sed potentē, diuitē, principē, & tyrānum, & vitæ humanæ delitijs addictū: quod aquila & symachus Gene. 6. obseruauerunt, in illis verbis, Videntes filij Dei filias hominū, q̄ essent pulchrę: & nimirū, sicut per filios Dei, filios nepotesque Seth pietate præstantes intelligunt, Seth & Enos maiorum suoru pietatem erga Deū retinentes: ita per filias hominū, accipiūt filias ex Cain trahentes originem: hominesq; ibi intelligi ac vocari eos qui potentia, opulētia, dominatu & tyrannide, nil sanctū, nil intentatū reliquere: sed voluptatibus ac vitæ præsentis delitijs dediti, omnib⁹ sceleribus frēna laxarunt: hi ergo homines dicuntur. Et hoc loco, cū ait, Si dederit homo omnem substantiā suā, &c. de illo homine loquitur, cui tātū est cū charitate, & equitate & virtute dissidium, vt nil intentatū relinquat, nullū nō moueat lapidem, vt iustos homi-

Gene. 6

nes à Dei charitate diuellat: cuius tñ opes & voluptates, imò salutē & vitā, iusti ppter charitatē facile cōtēnūt. Hoc in ipso statim nascētis Ecclesiæ initio, nō tantū Apostolos ac Ch̄ri discipulos, sed etiā ch̄rianos omnes effecisse, in libro gestorū Apostolicorū legim⁹: qui vniuersas fortunas atq; diuitias abdicātes & p nihilo habētes, nudi & pauperes, nudū & pauperē Ch̄m sequebant: nimirū, inuēto thesauro illo in Ecclesię florido agro abscondito: cuius gratia, omnia quę possidebāt abiecerant, inuētaq; margarita illa precij inestimabilis, cui cōparāde vt incūberent, terrena omnia vēdiderūt: & Paul. de se

Mat. 13:

Phil. 3.

Diothima depingit vulgarem amorem.

Diuinus amor terrenam contemnit.

Luce. 9.

vbi

vbi caput suum reclinat. Hoc etiā amore incitati illi (de quib⁹ Pau. ad Heb. 11. loquebatur) vitā in hoc exilio egerunt, egentes, angustiati, afflicti in montibus & speluncis & in cauernis terrę secti, cruciati & occisi, vt charitatem cōseruarent, quā cunctis rebus cōditis prętulerunt. Quod si iuxta Complut. editionem, quā Vatablus penè ad verbū sequitur, legamus, Si dederit vir omnem vitā suam pro dilectione, despectione despicient eum: sensus, interprete Theodoro, est: q; viros Deū amātes, victū, fortunas, honores vitamq; ipsam exponentes pro Ch̄ro, mundi amatores rident atq; despiciūt: quod Pau. 1. ad Corin. 4. cōfirmat inquit, Maledicimur & benedicim⁹, persecutionē patimur & sustinem⁹: blasphemamur & obsecramus, tanquā purgamēta huius mundi facti sumus omnium peripsēma: quasi dicat, omnium rerū quisquilię reiectamentaq; existimamur: & Theodoretus, pulchra similitudine ostendit mūdi amatores, Dei amicos cōtemnere, dicens: quemadmodū qui vertigine vexantur, cū ipsi nutent & minime cōsistant, omnia moueri putant: ita charitatis expertes, eos qui charitate pręditi sunt, quasi stultos & insipientes irrident & naso suspendunt: hoc enim Sapien. 5. Impij in die iudicij se cū reputabunt, cū dolentes & prę angustia spiritus gementes, de iustis hominibus, quos tunc Deo gratos & cōiunctos intuebuntur, dicēt, Hi sunt, quos habui: nus aliquando in derisum & in similitudinē improperij: nos insensati vitā illorum estimaba-

Heb. 11.

1. Cor. 4.

Pulchra similitudo

Sapien. 5.

mus infaniam, & finem eorū sine honore: ecce quo modo cōputati sunt inter filios Dei, & inter factos fors illorum est. In psalmis etiam, p̄salm̄ D̄avid inquit, iustorum innocentiam, modestiam, & paupertatem, & simplicitatem, improborū hominum ludibrio, nō sine virtutis cōtemptu, expositam esse. *Soror nostra paruula, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostrę, in die qua alloquenda est?* Genebrardus ex Hebręo; Soror est nobis parua, & mām̄a ei non sunt: quid faciem⁹ sorori nr̄a, in die qua sermo fiet de ea? Complut. Græci, Vatablus & omnes interpretes quotquot videre potui, eodem modo transferunt, estq; omnium vnus sensus: quāquā de persona quæ loquitur, tres sint interpretum sententię: quarū prima est, Greg. Nissenī, Maximi, Nili, Pseli, & quorundā recentiorum ascribentiū verba hęc sponsa, quæ intra thalamū geniale cōstituta, de sorore sua natu minore sollicita, illiusq; imbecillitatē & solitudinem perpendens: cepit agere cū spōso, de illa matrimonio collocāda: verebatur tñ & angebatur, quoniam soror, pusilla erat statura corporis, pectoreq; atq; vberib⁹ depressis: quod in puelis quę nuptui tradendę sunt, deforme solet reputari. Soror, inquit, nostra paruula, & vbera nō habet: quid faciem⁹ sorori nr̄e, in die qua alloquenda est? vel iuxta Genebrardū, In die qua sermo fiet de ea? quasi dicat: Cōpertum habes spōse charissime, reliquā mihi fuisse sororem natu minorem, quæ iam ad nobiles annos peruenit: sed angit me vehementer,

ter, quod neq; corporis elegancia præstat, neq; villā in ea elucet membrorum cōcinnitas: maxime q; in hac ætate, neq; vbera in illa emineāt vel turgescāt, neque iustā staturam obtineat: quare tuum ego in hac parte cōsiliū requiro, vt doceas quid facere valeamus, cū de illius cōiugio agetur: vt illa procerior possit & venustior apparere, ne repulsam, in ea collocāda & tradenda, nō sine pudore patiamur. In tulitq; sermonem hunc sponsa, aliarū scēminarū cōsuetudinem sequuta: quæ postquā ex animi sententia viris nupserunt, dum adhuc calet nuptiarum lætitia, & parentes ad cæteros filios nuptui tradēdos alacriores existūt: solent de sororum natu minorū cōiugio, cū parentibus, sponso & cognatis, sermonem facere. Sub hac verō imagine pulcherrima nouæ nuptæ cęlesti spōso ex animi voto copulatę, describit nobis Salomon, nō solum Ecclesiam ipsam vniuersę omnes Chřianos cōplectētem, sed reipublicæ Chřianę principes, duces & vexilliferos, in altissimo diuinę sapientiæ & charitatis gradu collocatos, & iam ad spōsi sacrationem thalamum, amplexus & oscula introductos, sed de imbecilliorum paruulorum (quos soror hęc paruula representat) salute vehementer sollicitos: quos, duo maxime solent erga fratres angere & solitudine torquere: cū q; illi charitate, rerum diuinarum cognitione, cęlestiumq; virtutum magnitudine careant, sintq; infirmi & paruuli: aut q; doctores orbati sint, ducibus atque magistris, quos vberum nomine signifi-

IN CANTICVM CANTICORVM

ficari sæpius ostendimus. Hac solitudine tactus, imò verò agitated semper Paulus erga paruulos, quorum saluti vt prospiceret, versabatur in magnis laboribus & periculis, in solitudine, in mari, in falsis fratribus, in labore, ærumna, vigilijs, fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate: præter quotidiana & impendentia discrimina, & Ecclesiarum omnium solitudinem: Quis, inquit ille 2. ad Corin. 11. Infirmatur, & ego nõ infirmor? quis scandalizatur, & ego non vrer? & ad Galat. 4. maiorem adhuc solitudinem indicās, ait, Filioli mei quos iterũ parturio donec formetur Chrs in vobis. Vides parturientis dolores erga paruulos & imbecillos, in quib⁹ Chrs nõ dum perfectè formatus erat, nõdũ iustam magnitudinem per charitatem obtinebat: & ad Rom. 9. videas Paulũ non modo solicitũ, sed cõdolentem de sorore imbecilla & deformi, nimirum de Synagoga (quæ Chro semper aduersabatur) dicens, Veritatem dico in Chro Iesu, nõ mentior, quoniã tristitia mihi magna est, & cõtinuus dolor cordi meo: optabã enim ego, anathema esse à Chro pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundũ carnem: qui sunt Israelitẽ. Eodem vero charitatis spiritu ducebatur Moses, Exodi. 32. cũ populus ille durẽ ceruicis adorasset vitulum conflatilẽ, Deusq; illi diceret, Cerno quod populus iste durẽ ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus cõtra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentẽ magnã: ille cõtrã, lõga & ardētissima oratione Deũ ad misericordiam

2. Cori. 11

Gal. 4. 5

Rom. 9.

Exodi. 32.

COMMENTARII. CAP. VIII 163

fericordiã inclinare curabat: vnde sequitur, Placatusq; est dñs, ne faceret malum quod locut⁹ fuerat aduersus populum suum. Solitudinem præterea magis ostendit inferius, cùm preces ad Deum fundens pro peccato populi aiebat, Obsecro dñe, peccauit populus iste peccatũ maximũ: aut dimitte eis hanc noxã, aut si nõ facis dele me de libro tuo quẽ scripsisti. Secunda sententia est Hebræorum omnium, & fere omnium Latinorum afferentiũ sermone hunc esse sponsi, deliberantis cũ sponsa, sodalibus & adolescentulis, de nouẽ Ecclesiæ salute, incremento & nuptijs futuris: & quidem sub persona paruulę huius sororis, aptè describitur Ecclesia in huius vitę exilio cõstituta: quæ nulla ratione pertingit ad Ecclesiæ triumphantis magnitudinem, pulchritudinem & fœcunditatem: siue cogites numerũ beatorum angelorum, qui maximus est, siue eorum sapientiam: cui cõparati sapientissimi viri, paruuli iudicãtur, dicente Pau. 1. ad Corin. 13. Cũ essem paruulus, loquebar vt paruulus, cogitabã vt paruulus, &c. Nunc cognosco ex parte, nimirũ per speculũ in enigmatẽ, tunc autem cognoscã sicut & cognit⁹ sum: quasi dicat, facie ad faciem Dei naturã cõtemplabor. Et si Ecclesiã in suis initijs & quasi in cunabulis cõtempleris, paruula erat Abelis tempore, carebatq; vberibus: erant enim paucissimi doctores, qui verẽ doctrinẽ lacte fidelem populũ nutrent: nã et si tunc erat Adã, Seth, Enos & alij qui Dei cultum veramq; doctrinã populo tradere nt: erant tñ il

1. Cori. 13

li paucissimi, præ illis qui ex impio Cain originem trahentes illiusq; improbitatem imitâtes, innume-
 meris erant vitijs cõtaminati & corrupti: & in tâta
 hõminum multitudine, vnus repertus est Noëmus
 cum sua familia fatis exigua, qui Ecclesiam & ge-
 nus hominum conseruaret: de qua verissimè di-
 ci poterat, Soror nostra paruula, & vbera non ha-
 bet, &c. quæ verba etiam Hebræi, de Ecclesia anti-
 qua in Aegypto sub Pharaone dura seruitute affli-
 cta, & magistris ducibusq; carète, optimè interpre-
 tantur: quanquã melius Ecclesiastici interpretes,
 sermonem hunc ad Chriane Ecclesie tempora re-
 ferendum esse credunt: quã (propter naturæ cõmu-
 nionem) sororem, propter paucitatem illorum qui
 Chro predicanti crediderunt, spõsus appellat par-
 uulam. An nõ paruula iure optimo dicebatur Eccle-
 sia illa, si vel Apostolorũ ipsoꝝ (quos Chrs prin-
 cipès & columnas designauerat) imperitiã, exiguas
 vires moresq; inspicias? nam Petrus ipse à Chro
 c. 16. Matthæi, Ecclesie princeps designatus, in trãf
 figuratione, cũ videret Redemptorẽ nrm, specimẽ
 quodã suæ beatitudinis tribus chariorib⁹ discipu-
 lis exhibentem, atq; de morte, cruce & reparatione
 generis humani cũ Moyse & Elia loquentẽ: Petrus
 quasi paruulus, & doctrina atq; peritiã quasi vberi-
 bus carens, loquentem Chrm̃ intempestiue inter-
 pellans, dixit, Dñe bonum est nos híc esse, si vis, fa-
 ciamus híc tria tabernacula: tibi vnum, Moysi vnũ,
 & Elie vnũ: quã verò inscitè & pueriliter loque-
 retur,

retur, exposuit Euãgelista Mattheus, dicẽs, Hoc au-
 tem dicebat, nesciẽs quid diceret. Paruulos quoq;
 & ineptos, tunc ad docendum fuisse cæteros Apo-
 stolos, Iacobum, Ioannẽ, Andream, Bartholomẽũ,
 &c. indicat planè illorũ quæ sita atque respõsa: ple-
 runq; tam inepta, vt Chrs ipse mitissimus, rudẽ &
 puerilem illorum stultitiã acriter reprehendat.
 Cũ verò Chro capto diffugiunt, & eodẽ crucifixo
 atq; sepulto intra cenaculum præ timore delitef-
 cunt: an nõ imitantur paruulos, ad quæcunque ter-
 riculamenta & laruarum vmbas vehemẽter trepi-
 dantes? Quã ob causam, Lucas Actorum Apostoli
 corũ. c. 1. fidelium cætum, ante aduentũ Spiritus san-
 cti, non Ecclesiã, sed turbã hominũ appellauit: for-
 tẽ quia imbecilla erat, imperita & instabilis: post
 aduẽtum verò Spiritus sancti, Ecclesie titulo eam
 exornat: nimirum, quia columna facta est & firma-
 mentum veritatis. Ad hæc initia spectabat Paulus,
 cũ 1. ad Corin. 1. dicebat, Videte fratres vocationẽ
 vestram, quia nõ multi sapientes secundũ carnem,
 nõ multi potentes, nõ multi nobiles: sed quæ stulta
 sunt mundi elegit Deus, vt cõfundat sapientes, &
 infirma mundi elegit Deus, vt cõfundat fortia: & ig-
 nobilia mundi & cõtemptibilia elegit Deus & ea
 quæ nõ sunt, vt ea quæ sũt destrueret: vt nõ gloriẽt
 oannis caro in cõspectu Dei. Est igitur Ecclesia, si
 illi⁹ initia estimes, paruula dignitate, genere, potẽ-
 tia: nec vbera humanæ sapientiẽ habebat, quib⁹ ad
 se cõfluẽtes posset nutrire, nec eam generis magni-
 tudinem,

Act. 1

1. Corin. 1

itudinem, armorum vim & oratorum eloquentiam, qua seipsam posset propriis viribus per totum terrarum orbem diffundere. Habuit Pyrrhus Cyneam virum eloquentissimum, qui dum legatum ageret, plures ad imperium Pyrrhi sua lingua pellexit, quam ipse armorum militum viribus. Creuit breui temporis spatio in vastam mollem monarchiam Græcorum, laboribus & industria Alexandri cognomēto Magni. Romanorum etiā imperium florentissimum, totum penē terrarum orbem suę ditioni subiecit, clarissimorum imperatorum prudentia & fortitudine: habuit enim Fabios, Cincinatos, Scipiones, Pōpeios, Metellos, Carones, Cæsares & alios innumeros: qui singulari robore, multisque animi & corporis dotibus præditi, Romanas aquilas atque vexilla, magna cum gloria dilatare semper cōtenderunt. At Christus ipse, Ecclesię nostrę author & cōseruator, exiguus ille lapillus fuit qui describitur apud Danie. c. 3. de motis altissimo vertice sine vllis manibus præcissus: qui Assyriorum, Persarum, Græcorum & Romanorum monarchiam, quasi prægrandem statuam, luteis ferreisque in pedibus, percussit, deiecit atque cōtriuuit: & regum ac Cæsarium potentiam, philosophorum sapientiam, inanem oratorum facundiam, minas tyrannorum horrendas, atque immania supplicia, & omnium humanarum voluptatum blādimenta prostravit, protriuuit, & in puluerem nihilumque redegit, sola Euāgelij prædicatione: quam cōmisisit, non Athenarum magistris, non eloquentissimis oratoribus, non legionibus armato-

Danie. 3.

rum

rum militum: sed duodecim piscatoribus, humana potentia, sapientia & eloquentia destitutis: qui breuissimo temporis spatio, sublata falsa religione, arisque & puluinaribus idolorum destructis, Christi crucifixi vexilla longè lateque produxerunt, illiusque veram fidem, & religionem felicissimè propagarunt: ita ut quaquam societas Apostolorum & discipulorum, quos Redemptor noster à morte sua reliquit, parua fuerit & exigua, nulla tamen vnquam fuerit secta, nulla philosophię professio, ad quam ex toto orbe, tot studiosi cōfluxerint, tot viri magno & excellenti ingenio præditi cōcurrerint: allesti & attracti, sola crucifixi virtute, & Euāgelicę doctrinę energia, atque suauissimi nominis Iesu indicibili potestate. Quapropter sponsus interrogat sponsam atque sodalium & puellarum chorum, quid agendum sit de noua Ecclesia, de qua inquit: Soror nostra paruula, & vbera non habet, &c. quasi dicat: cernitis exiguum esse Apostolorum, discipulorum & omnium fidelium cętum, quippe qui numerum centum viginti vix cōpleat: cernitis Petrum, Andream, Iacobum, Iohannem & ceteros, obscuros esse, imbelles, rudes, imperitos, elingues: quid ergo agendum vobis videtur, cum dies ille optatissimus affulserit, quo Iudæorum & gentium populus, ad veram religionem est euocandus, cum sermo omnis noster in hunc finem dirigatur, ut homines, ad alterinis dijs posthabitis, mihi per fidem & baptismum casto cōnubio iungantur, & repudiato Sathana, mundo obscenisque voluptatibus, per

v 2

fidem,

fidem, spem, charitatem, mihi tanquã legitimo viro tradantur? Cùm autem audis interrogãtem spõsum, nihil minus suspiceris quã illũ ambigere quid factõ opus esset, aut quòd alicuius hominis vel angeli cõsilio indigeat. Sed hac interrogacione sua excitat mentem spõsẽ & sodalium, vt singulari attentione, huius negotij magnitudinem perpendant, & diuini cõsiliij altitudinẽ, in Christiana Ecclesia fundanda, firmanda, augenda exornandaq; cõsiderẽt. Tertia sententia est aliorum qui hæc verba putant esse sodalium sponsi: ita Beda & Titelmanº, in hũc locũ, probabiliter dici putant: nomine vero sodalium, interpretantur Apostolos & Chri discipulos ex Hebræorũ populo ad Ecclesiã pertinentes: qui intuẽtes societateẽ eorũ qui ex gentibº ad Ecclesiã cõfluebant, credẽtium numero, principio paruulã esse & ad docendũ minus idoneã, inter se ita loquebantur, Soror nra paruula, & vbera non habet, &c. Soliciti erant, q̃ gentes iusta magnitudine & vberibus carerent: nã, vt prudenter animaduertit Beda, à decimo octauo Tiberij Cæsaris vsq; ad quartum Neronis annũ, legimus, Apostolos Chriq; discipulos feliciter Euãgelium disseminasse: pluresq; gentium, per annos illos circiter triginta, ad fidem cõuolasse: paucissimos tñ aut forte nullos ex gẽtibus, prædicãdi munere fuisse perfunctos: eòq; senatus quoq; Apostolorũ, gentium Ecclesiã paruulã reputabãt, & necdum ad generandos per doctrinã & lactãdos filios sufficeret. Quapropter, verba illa,

Soror

Soror nra paruula, &c. quasi deliberatio quãdã est & cõsultatio Apostolici cõuentus, inquirẽtis remedia atque auxilia salutaria, quibus gentiũ Ecclesiã posset adolefcere, & vbera habere Euãgelicæ doctrinæ lacte plena, quibº nouam prolem quotidie orientem & crescentẽ posset sustentare: cuius cõsultationis atque quæstionis decretũ atque respõsum, cõtinent verba quẽ sequuntur. *Si murus est, edificemus super eum propugnacula argentea: si ostium, cõpingamus illud tabulis cedrinis.* Genebrardus ex Hebræo, Si murus est, edificabimº super eam palatiũ argenteum: quod si ianua est, arctabimº super eam tabulã cedrinã. Vatablus, Si murus est, edificabimº aduersus eam propugnaculũ argenteũ: sin fuerit ianua, cõcludemus eam tabulis cedrinis. Loquitur, vt quidã putant, sponsa (vt alij meo iudicio probabiliter sentiũt) chorus sodalium (vt ego credo) spõsus ipse: qui solus tam difficili quæstioni poterat satisfacere rationẽq; præscribere, qua duo illa nature vitia, interni hominis vitia indicantia, puilla statura, & pectoris vberumq; depressio, arte corrigerentur, aut saltẽ vel suppleri possent vel occultari. Ait ergo (si externã tantũ verborũ faciem interpretieris) si vetustos vrbs muros ruinantq; minitãtes, substructis cementis lapidibusq; subiectis instauramus, aut ex coctis lateribus eos resarcimus, cõfirmatis verò superstruimus tures & pinnas auro argenteoq; picturatas, & propugnacula, imò palatia pulcherrima: si portas antiquitate & carie deformatas,

tabulis

v 3

tabulis

tabulis cedrinis cōtegimus & cōpingimus, facile etiā erit parū stature & vberū defectui succurre: ille quidem coturnorū artificio, huic vestitu & ornamentorū cultu: quæ vberū decorem & corporis elegātiā præferre videantur. Verū quoniā sub his muri atq; ostij figuris Salomō multa maximāq; mysteria cōplectitur, operæpretiū erit has duas voces accuratius explicare. Murus in sacris literis (vt plurimū) in bonam partem accipitur, vt Ierem. 1. inquit Deus prophete: Ego dedi te in ciuitatē munitā, & in columnā ferreā, & in murum æreum super omnē terrā. Et nobilis quidā poëta inquit: hic murus aheneus esto, nil conscire sibi nulla pallefcere culpa. Sed hoc loco, nō mihi displicet quorundam Hebræorū & Latinorū opinio, qui murū & ostium malū aliquod & vituperatione dignū sonare arbitrantur: nā spōsus, cū duo vitia inesse sorori sponsæ dixisset, corporis paruitatem & māmā plus æquo depressas: vitia illa aut eorum causam notat, cū dicit, Si murus est, edificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, cōpingamus illud tabulis cedrinis. In muro ergo atq; ostio, aliquid quod correctione indigeret insinuasse videtur sponsus: quare quid per murū ostium ve significetur in præsentiarū, diligentius inquiramus. Murus, eos, qui intra arcem urbēq; cōmorantur, tuetur: hostes verò arcet & repellit, ne inuitis ciuibus urbē ingrediātur: quod, muri vox à muniendo deriuata, satis exponit. Ostium verò quod ab obfistēdo ducitur, quandiu

Ierem. 1.

quandiu feris & pesulis obstructū est, hoc idē præstat: quapropter, de firmissimo illo Hierosolymitanæ urbis præsidio, quod beatorū regiam præfigurabat, canit Dauid, Lauda Hierusalē dñm, lauda Deū tuum Sion: quoniā cōfortauit seras portarū tuarū, &c. Quod si ille qui in urbem aut arcē intrare contendit, vir probus ac iustus sit, qui ciuib⁹ nō perniciem machinatur, sed potius illorum salutē, vitā, libertatem, pacem & fēlicitatem tueatur: illi obfistere quasi murum aut ostium, turpe esse ducitur: vt si Deo inspiranti, vocāti, pulsanti & ad vitā æternam inuitanti, obstinato animo cōtradicas. Hunc murū Dauid psal. 17. irrūpere atq; trāsilire, laude dignū esse reputabat, cū aiebat, Quoniā à te eripiar in tētatione, & in Deo meo transgrediar murū: hoc est, diuino ductu & auxilio, quoscūque obices ad virtutem & equitatem prærupam, & quæcunque impedimēta superabo: sunt enim peccata, præcipuè diuina cōsuetudine obfirmata, quasi murus ex cocto latere aut ex duris lapidibus calce firmiter compactus: de quo muro Regius vates psal. 54. canit, Tota die circūdabit eā super muros ei⁹ iniquitas: quod magis explicat Esa. c. 2. dicens, Dies dñi super omnes cedros sublimes, & super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum: vbi testatur Deus, sese vindictā sumpturū de superbis, & de illis qui sese tanquā turrim excelsam & murū munitū opponunt virtuti, religioni & equitati. Apertissim⁹ vero est locus Ierem. 54. dicētis, Murus Babylonis ille

psal. 49.

psal. 17.

psal. 54.

Esa. 2.

Ierem. 54

ille altissimus, suffusione suffodietur: & portę eius excelsę, igne cōburentur: vbi aduersus duo totius humani generis pernitiōsa vitia, imō radices peccatorū omnium, quę muros Babylonis in altū erexerūt, & portas eius diuino amorī obstruxere, duas virtutes designat Ieremiās: cōtra superbiā, humilitatem & despicientiā sui: qua suffusione suffodientes, lutumq; nos & puluerem esse agnoscentes, nobis ipsis vilescimus, Deo q; summā exhibemus reuerentiā: charitas vero, quę instar ignis, portas Babylonis destruit, & in cineres redigit, amorem sui subuertit, originem & seminarium peccatorū omnium qui propterea portis recte cōparatur. Nunc igitur, nomine muri & ostij, cū sponus ait, Si murus est, &c. eos significat qui Euāgelicę prædicationi obicem opponūt, & qui totis viribus Ch̄ro & illi doctrinę resistunt: quales fuere Iudeorū principes, scribę & pharisęi, qui Redēptori nr̄o eiusq; Apostolis ita repugnarūt, vt eos aqua & igne interdiceret, a suis cōuentibus tanquam sacrilegos eiectos multis magnisque cōtumelijs ac supplicijs affecerint. Murū etiam appellat tyrānos, & humanę philosophię magistros ac falsę religionis patronos: qui aduersus Euāgelium magna animorū cōspiratione pugnaverunt: vt Neronēs, Domitiani, Maximini, Diocleciani, Iuliani, &c. Ex philosophis verò, Celsus, Porphyrius & innumeri alij, qui sese tāquā murum inexpugnabilem ferreasq; portas, cōtra Euāgelij doctores & prædicatores obiecerūt. Nunc er

gō verba spōsi ita exponam: *Si murus est, &c.* quā si dicat: si propterea soror natu minor (nempe aut populus Iudaicus aut Gentilicus) retardatur quō min⁹ mihi matrimonio copuletur, quia sunt in vtroque populo qui Euāgelicę doctrinę aditam intercludāt: aduersus hunc murum & hasce portas, adificabimus argenteum propugnaculū: hoc est, cōtra murum illam erigemus turrim multo altiorē & firmiorem, aureis argenteisque pinnis fulgētem: intra quā, vr̄bis expugnatores tuti, tela, sagittas, iacula & missilia aduersariorū vitare queant, atq; ex editiori loco propugnatores repellere, globis & missilibus eos petere, murosq; ipsos bellicis tormentis cōcutere & solo equare. Sunt vero hæc propugnacula atque præsidia, prophetarū de Ch̄ro clarissima vaticinia: quibus Sibyllarum prædictiones sunt adiungendę, vtriusq; testamēti admirabilis confirmatiō, Ch̄ri miracula in suę doctrinę cōfirmatiōne facta, Ch̄rianę vitę probitas & integritas, atq; ad naturę legē morū sanctitas incorrupta, martyrorū cōstantia & illorū respōsa, tanta sapientia & diuini spiritus gratia prædita, vt verē sint quasi quędā propugnacula argentea nitentia & sonora, quę adhuc in sacris historijs lectores in fide cōfirmant: Virginū niuea puritas & sanctorum hominū studium feruētissimū, quō diuinarū rerū cōtemplationi semper incūbunt, terrena omnia negligūt & floccipendūt. Vel argentea propugnacula argento auroq; fulgentia, sunt Ecclesię doctores, fide, spe & charitate fir-

*Quę sint
Ecclesię p
pugnacula
argentea.*

Secūda ex
positio.

missimum, sapientiæ altitudine quasi sublimes turres erecti, omnium disciplinarum luminibus præclari, & varijs multigenisque telis, iaculis, & missilibus instructi: quibus & sua doctrinam tueri possint, & Iudeorum, philosophorum, atque hereticorum errores superare, ex pugnare, eosque ad ditionem tandem compellere, ut muris illis destructis ac solo æquatis simul cum portis, Christus Imperator noster, victor urbem ingreditur: & crucis vexilla in altissima urbis arce erigantur. Quod mihi videtur singulari facundia describere Regius vates, psal. 24. ubi introducit choros celestium spirituum Christo victori applaudentium & obsequentium, canentes atque iubentes huius mundi regibus, ipsisque monarchis, ut Christo ingredienti in illorum urbem portas aperiant, fores (si opus fuerit) ex cardinibus euulsas in altum attollant: muros ipsos triumphanti humani generis liberatori prosternant & diruant. Attollite (inquit) portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quamquam patres post Dionysii theologum eximium, carmen hoc de Christi ad inferos descensum, atque ascensum in celos, interpretantur: nam ille, quamdiu corpus in se pulchro iacuit, ad inferos descendens, carcerum portas firmiter obsignatas effregit, ut in limbo reclusos patres, in clarissimam lucem & optatam libertatem educeret. Quadragesimo vero a resurrectione die celos ascendit sanctorum hominum & angelorum numerosa corona cinctus, ubi sublimis illi regis fores, propter primorum parentum peccatum humano gene-

ri

ri obserata, victori Christo atque triumphanti facile patuerunt. Quod si orbis huius sublunaris, muri atque portæ Christo aduenienti panduntur, si tartarea repagula & inferi occlusi carceres, illius imperio referantur: si celorum regia hominibus preclusa, vni Christo aperitur, & post illum cæteris mortalibus: æquum est ut nullus sit murus quantumcumque altus & munitus, nullum ostium, etsi antea seris, pesulis & repagulis obfirmatum, quod non Euangelicæ prædicationi cedat, pandatur & pateat. Posterior sententia, est ferè omnium Hebræorum, Græcorum & Latinorum: qui duas illas voces, murum, & ostium, non in malam sed in bonam partem accipiunt: quibus ego libenter subscribo, quoniam sensus ille, antecedentibus & consequentibus metiturque: ipsi spiritus optime coheret. Si murus est (inquit spiritus) ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud ex tabulis cedrinis: quasi dicat spiritus, non est cur desperemus sponsa charissima, sororem hanc tuam natu minorem (licet modo pusilla sit) posse in iustam staturam assurgere, & ad debitam magnitudinem peruenire: posse etiam vbera que modo in illa depressa sunt intumescere, atque lactis copiam polliceri: nam, si illa quasi murus firmus, fidem in Deum, spem & charitatem retineat: nos huic fundamento argentea propugnacula turrimusque munitissimam superædificabimus diuinæ sapientiæ & virtutum omnium: quæ & ei maximam decorem splendoremque tribuat, & aduersus omnium hostium incursum præmuniant atque defendant: ita ut illa euecta

x 2 in

in altissimū Euāgelicæ iustitię gradū, digna sit, quę
 mihi sacrosancto matrimonij vinculo copuletur. Si
 verò ostiū sit mihi pulsanti, vocāti & inuitāti aper
 tū, dabo operā, vt puritate, castitate, sobrietate, cō
 tinentia & carnis maceratione, diuinarūq; omnū
 virtutū cōpagnatione, quasi cedrinis tabulis cō
 pingatur & cohonestetur. Fauet huic intelligentiæ
 Rabbi Salomō, hūc locū ita exponens de antiqua
 ecclesia: Si mur⁹ est, id est, si fortis est, fide & timore
 ita vt aduersus idolorū cultores sit velat murus ahe
 neus quē nemo pręrupat, edificabim⁹ super eā pala
 tiū argēteū: erim⁹ ei regiæ munitæ, loco coronæ &
 pulchritudinis: atq; edificabim⁹ ei urbem sanctā, &
 tēplū p̄terea eximiū: hęc ille. Quę, de nra Ecclesia
 exponi multo equiori iure possunt: quę cū mur⁹ sit,
 superstruxit illi Deus firmissimum propugnaculū
 Romanā sedē, sapientia auro, & probatę doctrinæ
 argento splendentem: quā Chri regiam magnificē
 tissimā, nō principes, non philosophi aut hæretici
 expugnare valeāt: sed omnes, illius sanctitatē & ma
 iestatem admirētur & reuerētur, & ad illā in reb⁹
 dubijs tanquā ad certissimum propugnaculū & vni
 cum præsidium cōfugiant: hęc audiens spōsa, & p
 tanto, erga sororem natu minorem, beneficio gra
 tias agēs, spōsi munera sibi exhibita recognoscēs,
 inquit. *Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo
 facta sum coram illo quasi pacē reperiens.* Genebrard⁹
 ex Hebręo, Ego sum murus, & māmæ meæ, tanquā
 turre: tūc fui in oculis ei⁹, quasi inueniēs pacē: Se
 ptuaginta

Rabbi Sa
 lomon.

Nota.

ptuaginta & Gręci, Ego mur⁹ & vbera mea turre:
 ego fui in oculis ei⁹ quasi reperiēs pacē. Vatablus,
 Ego mur⁹ sum, & meæ māmæ similes turribus: qua
 quidē spōsione, visa sum illi satisfacere. *Ego murus*
&c. quasi dicat, Ego (quod felix faustūq; sit) iā spōsi
 mei incōparabili munificētia, mur⁹ sum firmissim⁹
 & altissim⁹, in quē licet incurrāt, flumina rerū aduer
 sarū, prosperitatis mūdanæ & inanī gloriæ ventu
 imō quāquā inferi portę in me magnō impetu ir
 tuāt, stabo sēper immobilis & inexpugnabilis, mu
 nita spōsi præsidio, cōtra tyrānorū, Iudęorū & herē
 ticorū impulsus. Neq; firmitatē solā cōtulit mihi be
 neficētissim⁹ & amā tissimus spōsus, sed vbera etiā
 celesti sapientiæ & diuinæ gratiæ lacte distēta: qui
 b⁹ prole numerosam ab eo per baptismū susceptā,
 possim nutrire: nutritā, ad adolescentiam & virilē
 etatē promouere: proueciā iam atq; perfectā tueri,
 & ab omni periculo incolumē seruare: sūt enim do
 ctiores mei, quasi turres quæ dā in altissimo verticē
 mōtis sitæ, multis propugnaculis munitæ, quæ ho
 stes aduenientes repellunt, suorū verò perfugium
 sunt firmum atq; tutissimum: quā firmitatē tunc ob
 tinui, cū illuxit mihi dies ille optatissim⁹ & sepius
 promissus, quo ego antea pusilla, imperita, rudis, ti
 mida, tristitiæ, inuidię, inanī gloriæ, efferatis quę
 alijs affectibus perturbata, iubente spōso, intra cō
 naculum cōfidebā: diuini amoris & fraternæ con
 cordiæ sacramēto frequentius refecta, orationi cū
 Chri fera, illa Maria pro virili incubens; diuini spiri
 tus

tus illapsu afflatuq; vberiori, ita sum cōfirmata, locupletata & illustrata, vt certam fiduciā cōcipiam, me perpetuō vsque ad finem seculi in illi^o beneuolentia & gratia perseueraturam. Vbi animaduertendum est, quod sponsa beneficia collata forori natu minori, propria esse ducit: nō modo propter necessitudinem naturæ & gratiæ, qua illi cōiungitur, sed maxime, quia cū aut Iudæi aut Gentiles, per baptismum & fidem, spem atque charitatem, Ch̄o iunguntur, statim ad vnā pertinent Catholicam Ecclesiā: quā Paulus appellat columnā & firmamentum veritatis: & Apoc. 21. magnus ille theolog^o Ioānes, illius fundamenta nobis describit duodecim esse: structurā ex hyaspide, muri altitudinem admirandam, quæ cēlos omnes trāscendat: lapides enim huius sanctissimæ ciuitatis, viui & preciosi: nō calce, sed charitatis glutino atque Spirit^o sancti nexu sunt cōferruginati: fide fundati, spe æternæ & immortalis vitæ erecti, diuina amoris arcūssimo vinculo copulati: atque in habitaculum Dei & illius sanctum templū cōsecrati: vnde spōsa læta inquit, Ego sum murus: Huius, seu muri seu arcis fundamētum, Esaias suis colorib^o expressit. c. 28. in persona Dei, inquit, Ecce ego mittam in fundamentis Siō lapidem summum angularem preciosum: sed nouā Ecclesiam, ante pusillam & vbera nō habentem, postea magnam, florentem & omnibus cęlestibus bonis affluentem, depingit. c. 54. idem Euangelic^o vates, his verbis, Vt mulierem derelictam & merentem

1 *Thim.* 3.*Apoc.* 21*Esa.* 28*Esa.* 4

tem spiritu vocauit te dñs, & vxorem ab adolescentia abiectam: dixit dñs De^o tuus, pauperula tempestate conuulsa, absque vlla consolatione. Sed o methamorphosin stupendā: o rerum omnium conuersionem felicissimā. Ecce, inquit Deus, ego sternā per ordinē lapides tuos: an hoc nō est pusillam, infirmā & nutātem, in murū firmissimū erigere, & argentea propugnacula illi superstruere? audi quid dicat, Fundabo te in Sapphyris, & ponā hyaspide propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. O urbē pulcherrimā, Catholicā & Apostolicā Ecclesiam, cuius fundamenta, nempe duodecim Apostoli, carbūculis distincta sunt: nimirū purpureo & rubescēti martyrij sāguine: fulgēt in illa Petri, Pauli, Clementis, Lini, Cleti, aliorūq; martyru patientia, cōstantia & charitas ardentissima: ciuitatis huius plateæ, clarissimis trophæis Laurentij, Fabiani, Cornelij illustratur: fenestræ verò ac fores Apostolicæ Ecclesiæ, omni precioso lapide perfectæ sunt atq; cōstructæ: hoc est, Hieronymi, Augustini, Gregorij, & Ambrosij cęlesti doctrina, quasi preciosis lapidib^o, cōdecoratæ. Quid moror? omnes Ecclesiæ fines, inquit preciosis gemmis esse constratos, quia vbique elucēt martyrum, virginū, monachorum & sanctorū hominū exēpla clarissima: & vt cōcētum pphete, cū verbis spōsi hoc loco magna cū voluptate percipias: audi spōsam dicentē, sibi spōsi beneficio data esse vbera lacte plenissima: quæ

etiam

etiã similitudinem gerant munitissimarũ turriũ.
 Deus verò, apud Esaiam, inquit: Ponã vniuersos fi-
 lios tuos doctos à dño, &c. Deus enim, adueniẽte
 Spiritu sancto, doctores, pastores atq; magistros,
 diuina sapientia subito cumulauit: qui ad fidẽ con-
 fluentes erudiant, & ad bene beatẽq; viuendũ opti-
 mẽ instituunt. Vnde in tota Chřiana republica, ani-
 morũ cõcordia & optatissima pax inundabit, quæ
 omnes Chřianos in vnitãte spiritus & sũma tràquil-
 litate cõtineat: quod spõsa læta hoc loco recẽsẽs,
 inquit, Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo
 facta sum corã illo sicut pacẽ reperiẽs. Aduersus pa-
 cis perturbatores, doctores qui vberũ munere per-
 fugũtur, sunt quasi editissimę arces: virtute & sapiẽ-
 tiã subditis omnib⁹ eminentiores, qui à lógẽ veniẽ-
 tes hostes prospiciant & repellãt, ad se vero confu-
 gidntes, excipiant & tũeantur. Vbera turribus cõpã-
 rantur, quę suos tantũ excipiunt, hostib⁹ & alienis
 sunt inaccessẽ: ita doctoris sapiẽtia, mores, vigiliã,
 preces, vt Christianis hominib⁹ salutare sunt, ita
 debent hereticis & Ecclesię hostib⁹ esse inaccessẽ:
 nihil enim ita terret hostes & demones, vt pastor
 ac doctor, vera sapientia, pietate & charitate prædi-
 tus. Sed iam quid spõsa in tãta rerum omniũ affluẽ-
 tia & tranquillitate, cũ spõso agat, audiamus. Vineã
 (inquit) fuit pacifico, in ea quæ habet populos, tra-
 didi eam custodibus. Vir affert pro fructu eius mil-
 le argenteos, Vineã meã, meã corã me est: mille tui
 pacificẽ, & ducenti his qui custodiunt fruct⁹ eius.

Nota:

Genebrardus, ex Hebręo, Vineã fuit Salomoni in
 Baalhamõ, dedit vineã suã custodib⁹, quisq; affert
 pro fructu eius mille argenteos. Vineã meã, quę mi-
 hi cõmissa est, coram me est: mille tibi ò Salomon,
 & ducenta custodientibus fructum eius. Cõpluten-
 sis, Vineã fuit Salomoni in Belamõ, tradidit vineã
 suã custodientib⁹: vir fecit in fructu suo mille argẽ-
 teos, vineã meã, meã corã me: mille Salomoni, &
 ducenti his qui custodiũt fructũ eius: nomẽ illud lo-
 ci Beelamon aut Baalhamon, Symachus vertit in
 retentione populi: Vatablus, Vineã habuit Salo-
 lomõ, in Baalhamon: quã vineã tradidit custodi-
 bus, vt quisq; impendat mille nũmos argenteos pro
 fructu ei⁹: vineã meã quę me attinet, mihi curę erit:
 tibiq; ò Salomõ, numerabo mille: & ducentos eu-
 stodientibus fructũ eius. Cũ sponsa, sese sponsi
 eximia beneficentia munitã & omnium bonorũ e-
 pia affluentem cõspiceret, nũc quæ ad rem familia-
 rem pertinent curans, inquit, Vineã fuit pacifico,
 &c. quasi dicat: video charissime vir, nuptias nřas
 felicissimẽ celebratas: video me, tua prouidentia,
 quasi murum, vndiq; præmunitã, & ad prolem alesi-
 dã mã millas habere lacte distentas: superest, vt de
 familia nřa sustentanda, augenda & exornanda co-
 gitemus: quã etiã in parte, polliceor mihi felicissi-
 mũ euentũ. Nã si Salomõ noster, ex vineã illa quã
 in Baalhamon iam olim plantauit, hoc est, in plani-
 cie vberẽ & pingui, in qua multi ex Hierosolymita-
 nis, vineas habent: si, inquã, ex illa vineã, mille num-

IN CANTICVM CANTICORVM

mos argenteos quotānis recipit ab illis quibus illam locauit, ipsiq; vineæ cultores, præter annuū censum quem Salomoni reddunt, ducentos argenteos nūmos sibi lucratur: ego quæ vineā meā omni studio excolendā suscepī, & quæ ab illa oculos nūquā dimoueo, multo maiorē prouentū expecto ex mea vinea, quæ loci fecunditate, vitium genere & numero, antiqua illa Salomonis vinea est longè præstantior: & ego, in illa hætenus singularē industriā impendi, plātanda, fodienda, pastināda, putāda, & modis omnibus excolenda. Nunc quæ sub huius vineæ similitudine latent mysteria, in mediū proferre studeamus: & quāquā de vinea, quid in sacris libris significet, nō pauca dixerim. c. i. dum exponerē verba illa sponsi, Posuerunt me custodem in vineis, vineā meam nō custodiui: nūc quæ ad præsentis sermonis sensum eruendū faciunt, tantū perstringem.
Vineā hoc loco nominat Salomō eam viuēdi rationem cui præcipuo studio quisq; tenetur: & in qua maximè elaborat, vt ex illa optatū aliquē fructum percipiat: est enim auari vinea, coaceruandę pecunię studiū: voluptuarij, voluptas ipsa, ambitiosi, honor: iusti & probi Deiq; amāti, vinea est studium honesti & perpetuus animorū cultus, atq; diuinę sapiētię & religionis cura. Ex qua, iusti homines, fructus referunt suauissimos. Sed in huius vineę cultura, summa opus est diligētia, sollicitudine & industria: quæ admodum in re rustica, vinearū cultores adhibent curā & industriam, fodiendi, pastinandi, ster-

Cant. 1.

No. 1.

zom

y

corandi,

COMMENTARII. CAP. VIII. 178

corandi, cōuellendi, purgandi, putandi: ita virtutis & religionis cultus, magnā requirit sollicitudinē, & circa varias res industriā & studium singulare: sunt enim in religione sacra, sacramenta, sacerdotiū, sacrificia, templa, altaria, vasa, ornamenta, instrumenta, & innumera alia: in quibus, ab ipso statim fidei, religionis & sapientiæ initio, vsque ad mūdi finē: profani & peruersi homines, omni studio contendunt, veros Dei cultores ad falsorum Deorum superstitionem traducere, eosq; impijs & nefarijs ritibus implicare: & à vera sapientia, ad errores varios, ab Ecclesiæ vnitatem, ad diuersas sectas & cæcæ opinionis impellere. Nunc ergo, cū sponsa duas nobis proponit vineas, vnā Salomonis siue pacifici, alteram propriā sponsę illiq; charissimā, illā veterem in planicie multitudinis olim plantatā, hanc nouam non nisi in arduo loco sed fecundissimo: illam verus dñs Salomō agricolis locauit, vt quotānis illi censum mille argenteorum nūmorum rependant: hanc verò, sponsa tanti facit, vt ab ea oculos nunquā deflectat, sed ad illam excolendā totis viribus incumbat: vnde multò maius emolumentum spectat, quā Salomon. Sub his verò vineis, viri docti (quorum ego in hac parte iudicium maxime probo) putant duas viuēdi rationes describi, vnā bonorū, malorū alterā: vnā eorū, qui suā omnem curam ad sensibilia bona deflectentes, pacem in illis & quietē requirūt: qui videntur mihi, aptissimè sub huius Salomonis, qui vineam in planicie multi-

y 2

tudinis

tudinis plantauit, imagine ad viuum representari: cū illi, qui pacem in obscenis voluptatibus, fugacis finis honoribus, perituris diuitijs sitam esse credunt, & in illis tanquā in rebus firmis & perpetuo duraturis cōquiescūt: falsa pacis specie seducti, merito pacifici appellantur: de quibus sapientissim^o ille Sirach, Eccles. 41. inquit, O mors, quā amara est memoria tua homini pacem habenti, in substantijs suis viro quieto: vbi ridet sapiens, stultam & ementitam illius hominis pacem animiq; quietem, quæ ex rebus breui perituris & instabilibus proficiscitur. Hanc vineam, inquit sponsa, in planicie multitudinis esse cōsitam: quoniam voluptates, diuitias, honores & mundi sensibilia bona, non mens aut ratio, nobilissima in homine facultas: sed sensus corporis, in planicie multitudinis sibi cōstituunt: vt inde, suorum laborum exoptatum fructū percipiant, maximum (vt ipsi putant) quādo res ex animi voto succedunt: quod census ille mille argenteorum pacifico quotannis redditus, adumbrat: nā, vt deus illis vitam iocundā, diuitijs affluentem, florentem, & felicem certē, felicitas illa, vt ex finitis bonis proficiscitur, ita certo potest atq; finito numero mille aut ducentorum argenteorū cōprehendi: at vinea illa, iustorum omnium propriū peculium, ad mentem & rationem pertinens, nō in planicie sita est, sed in arduo & inaccessio loco: virtus enim, religio, sapientia & recta viuendi ratio, difficilis est & ardua: & ad quā nō nisi paucissimi magno cū labore

& sudore cōscendunt: Ch̄ro ipso dicēte, Arcta est via quæ ducit ad vitā, & pauci sunt qui intrant per illam: cū tñ vineam alteram, nempe iustitiā Euāgelicam, nō nisi labores, paupertas spirit^u, mansuetudo, misericordia, lacrymæ, ieiunia, iuges ad Deum preces, & cōtemplatio rerum diuinarum, fecūdisissimam reddant. Sed videte sponsæ prudentiā, & in rebus diuinis explicandis singulare artificium. Ex-
 primit illa, solitudinem quā gerit erga vineā quæ ad ipsam singulari ratione pertinet: sed prouētum quem ex illa perceptura sit, silentio præmit: vt, vel silentio illo demōstret, illius magnitudinem tātam esse, vt neque cogitatione cōprehēdi, neq; sermone possit ab vllō hominum explicari. Quod Paul^o testatur, inquit, Neq; oculus vidit, neq; auris audiuit, & in cor hominis nō ascendit, quæ præparauit Deus diligentib^{us} se: imō præguustationes & prælibationes futuræ felicitatis, ineffabiles sunt: iuxta vocem Dei Apoc. 2. Qui vicerit, dabo ei māna abscōditum & calculū candidum: & in calculo nomē nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit. Secunda expositio presentis loci, est ferē Græcorū omnium & Latinorum: afferentium per vineā Salomonis in planicie multitudinis plantatā, & custodibus locatam, vt vero dño mille argenteorum nūmorum censum quotannis soluāt: significari Ecclesiam Ch̄rianam, nō solum intra Iudææ fines circumscriptam, sed in planicie multitudinis: hoc est, toto terrarū orbe propagatam: quā locauit Ch̄s custodibus,

Mat. 7

1. Corin. 2

Apoc. 2

dibus, nempe Apostolis, Euangelistis, episcopis, presbyteris & ceteris pastoribus: non eos dominos vinearum constitutos, sed vinitores, cultores & custodes: quod satis indicauit, cum Petro dixit, Pascite oues meas: & Petrus ipse, magistri mentem in hac parte perpendens, inquit, Seniores, obsecro cōsenior ipse & testis passionis Christi, & eius quae in futuro reuelanda est gloria cōmunicator, pascite qui in vobis est gregem Dei: prouidentes, non coacte sed spontaneè, secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque dominantes in clerum, sed forma facti gregis ex animo: & Paulus, Quid est Apolo, quid verò Paulus, nisi ministri eius cui credidistis? itaque neque qui plātat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: & alibi, Dei agricultura estis, Dei edificatio estis. Quapropter testatur sponsa Salomoni, mille argenteorum numerum censum esse reddendum, cultoribus autem atque ministris non nisi ducentorum. Verum, cum singula huius sententiae verba alta mentis attentione perpendo, & ea cum his quae proximè antecesserunt cōpono, nescio quid sublimius & diuinius sub hoc sponsae sermone cōtineri existimo: & quod ad nouae Ecclesiae dignitatem atque celsitudinem cognoscendam, non parum cōducat. Illa sanè, firmitatis, cōstantiae & sapientiae suae satis cōscia, murum se esse dixerat, & vbera habere quae essent turribus similia: horum verò bonorum autorem esse sponsum, qui suo clementissimo cōspectu & fauore, sponsam, hoc est, nouam Ecclesiam omnibus virtutibus cumulata, in summa pa-

ce, cōcordia & tranquillitate cōseruat: & quoniam nouerat illa, veterem Synagogam illius inuidere felicitati, maleque illam vrere, quod Christus, repudiato Iudeorum populo, letus & benignus excipiat gentium numerosam multitudinem, ingenti animorum alacritate ad Ecclesiam & Euangelicam fidem cōfluentem: sponsa, ut nouae reipublicae dotes, fidem, spem & charitatem, pulchritudinem & gratiam exponat duas has vineas nobis proponit: vnam antiquam iam olim a Salomone in planicie quadam plantatam, quae illius veteris populi multas alias vineas continebat: nouam aliam, non in plano, sed in arduo, inaccesso & feracissimo loco sitam generosis vitibus, soli fecunditate, caeli clementia, & cultura ipsa, multis nominibus illi antiquae praeferenda. Et quanquam illa vinitoribus locata fuerit, noua haec, sponsi & sponsae summa diligentia munita, effusa, putata & omnibus modis excultata vberissimos & suauissimos fructus quotidie refert. Cum tamen prior illa, iam non nisi pro vuis amarissimas labruscas Christo verò domino retulerit, ut eleganter canit Esai. c. 5. dicens, Dilecto, hoc est, Messiae sive

Esai. 5.

Christo in Iudaea loco pingui & feracissimo cōsitam fuisse vineam, quam ipse muniuit muro, lapidibusque circumcinxit, ac turrim in medio eius erexit: & ne quidpiam deesset, torcular etiā excidit: intentusque ut vas proferret, labruscas produxit. Quapropter iratus dominus, decreuit vineam illam funditus euertere: inquit enim, auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in concul-

tionem

IN CANTICVM CANTICORVM

tionem, & ponam eam desertam: non putabitur, & non fodietur, & ascendent super eam vepres & spinæ: & mandabo nubibus cæli ne pluant super eam. Cū ergo audimus spōsam dicētem sese murum esse, intelligamus oportet, quod illa ostēdit sui statū fecunditatem: nempe quæ neque direpta sit, neque cōculcata, neque deserta, neque vepribus & spinis cooperta, sed altissimo muro cincta, summa diligētia exulta, cælestisque; roris atque opportunorū imbriū beneficio irrigata: vt suo tempore fructus vberes edat. Cū vero afferit, māmillas se habere turribus persimiles: indicat, sacros doctores (quasi turres altissimas) ferar vineam deastātes à lōgè prospicere, fugare, & pulsare: atque ita, vineā incolumem custodire florentem & fructiferā. Neque verò parum facit ad huius vineę fecunditatem & vini suauitatem, quod cū antiqua vinea in planicie multitudinis fuerit plātata: hæc nō nisi in sublimi mōte, in loco arduo & accessu difficili: quē admodū & paradus ille voluptatis, in mūdi principio fuit in altissimo mōte consitus. Et quidē, præcipua vitis huius cælestis vineę, Chrs est: à quo omnes palmites & propagines huius pulcherrimæ vineę, originem trahunt: quę vitis, nepe Chrs, per æternā generationem ex patris mente procedit: humana verò natura, in persona Verbi ineffabili ratione subsistit. Ab hac vite admirabili, & fecundissima, palmites omnes, nepe iusti, diuini spiritus succū trahentes, sanctarū actionū & meritorū fructus reddunt spōsi palato gratissimos: vita nāque, mores,

COMMENTARII. CAP. VIII. 181

mores, cogitationes, studiaque; Chrsianorū hominū, Chrsi similitudinem & imaginem exprimunt: ita, vt in palmite, & in fructu, generosę vitis natura, virtus & celsitudo resplendeāt. Et Ioan. Apoc. 20. ciuitatem sanctā Hierusalem, inquit nouam esse & descendentem de cælo, & à Deo paratā sicut spōsam ornātam viro suo: & hæc ciuitas quæ etiā vinea appellatur, in altissimo mōtis vertice sita esse describitur à Regio vate psal. 86. dicēte, Fūdamenta ei in montibus sanctis: & Ioan. Apoc. 20. eam proprius inspecturus, attollitur ab angelo in montē magnū & altū, vbi vidit ciuitatis muros, plateas, portas, fundamenta, altitudinem & latitudinem vrbs: fluuium quoque; aquę viuę, arboremque; vitalem ex vtraque; fluminis parte sitā, perpetuò virentem, & duodecim fructibus onustā. Quapropter, vinea spōsæ, iure optimo dicitur in alto & arduo loco esse plātata: quoniā cū fides, spes & charitas, ad potissimā rationem pertineant hominis Chrsiani: nihil potest excogitari sublimius Chrsiano homine, cuius fides innititur primæ veritati, spes, diuinę misericordię, charitas summæ illi bonitati quæ nos efficit beatos: mēs nāque hominis Chrsiani, in sola Dei cōtemplatione quiescit: voluntas primę pulchritudinis aspectū desiderat, vires tam animi quā corporis, in bonū illud perfectū numerisque; omnibus absolutū magno impetu feruntur, incitate à charitate: quæ efficit, vt velocissimū motum in Deum, nulli labores, cruciatus, aut demonū artes possint intercipere. Pertinet etiā

psal. 86
Apoc. 20.

ad huius vineę dignitatē, quod nō in planicie multitudinis radices habeat suas, vt antiqua illa, cuius maior pars terrenis ac sensibilibus bonis adhereret: de nra verò, inquit Paul⁹, q̄ inquit & expetit nō quę videntur, sed quę nō videntur: quę enim videntur, tēporaria sunt, quę autē nō vidētur, eterna: vt interim taccā, q̄ Iudeorū & pharisęorū pręcipuū studiū, in externa quadā religionis, pietatis & iustitię specie versabatur: Chřiana verò, maxime pendet ex interna puritate atq; iustitia: illa, manū cohibebat à furto, adulterio & homicidio: nra, affectū & voluntatē coercet: illi, satis esse putabāt si amicos diligerent, etiā si inimicos odio prosequerentur: nobis pręcipit Chřs, vt inimicos diligam⁹ eis quę beneficiamus: Deū patrem nrm imitates, qui solē suū oriri facit supra bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: illi, populares quasdam opiniones sectātes, ab alienigenis vsuras exigebāt, & iniuriā, iniuria repellēdā esse putabāt: nos (Chřo ipso ita docente) à vindicta sumēda ita alieni esse debemus, vt si opus fuerit percutiēti dexteram maxillā, sinistram prębere debeam⁹: in sūma, lex Euāgelica nō tabulis greis, aut lapideis incissa fuit, aut mēbris inscripta in principio, vt illa antiqua, sed fuit diuino spiritu in fidelīū cordib⁹ & viscerib⁹ impressa: vt diuini amoris spiritu atq; impulsu incitati, nō inuiti sed spontanei, nō vt serui, sed vt liberi, diuina pręcepta libēter exequātur: cū tñ veteres illi, timore potius pęnarū cōpellerentur ad obseruationem

scriptę

scriptę legis. Illā vineā Deus custodib⁹ locauit, patriarchis, prophetis, sacerdotib⁹ & regib⁹: nram verò, pater ipse eternus excolendā suscepit, dicente Chřo Ioan. 15. Ego sum vitis vera, & pater me⁹ agricola est: omnē palmitem in me nō ferentē fructum tollet eum, & eum qui fert fructū purgabit eum, vt fructū plus afferat: & spōsus ipse inquit, Vineam corā me semper: vbi Hebręi vertūt, Vineam meam quę ad me attinet: & proculdubio ad Chřm pręcipuē attinet, huius vineę cultura & fructificatio, cū ipse sit gratię fons, fidei, sp̄i & charitatis effector: de cui⁹ plenitudine, omnes accepim⁹ gratiā pro gratia: & illa quidem vinea antiqua, in plano & frigido loco plātata, acerbos fructus ferebat: hęc in arduo montis latere sita, ad Austrū Meridianiq; solis radios cōuersa, fructus exhibet admodū suaves & salutiferos. Quāobrem spōsa (vt iam superi⁹ animaduertimus) veteris vineę cęsum & prouentū designauit: nouę tñ atq; excellētissimę huius vineę reddit⁹ silētio cōtegit: quoniā sunt illi inestimabiles, ineffabiles & incōprehensibiles: & hęc de discrimine inter antiquā & nouam Ecclesiā, dixisse sit satis. Nūc quid spōsus spōsę respōdeat, quidq; ab illa exigat: vt postrema hęc actio feliciter claudatur, diligenter inuestigemus. Ait ergo sponsus, *Quę habitas in hortis, amici auscultāt te, fac nos audire vocem tuā.* Genebrardus, ex Hebræo, *Quę habitas in hortis, socij attendunt vocem tuam, audire fac me.* Vatabl⁹, *Tu sedens in hortis, e de mihi vocem tuam, cōfortibus*

Ioann. 15.

Ioann. 8.

tibus auscultantibus. Complutēsis, Græcę Septuaginta respondens, Qui sedes in hortis, amici attendentes vocem tuam, audire me facita & Græci, apud Theodoretū, legūt Qui sedes, nō Quę sedes. Græci patres, & omnes qui cū septuaginta legunt, Qui sedes, aut Qui habitas in hortis, ascribūt hęc verba sponsæ: quæ cū neq; ad breue temporis spatium posset carere viri sui præsentia aut saltem aliquo (qui forte in hortū vineę finitimū secesserat) nunc sponsa, orat vt sermone suo eam cōsoletur & mulceat, vel (quod ego magis puto) cātū suo dulcissimo aut carmine aliquo, quo festa nuptialia foelicitate cōpleantur. Tu, inquit, spōse gratissime, qui vinearum atque hortorū delitijs captus, intra hortos vineasq; perpetuò versaris, atq; in illis sedem tibi iocundā collocaſti: fac obsecro (quoniā tui vidēdi atque audiendi cupiditate incredibili ardēt amici & pascendarum ouium focij) vt te aut loquentem aut canentem audiamus. Sed quis tam lōgam moram æquo animo ferat? Age charissime, age spōse, festina, rumpe moras, & fugientes capreas imitare in cursu, aut hinnulos ad matrū vbera properātes: age obsecro, et si sedes, surge: si stas, curre: si curris, aduola: tuoq; cōspectu optatissimo, me, tui desiderio languentem recrea, vt tua præsentia atq; cōplexu felix efficiar. Qua oratione testatur sponsa, suā omnem lætitiā atq; beatæ vitę sūmā, ex viri sui præsentia, sermone ac voce deriuari. Hortorū verò in numero multitudinis, meminit. vl multiua-

rios

rios Ecclesiæ gradus subindicaret, ecclesiasq; per totū orbē terrarū florentes, diuersas ac multas: quarū in fide, religione, & virtutū quasi virētū hortorū amenitate, sponsus cōquiescit: neq; ecclesias solū, hortorū similitudine cōplectit, sed cōuentū religionis ac monachorū, virginū & sanctimonialiū, quos hortis perpetuò vernātib; atq; irriguis similes esse dixeris: in quib; præter pulchras omnibusq; sanctarū actionū fructib; plenas arbores, insūt areolę, diuersicolorib; ac suauēolētib; florib;, salutiferis herbis & virētib; distinctæ, riuuli quoq; aquarū vitrei ac perlucidi, qui grato murmure præter labētes hortorū amenitatē cōseruāt, & spectantiū oculos mira voluptate perfūdūt & spōsū, ad hortos inhabitandos alliciūt: allicit enim & vehemēter afficit spōsum, ad hos cōuentus inuisendos & sua præsentia illustrādos, ille rerū humanarū cōtempn; & iugis diuinarum rerū cogitatio, nocturnę diurnæq; preces & cantus suauissimi: castitatis singulare studiū, obedientiæ, alacritas & præoptitudo, victus atq; vestit; disciplina seuerior, vigiliarū & ieiuniorū frequentia, lasciuientis carnis maceratio, cū sacrarū literarum lectione atq; meditatione cōiuncta: quæ virtutum omnium decorem & viriditatē cōseruāt, & augent: efficiuntq; vt intra hos hortos spōsus diutius maneat: vocem verò illius, cupit audire spōsa: quoniam ex illa quasi ex radice, omnis Chrianiæ reipublicę pulchritudo, sapiētia, firmitas, fecūditas atq; felicitas proficiscitur: vnde Regius vates inquit,

z 3 Audiam

Audiant quid loquatur in me dñs Deus, quoniã loquetur pacem in plebem suã, & super sanctos suos, & in eos qui cõuertuntur ad cor. Quod si vox non tantũ intra mentis recessum, arcana ratione percipiatur, sed per Dei ministros, in publicis cõtibus atque amicis, spõsi audientibus, in auribus auditorũ sonet, influatque in corda: illa proculdubio vox, est qua fides ex auditu percipitur, nutritur, defenditur: & qua audita, hostes vruntur, rumpuntur, profligantur: Ecclesia, magna suscipit incrementa virtutum omnium, vincit atque triumphat. Verũ magis arridet mihi, omnium Latinorum & Hebræorũ interpretũ sententia, vulgatæ æditioni cõsentiens, in qua legitur, Quæ habitas in hortis, amici auscultant te, fac nos audire vocẽ tuã: quæ verba planè videtur esse sponsi, qui cũ nõ sine ingenti animi lætitia, excepisset sermonẽ spõsæ, gratias habentis quod spõsi beneficio esset in fide & religione cõfirmata & munita: ita vt muro arcicq; firmissimæ similis esset: & præcipuè q̄ repudiata Synagoga, sempiterno cõiugij fœdere spõso copulata est, & quasi vinea quedã ex generosis vitibus in arduo & pinguisimo loco confita, ex qua spõsus fructus gratissimos referret, census tantũ vt neq; cogitatione cõprehendi neq; oratione possit exprimi: nũc spõsus, iam finẽ huic postremæ scenæ impositurus, pro valetè & plaudite, vult vt spõsa vocem suã auribus spõsi suauissimam edat: & in gratiã amicorũ, eorumq; hominũ qui in pascendi munere, illius erant socij, aliquid concinat:

nat:

nat: quo actio hæc postrema sanctarũ nuptiarũ feliciter cõpleatur, inquit: Quæ habitas in hortis, amici auscultant te, fac nos audire vocẽ tuam: quasi dicat: iam nõ huic colloquio imponere finẽ volo: sed quid à te præcipuè exigam, quidq; mihi iocundum tibi salutiferũ ac faustũ futurũ sit, paucis apeririã: nihil per omnia gratius mihi quãdiu in vitæ presentis exilio vixeris es factura, quã si in vinea tua perpetuò verferis atque in hortis habites, quasi in prædio hæreditario: ex quo, sempiternæ felicitatis fructus decerpes dulcissimos: nolo vt in vinea aut in hortis, tugurium quasi breui discessura tumultuario opere cõstituas, sed fixũ esse volo ac permanẽs in his locis tuũ domiciliũ: in quo indeclinabili mente, meũ secundũ aduẽtum præstoleris: sunt enim in his hortis multa quæ te oblectare valeant, & bonorum omnium celestium copia locupletare, atq; ad benè beateq; viuendũ optime instruere: est enim quasi amenissimus hortus & paradus deliciarum, futuræ patriæ perpetua meditatio: per quam, iustus quisque in supercelesti illo paradiso semper virẽti, & arborũ omniũ & aromatũ varietate pleno, perpetuò versatur: cuius imaginẽ representat Ecclesia hæc nãra, dũ mente & cogitatione cõplectitur Apostolorũ senatũ, martyrorũ triumphos, virginũ puritatẽ, doctorum sapientiã, cõfessorum sanctitatẽ, & omnium beatorum choros quasi areolas pulcherrimas, multisque floribus odoriferisq; herbis distinctas. Libri quoque sanctarũ scripturarũ horti sũt pulcherrimi:

&

& foecūdisimi, in quib⁹ præter flores gēmeos atq; odoriferos, reperies fructū ingentē gratissimāque varietatem: malogranata, pira, poma, citria, nuces variij generis: & in sūma, fruct⁹ omnes mētis palato admodum gratos. Quapropter, cōsiliū tuū atq; decretum sedēdi in hortis, illosque semper excolēdi, maxime probo. Superest, vt quoniam amici omnes, tuī audiendi causā huc cōuenerunt, tuāq; vocē auidissimis aurib⁹ præstolant̄, illis gratū facias: Fac nos audire vocē tuā: nam postquā cēlos ascēdero, vt fedē ad dexterā Patris, tuum erit meū patrociniū cōtinuis precib⁹ interpellare: his nāq; suauissimis vocib⁹ inclinatus, Spiritū sanctū impartiar, doctorem, ducē, cōsolatorē, in exhortatorē & patronū: teq; per illū, saluā semper & inuiolatā, aduersus hereses & infidelium cēcos errores cōseruabo. Sonent quoque hymni & cātus tui, influātq; noctu ac diu in meas aures & sanctorū angelorū: amici enim auscultāt te, & preces hymnosq; tuos omnes, magna cū voluptate percipiūt: quib⁹ & ego mirifice delector, ac tibi maxima beneficia præstabo. Vox præterea illa turturea ac lacrymabilis penitentiū, & submissa voce in aurē sacerdotis sua peccata cōfitemium, mihi iocundissima est: illa enim captus atque attract⁹, in pœnitentię sacramento, etiā eis qui grauius offenderunt, clementer peccata remitto, & ad sacrosanctū Eucharistię sacramentū, vt dulcissimo illo viuificoq; cibo reficiātur, eos recipio: placētq; nō parū vocēs gratulatorię, quib⁹ pro acceptis beneficijs

beneficijs mihi gratias agis: & ille etiā, quib⁹ meā fidē in publicis cętib⁹ dulci melode in symbolo profiteris: aut coram tyrānis, pro fide & religione voce declarāda cōstāter sanguinē & vitā effundis: illa tñ vox tua, mihi atque amicis est gratissima, quæ ad Chřiani populi salutē magis est necessaria: vox, in quā, docentium & prædicantium, quæ tāti pōderis est, vt ab hac Ecclesię meę initia depēdeāt: imò verō, per hāc, tota Chřiana respublica maximē fulciatur. Vnde duodecim fūdāmēta duodecimq; portas nouæ Hierusalem esse volui, quia duodecim Apostolos præcipuos Euāgelicę legis pmulgatores institui, quibus totius Ecclesię edificium fulciretur: & per eos tanquā per portas duodecim, ad Ecclesiā omnes ingrederentur. Hanc vocē, nō tam hominū quā cęlestium orbium suauissimū cōcentum, admiratur David psa. 18. inquit, Cęli enarrāt gloriā Dei, &c. Nō sunt loquelæ neque sermōnes, quorū nō audiantur voces eorum, In omnem terrā exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: Vt ergo sublunaria omnia, ex cęlestium orbium motu dependent, illorūque cōcentum, quasi effectorem seruatoremque suspiciunt: ita Chřiani omnes, Apostolicā vocem doctrināque illā salutarē, quam Apostol⁹ Paul. ad Rom. 10. cęlorum cōcentum vocauit, ardentissimē cupiunt: & quæ admodum si pratis imbres, si hortulis riuos, si agris cultum, si vineis putationem, si viuentib⁹ alimenta subduxeris, illa arescent breui syluescentque, hæc viuere desi-

psa. 18

Rom. 10

IN CANTICVM CANTICORVM

ment atque emorientur: ita sine hac voce, neque extirpari vitia, neque virtutes excitari, neque religio aut fides consistere vlla ratione poterit. Est vox hæc tua quasi imber opportunus, quo reuirescunt herbes, arbores parturiunt fructus, fruges exuberant, & arctia atque effæta omnia pinguescunt: vnde spiritus quoque ipse iam discessurus, hanc vocem ab Apostolorum senatu requirit, inquiens, Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ: & Mat. ult. Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, docetes eos seruare omnia quæcûq; mandaui vobis: & Act. i. Eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in omni Iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ. Quod longè antè prospiciens Ezechiel, postquàm mysticas illas rotas & sancta animalia descripsit, ait, Audiebã sonum alarum quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei cum ambularent: quasi sonum multitudinis, vt sonum castrorum: hæc est enim vox illa, de qua Dauid in consuetudine tabernaculi canit, Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia: vox domini confringentis cedros, & confringet dominus cedros Libani, & comminuet eas tanquam vitulum Libani, &c. Et vt agnoscamus, ab hac voce salutem fidelis populi deriuari, subiungit: dominus virtutem populo suo dabit, dominus benedicet populo suo in pace. Hæc vox, ex suggestu, ex cathedris & penitentis tribunalis proueniens, fidem ginnit, confirmat & tuetur: mores format, vitia infestat: & totam Ecclesiam, in pristinam puritatem, in natium splendorem atque

Mar. ult.
Mat. 28.

Ezech. 1.

Psalm. 28.

COMMENTARII. CAP. VIII 186

atque in suos fontes restituit. Quapropter in die Resurrectæ, Spiritum sanctum discipulis tribuens, nouit vt tacita atque arcana tantum ratione, Apostolorum in animos illaberetur, illustraret mentes, purgaret affectus, incenderet voluntates: sed effecit, vt subito intra cenaculum (vbi consistebat cum sanctissima Virgine corona centum viginti hominum) sonus maximus quasi vehementissimi venti omnium sedentium auribus intonaret: totum illud cenaculum mirum in modum concuteret, ac supra duodecim Apostolos igne lingue micarent, quæ vocibus eorum tantam energiam imprimerent, vt ad ipsorum vocem totus orbis ad Christum conuerteretur, & celesti illo igne atque diuini Spiritus virtute & impulsu, arderent frigidi, iacentes surgerent, mortui reuiuicerent, saxea & ferrea corda ad diuini amoris calorem liquefcerent, montesque (iuxta Regij vatis predictionem) a facie illius defluerent: nimirum, principes mundi, magni nominis philosophi, oratores insignes, idolorum cultum abijcerent, hoc igne liquefcentes Christo iuga submitterent: ipsique ardentes, cæteros ad euangelicam iustitiam inflamarent. Postquam ergo spiritus causa audiuit, propter quas vocem ipsius spiritus & amici audire velent, respondet: *Fuge dilecte mi, & assimulare caprea hinnuloque ceruorum, super montes aromatum.* Genebrardus ex Hebræo, *Fuge dilecte mi, assimilas te te capreo aut hinnulo ceruorum, super montes aromatum.* Variablis, *Fugito dilecte mi, & similis sis tibi, caprea hinnuloque ceruorum,*

Acto. 2

uorum, in mōtibz aromatum. Omnium interpre-
 tum vnus est sensus, quod spōsa loquatur, & hac vo-
 ce sua siue carmine claudat sanctum epithalamiū:
 orat illa spōsum vt veniat, nō tardo & lento gradu,
 sed perniciosissimo: qualis solet esse caprearū sylue-
 strium, aut hinnulorum matres balātes affectātium
 & ad earum vbera magna velocitate currentiū: Fu-
 ge, inquit, dilecte mi, &c. Vsurpat verbum illud, Fu-
 ge, pro verbo festina, aut curre, Hebræorū phrasi
 qui verba alia pro alijs ponunt, cū significata eo-
 rum cōiuncta sunt aut affinia: vt mentiri, pro subij-
 cere se victori, psal. 65. Mentientur tibi inimici tui:
 quoniā qui se ita subijciunt adulantes, multa men-
 tiuntur: ita præsenti loco, fugere pro festinare acci-
 pitur. Cū ergo cātu & voce sua excitat sponsum,
 vt quādo ipsum domo abesse cōtigerit maturet re-
 ditum, & quāta potest maxima celeritate domum
 pedem referat: testatur planē, sese ita ardere sponsi
 amore, vt neq; ad temporis punctū velit ab eo di-
 uelli, neq; illi^o absentiam sustinere valeat: qua atte-
 statione & professione amoris sui, spōso ipsi nil gra-
 tius potuit accidere: et si qui erant in illius cōtuber-
 nio pastores riuales spōsi, quibus nouę nuptię per-
 molestę essent: nihil illi audire poterant ingratius,
 & quod illorum inuidos animos magis morderet.
 Sed in hac postrema spōsi voce dulcissima atq; cātu,
 quid lateat mysterij, vt sponso & amicis tātope-
 re placeat, pseudōamicos verò ita perurgeat: totis
 viribus inquitamus. Estq; principio animaduerten-
 dum,

dum, id quod viri docti & linguarum periti, obser-
 uatione dignū esse iudicauerunt: q̄ cū spōsus dixit
 amicos auctulare vocem spōsę, amicorū nomine,
 cōplectitur non modo veros amicos & qui ex ani-
 mo sponsum & sponsam diligētes nuptias illas syn-
 cere celebrarunt: sed amicos, aut potius sodales,
 & muneri pastoralis socios subdolos & simulatos,
 illiusque contubernio adiunctos atque ascitios
 quique nuptias illas egre ferebāt: vt olim Numero-
 rum. 12. (iuxta quorundam sententiam) Aaron &
 Maria Moyfi fratri detrahebāt, quod vxorē Aethio-
 pissam duxisset: & Act. 11. ex ludæis permulti, disce-
 ptabant aduersus Petrum, quia cū alienę religio-
 nis hominib; conuersabatur: & c. 13. quidā ludæo-
 rum magistri, zelo improbo atque inuidia incitati,
 doctrinę Pauli summis viribus cōtradicebāt: quo-
 rum inuidentiā erga nouā gentium Ecclesiā, explō-
 ratā habere potest, quilibet epistolā Pau. ad Rom.
 & ad Galat. attentius legerit: erant enim ex populo
 illo Hebræo non pauci, qui religionis & beneuolē-
 tię speciem atq; fucum prętendentes, Chriane Ec-
 clesię mitijs atque incrementis, omni studio resis-
 terunt. Nunc ergo sponsa, vt eodem cantu & spon-
 si aures mulceat, & subdolorum animos feriat: in-
 quit, Fuge dilecte mi, &c. quę oratio, quanquam
 breuissima sit, multa complectitur, quę spōsę erga
 sponsum fidem integram, & charitatem ardentem,
 prudentiam singularem, & in suscepta religione at-
 que coniugij legibus obseruandis diligentiam, sa-
 tis

Nume. 12.

Act. 11.

Act. 13.

Prima ex
positio.

tis declarant: nā, cū ille iussisset vt voce cātuque suo, nuptiarum celebritatē perficeret, illa hac oratione testatur, sese paratā esse ad obtemperandū, modō ad sit spōsus, & præsētia sua vocem sponsæ dirigat, vt ad optatum finē feliciter pertingat: inde

Augus. acutē, religiose, modesteq; dicebat, Da domine quod iubes, & iube quod vis: vis spōse charissime audire vocem orātis, & tuam opem ardentibus precibus promerentis: sed nosti quod spiritus tuus adiuuat infirmitatem nrām, quia quid orem⁹ sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, Fuge ergo, hoc est, propera, adesto pijs tuorū precibus, & tuę presentię beneficio impartire mihi spiritū tuū, vt mētem illustret, inflāmet affectū, viresq; omnes dirigat: vt videā quid in oratione petendū sit, & ad bona quę videro amplectenda semper incūbam. Iubes vt nocturnis diurnisq; hymnis & canticis, omnipotentiā tuam, sapientiā, bonitatem & maiestatem, vocis meę preconio celebrem: festina ergo, & meę voci, internā tui numinis vim atq; Spirit⁹ sancti flāmas adiunge, vt in spiritu, veritate & fāctitate cordis, tuas laudes decātem: & nō modo labijs, ore atq; sono, sed maximē spiritu, menteq; psallens, tuā magnificentiā atque maiestatem dignē possim colere. Inde in matutinis ceterisq; precibus, Ecclesia diuino afflatu agitata, ita loquitur, Dñe labia mea aperies, & os meū annūciabit laudem tuā: De⁹ in adiutoriū meū intende, dñe ad adiuuādum me festina. Et vt nunc

voces

voces alias prætermittā, certē gratas tibi & iustis hominibus voces, fideles in salutifero penitentię sacramento proferre nequeunt, nisi tu illis sanctū propositum, cōpunctionem & veteris vitæ dolorē tribuas, vt nō sine lacrymis & gemitibus, in sacerdotis aurem sua peccata cōfiteantur: & quod postremo loco, vocē illā à me præcipue requiris doctrinę & prædicationis: proculdubio docendi ac prædicandi muneri satisfacere, sine tua faustissima præsētia nulla ratione possum, tu enim das virtutem euāgelizantibus atque singularem energiā: vnde, cum Matthæi vltimo, præcepisti vt per totum terrarum orbem discurrens, Euāgelicā legem voce promulgarem, tuā mihi præsētiā nunquā defuturā promissisti, dicens: Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsque ad cōsumationem seculi: quapropter neque apostolis, docendi ac prædicandi per totū mūdū negotium exequi permisisti, priusquā essent diuina luce perfuncti, & igne Spiritus sancti inflāmati: vnde & cōcionatores tui, ex suggestu, in ipso statim cōcionis exordio, diuini Spirit⁹ afflatū implorant. Et ne forte putet spōsus, vocem spōsę similem futuram voci Synagogæ, quæ aduersus spōsum ingrata & impia, clamabat, Nō hunc, sed Barabam, & tolle, crucifige eū, &c. illa ait, Vineam & hortos, in quibus sibi cōstituit domiciliū, nō esse illos steriles, aridos, dissipatos, spinis & veprib⁹ coopertos, qui nō nisi labruscas amarissimas spōso rediderunt: sed vineas & hortos ad quos inuitat sponsum, esse in altissimis

psal 67

Matt. 28.

Notat.

IN CANTICVM CANTICORVM

altissimis mōtibus: super mōtes, inquit, aromatum;
 super mōtes virentes, vbi horti sunt, suaue colētibus
 floribus, salutiferis atque odoriferis herbis, odora-
 tissimis arboribus, nardo, cynamomo, cipro, balsa-
 mo, thure, omniq; aromatica fragrantia exultis:
 Fuge, inquit, a similare capreę hinnuloq; ceruorū
 super mōtes aromatu. Quod si hęc spōse cātilena,
 nō sit inuitantis sponsum vt redeat, suaq; presentia
 amātem reficiat: sed potius incitantis vt abeat, dif-
 fugiat, suūq; discessum maturet: tunc magna, in bre-
 ui carmine, est difficultas & causa dubitandi. Quid
 enim, aut gratię, aut concinnitatis habere posset in
 auribus spōsi, illa cātilena quę nō beneuolētię aut
 cōstantię, in cōiugij fide, sed maleuolētię & foemi-
 neę leuitatis videtur significationem pręferre? illa
 enim spōsa quę toto hoc epithalamio nihil magis
 exoptabat, quā osculis, amplexibus & cōspectu spō-
 si potiri: nunc subito mutata, instimulat illum, vt ca-
 prea ceruuloq; velocior recedat, & ab illius cōspe-
 ctu diffugiat: quasi femineo ingenio & muliebri le-
 uitate, statim a nuptijs, fastidians virum legitimū,
 alienos amare incipiat: quod est, hoc sermone non
 captare spōsi gratiā, sed violatę fidei magnā illi in-
 iuriam inferre: hostibus verò & riuilibus spōsi, mi-
 rum in modū gratificari: & hęc quidem, prima fron-
 te, sacrarum literarum tironē possent offēdere, nisi
 altiori mentis cōtemplatione, ad reconditorē huius
 pulcherrimi carminis intelligentiam studeat pene-
 trare: quę illa est, quā huius mystici epithalamij prę-
 cipuus

Secūda ex-
positio.

COMMENTARII. CAP. VIII. 189

cipuus scopus, initia, media & postrema, nobis prę-
 ferunt: est enim (vt dixim⁹) summa & scopus totius
 huius libri diuini amoris naturā & proprietates de-
 scribere, sponsiq; & spōse mutuam beneuolentiam
 explicare: ratio verò perfectę amicitię, in hoc sita
 est, vt amicus, ab amici recta honestaque volūtate
 nunquā dissentiat. Vnde sponsa, in altissimo diuini
 amoris fastigio cōstituta, illud repetit, Dilect⁹ me⁹
 mihi, & ego illi: & c. 7. Ego dilecto meo, & ad me
 conuersio eius: quo sermone testatur, quę sit vtriusq;
 in duobus corporibus vnus animus, vna voluntas,
 concordia sūma, & cogitationum affectuūque cō-
 centus mirabilis. Cum igitur sponsus cursum suum
 feliciter peregisset, & post conceptum ortūque ex
 Virgine, & intra parētum domum, triginta annorū
 silērium, post prędicationem, miracula & maxima
 populo Hebręo collata beneficia, post crucē, mor-
 tem & reditum ad vitam: cum inter discipulos, quā-
 draginta diebus, de regno Dei illos instituens, con-
 uersatus fuisset: nunc sponsa optat suoque carmine
 obsecrat, vt circulū suum felicissimę compleat, coe-
 los ascēdat, ad Patris dexterā sedeat: Fuge, inquit,
 dilecte mi, & a similare capreę hinnuloque ceruo-
 rum, super montes aromatum. Age, inquit, mi vir,
 moras rumpe, capreas & capreolos in cursu imita-
 re, Exaltare super celos Deus, & super omnē terrā
 glōria tua: & iusti epulentur & exultēt in conspectu
 Dei, & letentur in letitia. Hęc ergo verba, Fuge di-
 lecte mi, verba sunt applaudentis, & adgratulātis,

Nota.

psal. 56

& incitantis vt ascendat: quemadmodū psal. 67. Dauid canebat, Cātate Deo, psalmum dicite nomini eius, iter facite ei qui ascendit super occasum: dñs nomen illi: & sūmam complectens totius illius triūphi quo Chrs cēlos ascendit, subiungit, Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus: & tunc, quasi in persona sponsę reprehendens iudeorum incredulitatē, inquit, Etenim non credentes inhabitare dñm Deū: & mox letissimus, ppter fructus vberes, & ingentia beneficia quibus Chrs ē cēlo suam Ecclesiam erat locupletaturus, ait, Benedict⁹ Deus, die quotidie, prosperū iter faciat nobis, De⁹ salutariū n̄orum: & in sūma, omnes hortatur vt Dei ascēdētis gloriā celebrēt, inquit, Regna terre cātate Deo, psallite dño, psallite Deo, quia ascendit super cēlum cēli ad Orientē: & vt nō tam rerum futurarū vatem, quā rerum iam gestarū Euāgelistā agnoscam⁹, inquit, Ecce dabit voci suę vocē virtutis, date gloriā Deo super Israel, magnificentia eius & virtus eius, in nubibus: cuius psalmi sententię & verba, cūm spōsę verbis hoc loco plurimū cōsonant: illa enim orat vt ascendat, & in ascēdēdo velocissimus sit, cēlorū altissimos vertices, & ipsius empyrei celi supremū fastigiū magna velocitate transcendat: vbi cęlicolarū omnib⁹ choris ipse lōge sublimior præfideat. Esse in illis altissimis mōtib⁹ aromata suauissima angelorū, archangelorum, cherubinorū & seraphinorum, Apostolorum, martyrum & cōfessorum, Fuge, inquit, dilecte mi,

mi, super mōtes aromātū, & asimilare caprę: quę dum fugitat, & præruptos silices montiū atq; altissimos vertices petit, balatu capreolū suū excitat, vt eam in altum ascendentem sequatur: ascēde igitur, & tu nosq; in odorē vnguentorum tuorū arcana virtute trahito, sicut aquila in altū sublata & ad volandum pullos suos prouocās, & super eos volitās, Fuge dilecte mi, vt te fugientē dum sequimur, vbi cūq; fuerit caput n̄m mēbra illius cōscendāt, & vbi fuerit corp⁹, illuc aquilę illius odore captę, magna velocitate cōsequantur: & vt tu cōstitutus ad dexterā Patris, in cęlestib⁹ supra omnem principatū, & potestātē, & virtutem, & dñationem, & omne nomen quod nominatur, nō solū in hoc seculo, sed etiā in futuro nos quoq; cū illo suscitati cōscendam⁹, cōsudeamus, & perpetuò regnemus: vt abundātes diuitias gratiæ suę in nobis ostendat. Et sane vt hui⁹ postremę cantilenę sensum eruamus in lucē, videtur mihi spōsa, hac breuissima voce & gratissimo carmine, amoris sui erga spōsum thesauros omnes aperuisse, & pseudoamicos acculeatē pupugisse: cū enim illa cōperisset decretum antiquum sponsi, de repellenda Synagoga, & noua gentiū Ecclesia sibi copulāda: quod cōstabat illi ex innumeris oraculis veteris Testamenti, psalmorū vocib⁹ & vaticinijs prophetarū: & maxime ex Chri sermone, in parabola de vinea improbisq; illius cultorib⁹, qui charissimū heri sui filium multis cōtumelijs affectū occiderunt, & extra vineā eiecerunt. Vbi docuit impro

Luca. 9

Ephes. 1

Tertia ex postrio.

Esai. 5.

Mat. 21.

bos illos & ingratos è medio tollendos, vineãq; no-
 uis cultoribus tradendã. Et quãquã noua Ecclesia
 principes & magistros habuit duodecim Apосто-
 los; Paulũ, Barnabã, ceterosq; ex Hebræa gẽte ori-
 ginẽ trahentes: illa tñ, vt spõsi voluntati cõfentiat,
 illiusq; decretum, vaticinia & oracula cõpleantur:
 & vt noua prole ex gentib⁹ sponsi gloria, magis ef-
 fulgeat: orat & vehementer obsecrat, vt relicto du-
 ræ ceruicis populo, sedem mutet ac domiciliũ: re-
 pudiat isq; Iudæis, ad gentes toto terrarũ orbe dif-
 fusas, magna celeritate festinet. Fuge, inquit, dile-
 cte mi, &c. Hinc Paulus & Barnabas, Act. 13. impro-
 bis Iudæis inquit, Vobis oportebat primũ loqui
 regnũ Dei: sed quia repellitis illud & indignos vos
 iudicatis eterne vite, ecce cõuertimur ad gẽtes: sic
 enim præcepit nobis dñs, Posui te in lucẽ gẽtiũ, vt
 sis salus mea vsq; ad extremũ terræ: & quod hæc se-
 dis ac domicilij mutatio à Hierosolymitano folio
 & templo, ad gentiũ populũ, grata fuerit spõse: sa-
 tis declarant verba quæ sequuntur, Act. 13. vbi dici-
 tur, quod videntes fidem eorũ, qui ad Chrm con-
 uertebãtur ex Gentilismo, noua Ecclesia repleba-
 tur gaudio & Spiritu sancto: nimirum, cũ hoc prædi-
 xerit Esaias: Tunc, inquit, videbis & afflues & mira-
 bitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fue-
 rit ad te multitudo maris, fortitudo gentiũ venerit
 tibi. Cũ ergo orat sponsa vt fugiat, nempe, vt per-
 tinaces ingratosq; Iudæos relinquat, & ad populũ
 Gẽtilem festinet: procul dubio, pseudoamicos pũ-
 git,

git, & sponso mirum in modum placet: maximè cũ
 inquit, vt cursum suum dirigat ex populo illo He-
 bræo ad montem aromatu: Hispane dicimus (Por-
 meioria mi casa dexaria) animaduertite spõsæ pru-
 dentiã, & in persuadendo artificium: fugito, inquit,
 populũ illum, qui nõ nisi in planicie multitudinis,
 mentis suæ & cordis radices iccit: quẽ cũ tu ha-
 ætenus tot beneficijs, ceremonijs, legibus, miracu-
 lis, atq; præsentia tua, ad cęlestis felicitatis celsitu-
 dinem euehere curaueris, ipse terrẽ ac luto defixus
 terrenisq; & perituris rebus inherens, verã vitã so-
 lidasq; opes cõtempserit, teq; felicitatis authorẽ cru-
 ci affixit, discipulosq; tuos persequitur odio plũs
 quã capitali. Improbũ igitur, pertinacem, impium
 cæcumq; horum hominũ furorem fugito, & ad Gẽ-
 tilium populũ tibi cõciliandum magna velocita-
 te festina: tuge ex horum consortio fetidissimo, ad
 odoratissimos mōtes, vbi habebis nouã vineã, no-
 uis, generosis, multisq; vitibus fructiferis confitã,
 tuo sanguine perfusam, irrigatã doctrinẽ Euãgelicẽ
 imbrẽ, & per Apostolos tuos illorũq; successores
 diligenter excultam. Hortos quoq; & cãpos habe-
 bis, nõ illos fabulosos Elyfios aut Hesperidũ, sed
 ad similitudinẽ supercęlestis paradisi tua sapientiã
 plãtatos, omnium arborũ, fructicũ, florũ & herba-
 rum copia exuberãtes, perennibus fontib⁹, vitreis
 riuis, & deliciarũ amẽnitate perpetuò vernãntes
 & suauissimis odorib⁹ fragrantés. Age ergo, & à tẽ-
 plo Hierosolymitano. vrbẽ que illa regia, breui per-

Nota.

Act. 13.

Esa. 60.

Vespasianū & Titum subuertendis, sedem tuā atq;
 tēplum arcemq; munitissimā, transferto in Roma
 nam vrbē rerū dominā, gētemq; togatā, atq; in ver
 tice Romani imperij hortū tibi tuq; spōse gratissi
 mum, magna cū voluptate plātabis: cui Oriētalem
 alterū, florentem & persimilem adiūges: nō deerūt
 tibi aromata virtutum omnium, quæ tibi sunt odo
 re gratissima: habebis enim duo illa Ecclesię lumi
 na Petrū & Paulū, Romę pro Euāgelica fide marty
 rio laureatos: qui in totius mūdi vertice, cōstantię,
 fidei & perfectę charitatis odorē gratissimū diffu
 derunt: vbi Clemēs, Linus, Cletus, Alexāder, Cor
 nelius, Euaristus, & innumeri alij Pōtifices summi,
 pro Chřiana religione morti addicti, quasi hostiæ
 factissime vim maximā odoris suauissimi per totū
 orbē ediderunt. Currito, currito spōse, & ad Eccle
 siā Gręcorū, Latinorū, gentiūq; omnium nō tantū
 vt caprea aut ceruulus, sed vt aquila, magna veloci
 tate trāsmigra, vbi quietā sedē inuenies, vbi & aro
 matū omnium ingentē copiam reperies: ibi enim
 subdiaconorum, diaconorum, sacerdotūq; ordo,
 quasi inferiores mōtes subaltioribus, nepe episco
 pis, archiepiscopis & Patriarchis subsidebunt: vi
 teq; puritate redolētes, aromaticas arbores repre
 sentabunt. Ibi Augustus ille purpuratorū Cardina
 lium senatus, sub Romano Pontifice Vicario Chřī
 cōsistet: qui est quasi mōs dom' dñi, in vertice mō
 tiū, de quo Esa. c. 2. inquit, q̄ fluent ad eum omnes
 gentes, & dicent: Venite ascēdamus in mōtem dñi,

Nota.

&

& ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas,
 &c. ad Romanū enim Pōtificē, quasi ad altissimū
 certūq; præsidium cōfugient omnes Chřiani, vt he
 reticorū impetū possint euadere: ab hoc, concilia
 gumenica, in fide & morib' certa decreta, ab hoc
 reā viuendi rationē singulę Ecclesię percipient.
 In hoc mōte odorifero & salutifero, lumen cunctis
 mortalibus affulget, vt reā viuendi viā ingredien
 tes, ad eternā felicitatē perueniant: huius vexilla scē
 per intuentes sequimur, vt ex illo mōte, cū sponso
 in aliū mōtem transiliamus, nimirū in sacrosanctū
 beatorū domicilium: de quo Dauid psal. 67. canit, *psal. 17.*
 Mōs Dei, mons pinguis mons coagulatus, in quo
 beneplacitū est Deo habitare in eo. In quo mōte,
 teste Esa. c. 25. faciet dñs exercituū, omnibus popu
 lis cōuiuuium pinguium, conuiuuium medullatorū,
 conuiuuiū vindemię deffecata: & precipitabit mor
 tem in sempiternū: & auferet dñs Deus lacrymam
 ab omni facie. Præstet Chřs sponsus, vt nos, qui il
 lius nuptias atq; sacrum epithalamiū pro virili ex
 ponere conabamur, cū hos cōmentarios scribere
 mus: omnesq; huius operis lectores, ita vitā insti
 tuamus, vt sponsi beneficio, ad montē verę felicitatis
 euecti, dulcissimis epulis vinoq; illo purissimo
 perpetuō fruamur, Amen. Quæ diximus, omnia
 Romanę Ecclesię iudicio subiecta esse volumus,
 & peritorum censuram, erratorumq; veniam, sub
 misso ac libenti animo petimus.

Esa. 25

LAUS DEO.

COMPLUTI
Ioannes Iniguez a Lequerica
excudebat, Anno.

1 5 8 7.

¶ Nullus est scripturæ sacræ liber candide lector,
ex quo interpres noster non multa testimonia con-
gesserit, citaueritq; in suis his commentarijs, sed
nos quæ pro temporis angustia accuratius exposi-
ta esse putauimus, in hunc indicem retulimus.

¶ *Index locorum Sacrae scripturae quæ in his commenta-
rijs explicantur.*

Ex Genesi.

C. 49. Iacob cõuenerus ad lectuli caput benedixit Deo. f. 169.
1. parte. Eod. c. Manus eius in ceruicibus inimicorũ suorũ.
f. 15. b. 2. parte. Eod. c. Omnipotens benedicet tibi benedi-
ctionibus cœli desuper, & benedictionibus abyssi iacētis des-
orsum, & benedictionibus vberum & vuluæ. f. 129. a. 2. p.

Ex Exodo.

C. 3. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Aegypto,
propter duritiam eorum qui præsumunt operibus: & descendi li-
berare eum & educere eum ex Aegypto in terrã spatiosam &
fluentem lacte & melle. f. 111 a. & b. 1. parte.

Exodi. c. 14. apparuit in illis manus Domini. f. 15. b. 2. p.

C. 33. est apud me locus & stabis super petrã & transibo & absco-
dam te in foramine petrae, & manu mea protegam te, & quãdo
transiero subtraham manum meã, & posteriora mea videbis, fa-
ciem autem meam videre non poteris. fo. 130. a. & b. 1. p.

Ex lib. Iob.

C. 31. Si osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas
maxima. fo. 11. a. 1. parte.

C. 38. Vbi eras quando ponebã fundamenta terræ, indica mihi si
hæbes intelligentiam? Quis posuit mensuram eius, aut quis re-
tendit super eam lineã? super quò bases illius cõsolidatę sunt?
aut quis dimisit lapidem angularẽ eius, cũ me laudarẽt astra
matutina & iubilarent omnes filij Dei. f. 27. b. & 28. 1. p.

Ex psalmis.

- Psa. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui dñe. fo. 11. a. 2. p.
Psa. 5. Manè astabo tibi & videbo. fo. 104. a. 2. parte.
Psal. 6. Anima mea turbata est valde, sed tu dñe vsque equo. f. 96
2. parte.
Psal. 17. Et in Deo meo transgrediar murum. fo. 172. 2. p. a.
Psa. 24. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portę eter-
ternales. fo. 173. 2. parte.
Psa. 54. Tota die circūdabit eū super muros ei⁹ iniquitas. f. 172.
2. parte. a. Eod. psal. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ.
fo. 142. b. 2. parte.
Psal. 71. Descendet sicut pluuia in vellus. fo. 13. b. 2. p.
Psal. 67. Dixit dñs ex basam conuertam, conuertam in profun-
dū maris, vt intingatur pes tuus in sanguine, lingua canū tuo-
rum ex inimicis ab ipso. fo. 140. a. parte.
Psa. 30. In manibus tuis sortes meæ. fo. 15. b. 2. p.
Psal. 66. totus, fo. 51. b. & 52. 2. parte.
Psal. Bona pars eius. fo. 189. 2. parte.
Psal. 109. Ex vtero ante luciferum genui te. fo. 13. a. 1. parte.
Psal. 132. Sicut ros Hermō qui descēdit in montē Sion. f. 12. b. 1. p.
C. 5. Auferam sepem eius, & erit in direptionē, & e f. 180. 2. p.

Ex Cantico canticorum.

- C. 6. Reuertere, reuertere Sulamitis, & c. f. 4. a. 2. & b. 1. p.
C. 7. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, moremur in villis,
mandragoræ dederunt odorem suum in portis, manè egredia-
mur in agrum. fo. 33. 1. parte.

Ex Ecclesiastico.

- Cap. 41. O mors quam amara est memoria tua homini pacē ha-
benti. fo. 178. 2. parte.
Cap. 11. Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo. f. 104. a.
2. parte.
Cap. 36. Innoua signa. fo. 29. 1. parte.

Ex lib. 2. Regum.

- C. 24. ipse quasi tenerrimus ligni vermiculus, & c. f. 175. 1. p.

Ex lib. 3. Regum.

- Cap. 19. Elias stetit in ostio speluncæ. fo. 49. a. 1. parte.

Ex

Ex Prouerb.

- Cap. 1. Fili mi si te lactauerint peccatores, non acquiescas eis, fo.
19. b. 1. parte.
Cap. 23. Cui vx, & c. fo. 22. 1. parte.
Cap. 30. Qui fortiter prmit vbera ad eliciendum lac, exprimit
butyrum, qui autem vehementer emungit, elicit sanguinem.
fo. 21. a. 1. parte.

Ex Esaia.

- Cap. 2. dies domini super omnem murum munitum. f. 172. a. 2. p.
Cap. 2. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo. fo. 132
1. parte.
Cap. 4. Erit dñs in vmbraculum diei. fo. 58. parte.
Cap. 2. Cauete vobis ab homine cuius spiritus ei⁹ est in naribus
eius. fo. 80. & 81. 2. parte.
Cap. 8. Ante messem totus effloruit. fo. 124. 1. parte.
Cap. 16. Vēter meus ad Moab sicut cithara sonabit. fo. 18. b. 2. p.
Cap. 32. Et erit vir sicut qui absconditur a vento. f. 132. a. 1. p.
Cap. 26. Surgent mortui tui, & c. fo. 13. a. 2. parte.
Eod. c. anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in
præcordijs meis, de mane vigilabo ad te. fo. 104. b. 2. p.
Cap. 33. Conterriti sunt peccatores in Sion, tremuerunt hyppo-
critæ, quis ex vobis poterit habitare cum igne deuorante? fo.
187. & 188. parte.
Cap. 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam susten-
tare eum qui lassus est verbo ei⁹, mane mane erigit mihi au-
rem. fo. 104. 2. parte.
Cap. 51. Consolabitur dñs Sion, & cōsolabitur omnes ruinas ei⁹,
& ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi
hortum domini, gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarū
actio & vox laudis. fo. 138. 2. parte.
C. 66. Ossa vellra quasi herba germinabunt. f. 138. 2. parte.
Cap. 41. Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio capō-
rum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & c. f. 124. 1. p.
Cap. 54. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos. f. 176. 2. p.

Ex Ieremia.

- Cap. 21. Missi ad vos seruos meos prophetas mane surgens. fo.
fo. 104. 2. parte.
Cap. 48. Venter meus ad Moab sicut tibiæ aris. f. 18. 2. p.

Cc 2

C. 52

C. 54. Murus Babylonis ille altissimus suffosione suffodietur, & portæ eius excelsæ igne comburentur. f. 172. 2. parte.

Ex lib. Trenoꝝ.

C. 4. Sed & lamix nudauerunt mamas, lactauerunt eatulos suos. fo. 20. 1. parte.

Ex Ezechiele.

C. 1. Audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum &c. fo. 185. 2. p.
C. 3. Posui faciem tuam quasi adamantem. fo. 206. 1. parte.
C. 15. Calciabo te hyacinthis. fo. 71. 2. parte.

Ex Osea.

C. 2. Lactabo eam, & ducam eam in solitudinẽ, & loquar ad cor eius. fo. 18. 1. parte.

Ex Michæa.

C. 7. Ficus præcoces desiderauit anima mea. fo. 126. 1. parte.

Ex Habachuch.

C. 3. Ascēdes super equos tuos & quadrigę tuę saluatio. f. 70. 1. p.

Ex Haggæo.

C. 1. Comedistis, & non estis saturati: bibistis, & nõ estis inebriati. fo. 6. 2. parte.

Ex Zacharia.

C. 4. Tollam e medio tui quadrigas. f. 62. 2. parte.
C. 12. Videbunt in quem compunxerunt. fo. 46. & 47. 2. parte.

Ex Euangelio Ioannis.

C. 12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. fo. 15. 1. parte.
C. 21. Pasce oues meas. fo. 179. 2. parte.

Ex

Ex epist. 1. ad Corinth. h.

C. 7. Qui cum vxore est, cogitat quæ seculi sunt quomodo placeat vxori & diuisus est. fo. 12. 1. parte.

Ex epist. ad Ephes.

C. 4. Ascendens Christus in altum, captiuã duxit captiuitatem. fo. 37. 1. parte.

Ex epist. 1. ad Timoth.

C. 3. Manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, &c. fo. 30. & 31. 1. p.

Ex Apocalipsi Ioannis.

C. 1. Ecce venio in nubibus caeli. fo. 47. 2. parte.
C. 12. Signum magnum apparuit in caelo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, &c. à fol. 145. vsque ad fol. 148.

Ex Actibus Apostolorum.

C. 13. Vobis oportebat primum loqui regnum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. fo. 190. 2. parte.

FINIS.

Cc 3 Index

INDEX RERVM AC SENTENTIARVM

que in his commentarijs continentur.

A

- A** Aronis virga intra arcam Testamenti.
 Aduersis iusti à peccatis cohibentur. fo. 102. 1. parte.
 Adamantis natura fo. 206. 1. parte. Potestatem iudiciariã Romã Pontif. adumbrabat. fo. 2. 1. parte.
 A dextris Deum esse, quid sit. fo. 102. 1. parte.
 Aloe quid sit, & quid significat. f. 228. 1. parte.
 Amoris magna vis. fo. 10. 1. parte.
 Amor conjugalis omnium maximus. fo. 7. 1. parte.
 Amor optima via ad Dei cognitionem. fo. 9. & 10. 1. parte.
 Amor diuinus non parit fastidium. fo. 10. 1. parte.
 Amor vulgaris insauit genus. f. 23. 1. parte.
 Amantes macie attenuantur. fo. 24. 1. parte.
 Amor Dei erga homines in mysterio incarnationis maxime refulget. fo. 36. 1. parte.
 Amoris diuini vis. fo. 37. 1. p.
 Amoris natura. fo. 38. & 39. 1. parte.
 Amoris diuini ab amore vulgari differentia. f. 48. & 103. 1. p.
 Amor proprius peccatorum omnium radix. f. 57. 1. p.
 Ad amandum nulla re tanto Deus inclinatur, atque amore ipso. fo. 62. & 63. 1. p.
 Amor duplex & que vtriusq; natura. f. 98. 99. & 100. 1. parte.
 Amor sponsi erga sponsam. f. 114. 1. p. ipse in mutuo amore columbarum significatus. f. 120. 1. parte.
 Amor sponsi erga sponsam in mutuo amore columbarum significatus. fo. 120. 1. p.
 Amor alatus pingitur, & quare. fo. 116. 1. parte.
 Amorem amore rependendum. fo. 141. 1. parte.
 Amoris diuini vis, ea est, vt omnes velit admitti ad diuinæ charitatis consortium. fo. 155. 1. p.
 Amor obscenus fumum foetidum producit, at amor diuinus fumum quendam oculis Christi gratissimum. f. 164. 1. p.
 Amor venator sagacissimus. fo. 20. 2. p.
 Amantes aliquando pallefcere, & quare. f. 21. 2. p.
 Amor Christi erga Ecclesiam. f. 97. & 98. 2. p. & f. 109. 2. p.
 ex Amore diuino in iustorum cordibus, quandã insanã cõ prudentia

INDEX.

- dentia maxima coniunctam consequi. f. 21. 2. p.
 Amantes cum ad amorum suorum felicem statum perueniunt, amoris sui occasiones & primordia non sine voluptate comemorant. fo. 134. 135. & 136. 2. p.
 Amor Christi erga homines, à fo. 153. vsque ad 156. 2. p.
 Amore diuino ardentibus sublunaria omnia facile vilescere. fo. 165. 2. parte.
 Amatores mundi despiciunt eos qui vitam pro Christo exponunt. fo. 166. 2. p.
 Ambrosius episcopatum totis viribus recusauit. f. 18. 2. p.
 Actus in arcanis literis quid significet. fo. 64. 1. p.
 Anonimi hæretici. fo. 2. 1. parte.
 Anabaptistæ heresim Anonimorum suscitauere. f. 3. 1. p.
 Animi affectus & illecebras, vulpi optime comparari. f. 140. 1. p.
 Animi perturbationes ex peccato nasci. f. 62. 2. p.
 Angelos esse Ecclesiæ custodes. f. 172. 1. p.
 Agricolas triplices acruos conficere. f. 77. 2. p.
 Angelorum admiratio de ascensu Ecclesiæ in coelum, & admirationis causa, à fo. 134. vsque ad fo. 136.
 Angelorũ multitudo per capillos spõsi significatur, & quare. fol. 30. 2. parte.
 Apollinis oraculum de Christo nato. fo. 150. 1. p.
 Apostoli in principio paruuli, fo. 168. & 169. 2. p.
 Apostolorũ prædicatio per vocẽ turturis significata. fo. 126. 1. p.
 Apostoli & eorum successores in sacra scriptura vigilantes & custodes appellantur. fo. 151. 1. p.
 Apostoli Ecclesiæ fundamenta. f. 180. 1. p.
 Apostoli & prophetæ oculi sunt columbarum. f. 193. 1. parte.
 Apostolorum exercitus rori matutino comparatus. fo. 13. 2. p.
 Apostoli & eorum successores columnæ marmoreæ. f. 41. 2. p.
 Apostoli & ministri Euangelici in sacra scriptura pedes appellantur. fo. 41. 2. p.
 Apostolorum maxima promptitudo ad prædicationem Euangelij. fo. 69. 2. parte.
 Apostolorũ desiderium de conuersione gentium. f. 100. & 101. 2. p.
 Apostolorum vox suauissima. fo. 185. 2. p.
 Apostolicæ vocis virtus. fo. 185. & 186.
 per Aquilonem in sacra scriptura, mala significari. f. 227. 1. p.
 Arca foederis Ecclesiam representabat. fo. 2. 1. p.
 Armeniæ clauissimæ foemine exemplum. fo. 134. 1. parte.

INDEX.

- ¶ Secūda pars tabernaculi quæ Aula dicebatur, significabat eo qui in proficientium gradu consistunt. f. 2. 1. parte.
 ¶ Aurora à poetis multis nominibus commendatur. f. 57. 2. p.
 Aurum regis potestatis symbolum fo. 28. 2. parte.
 Auri inter cætera metalla præstantia. fo. 29. 2. parte.
 Aurea appellari quæ perfecta in suo genere sunt. f. 28. 2. p.
 Aurea corona in arca foederis existens, symbolū regni. f. 185. 1. p.
 Auxiliū spōsi erga spōsam præsentissimum. fo. 114. 1. parte.

B.

- Baptismus ascensus dicitur, & quare. fo. 183. 1. parte.
 Baptismo initiati malis punicis significantur. fo. 226. 1. parte.
 Baptismi sacramentū vim regenerandi obtinet. fo. 73. 2. parte.
 Baptismi sacramentum, sacramentū sacramentorum. f. 73. 2. p.
 Beatitudo nostra meridies dicitur, & quare. f. 65. 1. parte.
 Beatitudo vera per solum Christum ostensa. f. 128. 2. p.
 Beati præstantissimi, nos illis comparati paruuli. f. 129. 2. p.
 Beatitudinis nostræ excellentia, à fol. 136. vsque 138. 2. parte.
 Beneficia Dei quando silentio tegenda, quando vero reuelanda. fo. 47. 1. parte.
 Beneficijs maximis à Deo cumulari eos qui pro ipso labores suscipiunt. fo. 159. 1. p.
 Bona animi solum nobis inuitis amitti nequeunt. fo. 154. 1. p.
 per Borrū per duos homines portatū quid intelligatur. f. 79. 1. p.
 Boni dicuntur vinea in arduo loco positi, & quare. f. 178. & 179.

C

- Caius Sulpitius Gallus, vxorē suā repudiavit, & quare. f. 133. 1. p.
 Cananæa commendatur. fo. 33. 1. parte.
 Capill⁹ niger & crispus apud antiquos in precio habit⁹. f. 31. 2. p.
 Calutium in sacra scriptura male sonat, Cæsaries vero & capillum multando laudatur. fo. 84. 2. parte.
 canticum canticorum inter reliqua Salomonis cantica præstantissimū, fo. 6. & fo. 142. 1. parte.
 Capillorum pulchritudo in quo sita sit. fo. 195. & 196. 1. parte.
 Capilli in muliere ad pulchritudinem maxime faciūt. f. 195. 1. p.
 per Capillos cogitationēs intelligi. fo. 197. 1. parte.
 Castalioni hæretici sententia, tanquam blasphema impugnatur. folio. 36. parte.

Casti

INDEX.

- Castitatem sponso maxime placere. fo. 142. 1. p.
 per Cellam vini, beneficia in quibus immensitas diuini amoris ostenditur significari. fo. 94. & 95. 1. p.
 Castra quomodo constituenda. fo. 53. 2. parte.
 per Cervos & capreas quid significatur. fo. 108. 1. p.
 Caritas principium vitæ spiritualis. fo. 153. 2. parte.
 Charitatis vires & fortitudo. f. 154. & 155. 2. parte.
 Charitatis proprium est quod in hac vita possit in immensum crescere. fol. 129. 1. parte.
 Caritas efficit vt omnia propter Christū relinquam⁹. f. 161. 2. p.
 Caritas perfecta late describitur. fo. 163. & 164. 2. p.
 cum Charitate nil posse cōparari. fo. 165. 2. p.
 in Charitatis altissimo gradu cōstituti, solliciti sunt de paruulorum salute. fo. 167. 2. parte.
 Caritas regula rerum omnium agendarum. fo. 77. 2. parte.
 Catherinæ exemplum. fo. 20. & 21. 2. parte.
 Candor rubore permixtus, color oculis gratissimus, & quid significet. fo. 26. 2. parte.
 Carnis concupiscentia coercenda. fo. 68. 1. p.
 Carmeli inter cæteros montes terræ promissionis præstantia. fo. 82. & 83. 2. parte.
 Cedri natura. fo. 179. 1. parte.
 Cetus sanctorū hominū, corona Christi dicitur. fo. 189. 1. p.
 Cherubin arcam foederis alarum flexu obumbrantia, supremos spiritus exprimunt, qui in cōsideratione mysterij ecclesie obstupescunt. fol. 2. 1. p.
 Christus etiam in cruce totus desiderabilis. fo. 44. 2. p.
 Christus vox quædā & sermo Dei nos à sensibilibus retrahentis. fo. 36. 1. parte.
 Christus cruciatus & mortem sibi reseruauit, fructū vero passionis, omnibus voluit esse communem. f. 36. 1. parte.
 Christi odor suauissimus. fo. 40. 1. parte.
 Christi gloria in transfiguratione. fo. 46. 1. parte.
 inter Christum & Mosem discrimen. f. 46. 1. parte.
 Christi pasqua solum tuta. fo. 65. & 66. 1. p.
 Christi amor erga sponsam. fo. 77. 1. parte.
 Christus quare dicatur flos. fo. 86. & 87. 1. parte.
 Christus quare dicatur liliū, fo. 87. & 88. 1. p.
 Christo comparatæ, omnes arbores sunt steriles, fo. 90. & 91. 1. p.
 Christ⁹ i suis operib⁹, diuinitatis idicia maximā præstabat. f. 117. 1. p.

Dd

Christus

INDEX.

Christus crucifixus tutissimum per fugium in periculis. fol. 131.
& 132. 1. parte.
Christi virtute omnis sapientia, potentia & opulencia superata.
fo. 113. & 114. 1. parte.
Christus, solum in vera ecclesia quiescit. fo. 170. 1. p.
Cū Christ⁹ expirauit, nouis tenebris sol fuit circūfusus. f. 150. 1. p.
Quod ad Christi hominis gloriam pertinet, diadema in sacra scri-
ptura nuncupatur. fo. 189. 1. parte.
Christus in quantum homo, medium. f. 183. 1. parte.
Christus torus nobis datus, fo. 184. 1. parte.
Christi initia merito, myrrhæ comparari. fo. 3. 2. parte.
Christi charitas erga nos, aurum dicitur, & quare. fo. 29. 2. p.
Christi gaudium cum pro nobis patiebatur. f. 4. 2. parte.
Christus cæcidus & rubicundus dicitur, & quare. f. 26. & 27. 2. p.
Christum esse supra omnes creaturas intellectuales. f. 28. 2. p.
Christi pulchritudo interna, maxima. f. 33. 2. parte.
in Christo iustitia & misericordia maxime claruere, fol. 34. 2.
parte.
Christi opera perfectissima. fo. 37. & 38. 2. parte.
Christi humana natura, post diuinam in omnibus principatū te-
nens, Carmelo monti comparatur merito. fo. 84. 2. p.
Christi cogitationes & actiones, omnes in mortem referebatur.
fo. 85. 2. parte.
Christi amor erga ecclesiam. fo. 86. & 87. 2. p.
Christus veræ victoriæ exemplar, fo. 90. 2. parte.
Christus ascendens in crucem, incomparabiles fructus nobis at-
tulit. fo. 91. 2. parte.
Christi auxilium præsentissimum Apostolis euangelium prædi-
cantibus. fo. 102. 2. parte.
Christi infantis suauitas. fo. 121. 2. parte.
in Christi lacrymis & laboribus maximos thesauros nobis esse
reconditos. fo. 122. 2. p.
Christo nullum hominem, vel angelum esse comparabilem. fol.
136. 2. parte.
in Christo, humana natura quare ascendere de deserto innixa su-
per dilectum dicatur. fo. 133. 2. parte.
super Christum inniti dicuntur, qui spem omnem in Christo re-
ponunt. fo. 139 & 140. 2. parte.
Christus duodecim piscatoribus humana potentia & sapientia
destitutis, torum orbem subiugauit. f. 179. & 170.

A Chri

INDEX.

A Christo iustos omnes virtutem accipere. f. 180. 2. p.
Christiano habent e fidem, spem, & charitatem, nil sublimius.
fo. 181. 2. parte.
Chorus puellarum comitantium sponsam & sponsum, quid, re-
presentet. fo. 7. 1. parte.
Cibum Dei esse fructus bonorum operum. fo. 2. 2. parte.
Cinnamomum quid, & quid significet, fo. 227. 1. p.
Cognitio propria initium cognitionis Dei. fo. 7. 1. p.
Cognoscendi seipsum, modus optimus. fo. 68. 1. p.
In cognitione humanæ naturæ non inueniri sponsum. fo. 147.
1. parte.
Ex colloquio Dei animum sumimus ad maiora virtutum incre-
menta præsumenda. fo. 17. 1. parte.
Columba, symbolum poenitentium. f. 82. 1. p.
Columba, symbolum Spiritus sancti. ibidem.
Per collum quid in sacra scriptura intelligatur. fo. 73. 1. p.
Colli munera quæ sint. fo. 108. 1. p.
Concionatoris affectus oportet esse mundissimos. fo. 69. & 70.
2. parte.
Concionatoris intentio in Deum & proximorum salutem, est
dirigenda. fo. 135. 1. p.
Concionatores, canes sunt venatorij qui odoratu suo hæreticos
præsentunt. fo. 139. 1. parte.
Confessionis sacramentū, per nardum significari. f. 227. 1. p.
Crocus quid, & quid significet. fo. 227. 1. parte.
Cruris officium in corpore, & quare sponsi crura columnis mar-
moreis comparentur. fo. 40. 2. p.
Crura in homine ad quid ordinata. fo. 71. 2. p.
Crucis ignominia, Christo quam grata pro salute nostra. f. 152. &
153. 2. parte.
Crucis signum nostræ nobilitatis insigne. f. 153. 2. p.
Cyprus quid significet. fo. 78. & 79. 1. p.
Cyprium unguentum charitatis symbolum. fo. 226. 1. p.

D:

Dentium pulchritudo in quo consistat. fo. 198. 1. p.
Dentium natura quæ. ibidem.
Dentes in sacra scriptura aliquando in malam partem accipi. fol.
198. & 199. 1. parte.

Dd 2 Den

INDEX.

- Dentium munere in ecclesia doctores & concionatores fungi. fo. 199. 1. parte.
- Dentium proprietates, quæ, & eas in euangelico doctore esse necessarias. f. 199. & 200. 1. parte.
- Deum Aegyptij circulum appellabant. fo. 37. 2. parte.
- Dei iustitia & misericordia columnis marmoreis comparantur, & quare. fo. 41. 2. parte.
- Deus aspectu suo omnia facit pulcherrima. f. 89. 1. parte.
- Deus ecclesie sue præsentissimum fert auxilium. f. 131. 1. p.
- Sine Dei auxilio irriti labores nostri. f. 145. 1. p.
- Deum autorem gratiæ in his reb' creatis non inueniri. f. 147. & 148. 1. p.
- Deus sponte se offert querentibus ipsum. fo. 152. 1. p.
- Deum tenent iusti per fidem, spem, charitatem & precibus. f. 153. 1. p.
- Deum transcendere humani ingenij intelligentiam. f. 25. 2. p.
- Deum ex effectibus cognosci. fo. 26. 2. p.
- Deo sæpe vititur plaga ut homines afflicti respiciant. f. 15. & 16. 1. p.
- Deum non statim ultimum supplicium infligere. fo. 16. 2. p.
- Deum aliquando iustis consolationes subtrahere, & quare. f. 19. 2. p.
- Deus homo factus, foris inuentus dicitur. f. 124. 2. p.
- Deus quare dicatur zelotes. fo. 162. 2. parte.
- Dei in suscepta natura imbecillitas. fo. 52. 2. p.
- Demonones, rectores tenebrarum. fo. 176. 1. parte.
- Doctrina Christi quam iocunda auditoribus. f. 36. 2. p.
- Doctrinam euangelicam argento merito comparari. f. 180. & 81. 1. p.
- in Doctrina euangelica esse vim propagandi. f. 194. 1. p.
- Doctrinam euangelicam suauitas melli comparatur. f. 221. & 222. 1. p.
- Doctrinam ecclesie cum humilitate suscipientes, capacissimi fiunt ad res diuinas. fo. 175. 2. parte.
- Doctrinam euangelicam suauitas, fo. 95. 2. parte.
- Doctores ecclesie propugnacula argentea. f. 173. 2. p.
- Doctores ecclesie tutres. fo. 175. 2. parte.
- Doctores ecclesie ouibus attonsis & lotis quare comparentur. fol. 201. & 202. 1. parte.
- Doctorem euangelicum debere habere gemellos fetus. f. 202. 1. p.
- Doctores & concionatores labijs comparari, & quare fol. 203. & 204. 1. parte.
- Doctores in ecclesia colli officium gerere. fo. 208. & 209. 1. p.
- Doctores ecclesie turri David merito comparari. ibidem.
- Doctores euangelicos omnium virtutum debere odore fragrare. fol. 220. 1. parte.

Docto-

INDEX.

- Doctores, ecclesie oculi, piscinis in Essebon comparari, & quare. fo. 80. 2. parte.
- Doctores, ecclesie botris comparari. fo. 80. 2. parte.
- Doctorem euangelicum debere esse in vitroque testamento peritum. fo. 114. 2. parte.
- Doctor euangelicus ex meditatione mysteriorum Christi, maximam utilitatem reportat. fo. 123. 2. p.
- Domus Dei in tres partes precipuas distribuitur. f. 42. 1. p.
- in Domus Dei vestibulo qui consistant? qui aulas internas ingradientur? qui vero in sancta sanctorum. f. 42. 43. & 44. 1. p.
- Dolorem animi internum, exterioribus actionibus oportet tolli. fo. 19. 2. p.
- Dormire in sacra scriptura, quadrisaria accipitur. f. 92. p.
- Inter dormiendum viros sanctos a Deo de futuris illustrari. f. 92. p.
- Ebrietatis incommoda, fo. 22. 1. parte.
- Ebrietas ex diuino amore proficiscens. fo. 96. 1. p.
- Ecclesie desiderium de Christi ascensu. f. 189. 2. p.
- Ecclesia Christiana murus dicitur, & quare f. 174. & 175. 2. p.
- Ecclesia ex paganismo, antea nigra, per Christum formosa. f. 53. 1. p.
- Ecclesia ex paganismo futura prefigurata. f. 53. & 54. 1. p.
- Ecclesie Christiane fundamenta, & fores, martyres & doctores. f. 176. 1. parte.
- Ecclesie pax & tranquillitas. fo. 176. 2. parte.
- Ecclesiam Catholicam valde excellere veterem ecclesiam. f. 180. 2. p.
- Ecclesia Catholica vinea in arduo loco cõsita quare dicatur. fo. 181. 2. p.
- Ecclesia cur ad gentium populum se transfulerit. f. 61. 1. p.
- Ecclesie acies aduersus hereticorum insidias. f. 61. 1. p.
- Ecclesie pulchritudo. fo. 69. 70. & 71. 1. p.
- Ecclesia, lectulus sponsi. fo. 84. 1. parte.
- in Ecclesia quicquid pulchrum est, totum a spõso proficisci. f. 86. 1. p.
- Ecclesie veteris & noue discrimen. fo. 92. 1. p.
- Ecclesiam Catholicam non fuisse humana ratione fundatam. f. 155. 1. p.
- Ecclesia antiqua tugurium appellatur, & quare. f. 68. 1. p.
- Ecclesia semper est in procinctu. fo. 172. 1. p.
- Ecclesia ferculum dicitur. fo. 178. 1. parte.
- Ecclesia Romana, reclinatorium aureum. f. 182. 1. parte.
- Ecclesiam Deus uxorem appellat, & quare. f. 192. 1. p.

De 3

Eccle

INDEX.

- Ecclesia Christiana turri David cōparata.** f. 210. 1. p.
Ecclesia Christiana, quomodo tota pulchra dicatur, fol. 214. & 215. 1. parte.
Ecclesia sex triumphos celebrauit. fo. 218. 1. parte.
Ecclesia, fonti aptissime comparata. f. 216. & 217. 1. parte.
Ecclesia non tantum prosperis, sed etiam aduersis floret. f. 217. & 218. 1. parte.
Ecclesia vocem Christi agnoscit ac discernit. fo. 11. 2. p.
Ecclesia, tempore Apostolorum pulcherrima. f. 15. 2. p.
Ecclesie Christiane candor in quo positus. fo. 45. 2. p.
Ecclesie ætas prima, aurum optimum nuncupatur. f. 45. 2. parte.
Ecclesie secunda ætas quare non dicatur aurea, f. 45. ibidem.
Ecclesie tertia ætas, cruribus lapideis comparatur, & quare. fol. 46. 2. parte.
Ecclesie quarta ætas, aurum appellatur. fo. 46. 2. parte.
Ecclesia, hortus Christi. fo. 49. 2. parte.
Ecclesiam nostram vere castam dici. fo. 53. 2. parte.
Ecclesia quare vocetur columba. fo. 56. 2. parte.
Ecclesia omnibus regnis anteposenda. fo. 56. 2. parte.
Ecclesie in veritate perseuerantes reginæ appellantur, & quare fo. 57. 2. parte.
Ecclesie à fide Catholica descendentes, concubine sunt. ibidem.
Ecclesie initia auroræ comparari, & quare. fo. 59. 2. parte.
Ecclesie militantis status, lunæ comparatur. fo. 59. 2. parte.
Ecclesie triumphantis status soli comparatur. fo. 60. 2. parte.
Ecclesiam nuci comparari, & quare. fo. 61. 2. parte.
Ecclesie doctrina amplectenda fo. 75. 2. parte.
Ecclesie iudicium & providentia erga futura, naso merito cōparata. fo. 81. 2. parte.
In Ecclesia aduersus impios indignatio & vindicta debet esse. ibidem.
Ecclesia palmæ comparatur. f. 87. & 88. 2. parte.
Ecclesie ex paganismo ad Christum conuersæ, initia faustissima. fo. 104. 2. p.
Ecclesie desiderium incarnationis filij Dei. f. 119. & 120. 2. p.
Ecclesia in vita presentis, paruula dicitur. fo. 168. & 169. 2. parte.
ditiones, Ecce, En, attentionem in sacra scriptura, plerumque ex citant. fo. 168. 1. parte.
ditiones, Ecce, En, aliquando denotant, eum quem demōstrant, diuino imperio esse obsequentissimum. fo. 169. 1. parte.

Essebo

INDEX.

- Essebo, regia regum Amorrhæorum.** fo. 179. 2. parte.
Discrimen inter eos qui euangelicæ doctrinæ incumbunt, & eos qui philosophorum scriptis. f. 64. 1. p.
Eucharistia suauitas. fo. 20. & 21. 1. parte.
Eucharistia in quo fuerit figurata. fo. 100. 1. parte.
Eucharistie sacramentum amoris diuini symbolum. f. 184. 1. p.
Eucharistie sacramentum per crocum significari. fo. 17. 1. parte.
Eucharistie sacramentum panis dicitur, & quare. f. 9. 2. p.
Eucharistiam percepturos quibus actionibus oporteat preparari. ibidem.
Eucharistiam sumere, mundis tantum licere. fo. 6. 2. parte.
Eucharistiam non omnes sub vtraque specie sumere, & quare. ibidem.
in Eucharistie sacramēto tres diuini amoris radices venerantur. fo. 10. 2. parte.
Extasis ex diuino amore proficiscens, duplex. f. 95. 1. p.
Exultare quid significet. fo. 48. & 49. 1. parte.

F.

- Aduersus foeminam olim tristis sententia pronuntiata.** fol. 97. 2. parte.
Duo foemora Christiani populi, Iudæi & Gentiles. f. 72. 2. p.
Foemur in sacra scriptura pro virtute generatrice, accipi. fol. 72. 2. parte.
Foemur aliquando pro fortitudine accipitur. fol. 74. 2. p.
Ficus pro floribus poma producit. fo. 125. 1. parte.
Fides, radix & fundamentum virtutum omnium. f. 39. 1. parte.
Fides charitate perfecta, aureum reclinatorium dicitur. f. 181. & 182. 1. parte.
Fideles, filij Sion appellantur. fo. 86. 1. parte.
Fideles Eucharistiam percipientes, sponsum foris inuenire dicuntur. fo. 26. 2. parte.
Filij Hierusalem, qui dicantur. fo. 24. 2. parte.
Filij Christi, qui dicantur. fo. 69. 2. parte.
Filij Dei qui dicantur. fo. 165. 2. parte.
Filij hominum qui dicantur. ibidem.
Fistula quid, & cuius symbolum. fo. 227. 1. parte.
Flos campi Christus. fol. 124. 1. parte.
Fomes peccati efficit vt internus homo deformissimus fiat. f. 58. 1. p.
Fontes plurimos ex mōte Libani originem trahere. f. 226. 1. p.

Fons

I N D E X.

Fons signatus dicitur ecclesia, & quare f. 235. 1. p.
 Fortunam prosperam, vitream esse fo. 143. 1. p.
 Fructus maximos percipiunt, sub umbra Christi quiescentes. f. 93. 1. p.
 Fructus crucis. fo. 93. 1. parte.
 per Fructus novos & veteres, iustorum hominum, tam veteris quam
 noui testamenti, merita significari. fo. 112. 2. parte
 per Fructus novos & veteres, actiones nostras naturales, & ex
 gratia prouenientes, posse intelligi. f. 114. 2. p.
 Fructus ex virtute proueniens silentio à sponsa premitur. f. 179
 2. parte.

G.

Gaudium iustorum inter ipsos cruciatus. fo. 44. & 45. 1. parte.
 Gaudium sponsæ inuento sponso, silentio præteriri, & quare. f.
 153. 1. parte.
 Gaudia communia esse eorum qui charitatis vinculo copulan-
 tur. fo. 48. 1. parte.
 ex Gētilismo conuersi de capite Amara, venisse. fo. 217. 1. parte
 Genua, religionis Hieroglyphicum, fo. 75. 2. p.
 Secundus gradus ad cognoscendum Deum, egressus à tumultuā
 tiam cogitantium turba. f. 68. 1. parte.
 Gradus amoris diuini. fo. 96. 1. parte.
 Gradus ad inueniendum Deum. fo. 156. 1. parte.
 Tres gradus ecclesiæ, perfectorum, proficiētium & incipiētium. f. 55. 2. p.
 Gradus incipientium, adolescentulis, quarum non est numerus,
 comparatur, fo. 56. 2. parte.
 Gradus proficientium octuaginta cōcubinis cōparatur. f. 56. 2. p.
 Gradus perfectorum reginis sexaginta comparatur. f. 56. 2. p.
 Nulla re Deum magis delectari ad impendenda hominibus be-
 neficia, quam gratitudine. fol. 3. 2. p.
 Gressus in sacra scriptura, vite rationē & mores significat. f. 69. 2. p.
 Quæ gustu percipimus de Deo nos beatos efficiunt. f. 27. 1. p.

H.

Hebræorum quorundam sententia retunditur. f. 6. 1. p.
 Hebræus populus Libani nomine significatur in sacra scriptura.
 fo. 216. 1. parte.
 Hebræus populus ter à Deo vocatus, ibidem.
 Hebræus populus nouissimis temporibus agnosceret Christum. fo.
 46. & 47. 2. parte.
 Hebræus populus horto nucū cōparatur, & quare. f. 60. & 61. 2. p.
 Hebræum

I N D E X.

Hebræum populum ob iactantiam & inanem gloriam esse à Deo
 repudiatum. fo. 61. 2. parte.
 Hebræus populus à quadruplici seruitute per Deum liberatus.
 fo. 63. 2. parte.
 Hebræus populus quater à Deo vocatus. fo. 63. & 64. 2. p.
 Hæretici & hypocritæ per vulpes in sacra scriptura significan-
 tur, & quare. fo. 137. 138. & 139. 1. parte.
 Hæretici flamme traditi aliquando resipiscunt. f. 140. 1. p.
 Hæreticorum vires maxime exeruntur, cum status Ecclesiæ flo-
 rescat. f. 140. 1. parte.
 Hierusalem, Ecclesiæ imaginem præferbat. f. 50. 2. p.
 Homines qui vocentur. fo. 165. 2. parte.
 Hominum comodis omnia que sub coelo sunt, deseruire. f. 177. 1. p.
 Honor, magnum miraculum. fo. 29. 1. parte.
 Tres hominis partes in statu innocentie magno fœdere deuinde.
 fo. 60. 1. parte.
 Hortus Ecclesiæ quis. fo. 184. 2. parte.
 Hostium Ecclesiæ acies, que & quales fo. 172. 1. parte.
 Humanitas Christi, lectulus dicitur. fo. 170. 1. parte.
 Humanitas Christi, diadema nuncupatur, & quare. f. 187. 1. p.
 Humana natura à Christo per crucem liberata. f. 151. & 152. 2. p.
 Humilitas, magistra & custos virtutum. f. 67. 1. p.
 Humilitas sponsæ per lectum significatur. f. 169. 1. p.
 Humiliantes se, à Deo laudari. fo. 192. 1. parte.
 Humilitatem iustorum in suis actionibus Deo maxime placere.
 fo. 204, & 205. 1. parte.
 Humilium pulchritudo. ibidem.
 Humilis in cognitione sui, semper vilescit. fo. 62. 2. p.
 Hyems erat tempus dñicæ passionis. fo. 123. 1. parte.
 In hyme versabantur, qui Christum antecesserunt. f. 123. 1. p.

I.

Idolatriæ crimen, omnium grauissimum. fo. 58. 1. p.
 Idolatriæ origo. fo. 60. 1. parte.
 Idolorum cultores, adolescentulis comparari. fo. 57. 2. parte.
 Innocentes, flores nascentis Ecclesiæ. fo. 124. 1. parte.
 Improbi ab exordio mundi, iustis aduersantur. fo. 59. 1. p.
 Industria eorum qui aliorum curam gerunt, qualis esse debeat.
 fo. 68. 1. parte.
 Intentionem in Deum dirigens, oportet cogitationibus præscri-

INDEX.

- bat modum. fo. 197. 1. parte.
 Incarnationis mysterij præstantia si cum reliquis beneficijs comparatur. fo. 29. 1. p.
 Ad cõtemplandũ incarnationis mysteriũ, qui sint apti. f. 186. 1. p.
 Intellectus diuinus & humanus Christi, oculis columbæ comparantur. fo. 33. 2. p.
 Inquisitorum senatus, naso merito comparatur. fo. 82. 1. p.
 Inuenire sponsum solum foris, quid sit. f. 125. 1. parte.
 Ioannes Baptista commendatur. f. 56. 1. p.
 Ioannes Baptista in turture præfiguratus. fo. 126. 1. p.
 Ioannes archiepiscopus Constantinopolitanus, quare Chryso-
 stomus nuncupatus. fo. 28. 2. p.
 Iris flos, eloquentiæ symbolum. fo. 35. 2. parte.
 Iridem celestem eloquentiæ deam esse veteres aiebãt. ibidem.
 Isidori clarij sententiã, erroneã. f. 5. 1. p.
 Iudæi Ecclesiam nascentem, totis viribus expugnare sunt conati. fo. 61. 1. parte.
 Iudaicus populus, ficus proferens grossos suos dicitur, & quare. fo. 125. 1. parte.
 Iudaicum populum Christus in cruce repudiãuit fo. 7. 2. p.
 Cũ Deus permittit iustos affligi, dormire videtur. f. 8. 2. p.
 Iudicia Dei per capillos intelligi, & quare elatis palmarum comparentur. fo. 30. 2. p.
 Iustos aduersis premi, plerunq; permittit Deus. f. 157. 1. p.
 Iustos sepe cum maxime in virtute proficere videntur, in peccata labi. fo. 143. 1. parte.
 Iustos de deserto huius mundi tanquam virgulam ascendere. fo. 161. 162. & 163. 1. p.
 Iustorum tranquillitas in tribulationibus. f. 65. 1. p.
 Iustorum studium, ne Deum offendant. ibidem.
 Iustorum paruus numerus. fo. 66. 1. p.
 Iusti intra se habent Deum inhabitantem, qui in ipsis loquitur. fo. 13. 1. parte.
 In iustis quædam vestigia diuinitatis expressa. fo. 15. 1. p.
 Iusti secundum speciem externam, nigri, secundum internum hominem, pulcherrimi. f. 55. & 56. 1. p.
 Iusti nullũ laborem refugiant propter Christum. f. 59. 1. p.
 Iusti corporeæ vitæ iacturam libenter ferunt, dummodo virtutes integrè permaneant. f. 77. & 78. 1. parte.
 Iusti æternæ felicitatis propositis premijs, vehementer inflammantur.

INDEX.

- mantur. fo. 101. 1. parte.
 Iusti, palmæ merito comparantur. fo. 88. 1. parte.
 Iusti inter tot laqueos & offendicula, auxilio sponsi fulciuntur. fo. 103. 1. parte.
 Iusti & diuini Verbi precones, Deum portant fo. 154. 1. parte.
 Iustus quare lectulus Dei dicatur fo. 171. 1. parte.
 Iusti per cedrum significantur. fo. 180. 1. parte.
 Iustorum cætus, Ecclesiæ capilli. fo. 196. 1. parte.
 Iustorum spontanea opera, fauo comparantur. f. 4. 2. p.
 In iustificatione Deus primas partes tenet. f. 17. 2. parte.
 In iustificatione requiritur cõsensus eius qui iustificatur. ibidem.
 Iustos per capillos sponsi intelligi, & quare. fo. 30. 2. p.
 Iusti, riuuli dicuntur, nõ stagna aut paludes. f. 32. & 33. 2. p.
 Iusti quare nigri dicantur. f. 45. 2. p.
 L.
 Labia ad decorem valde facere fo. 202. 1. parte.
 Labia in sacra scriptura aliquando pro sermone & idiomate summi. fo. 203. 1. parte.
 Labiorum pulchritudo in quo sita sit. fo. 203. 1. parte.
 Labia Christi, myrrham primam distillare, quare dicantur. fo. 36. 2. parte.
 Per labores volandum in vita præsentis. fo. 120. 1. parte.
 In laboribus terrenis æterna præmia delitescere. fo. 40. 2. parte.
 Laborandum prius quam victoria decantetur. fo. 67. 2. parte.
 Lacrymæ quales esse debeant. fol. 78. 1. parte.
 Languor effectus amoris. fo. 98. 1. parte.
 Languor ex diuino amore quis. fo. 99. & 100. 1. parte.
 De latere Christi dormientis sacramenta fluxisse. fo. 7. 2. p.
 Lectulus sponsi qualis sit. fo. 167. 1. parte.
 Legis Euangelicæ præstantia. fo. 181. 2. parte.
 Legis Euangelicæ odor. fo. 40. 1. parte.
 Legis veteris sacramenta, Christi vniuersam, non presentiam exhibebant. fo. 144. 1. parte.
 Legis antiquæ statum, per Aquilonem significari. f. 228. 1. p.
 Libertatis Euangelicæ præstantia. fo. 40. 1. parte.
 Liliorum tria genera. fol. 35. 2. parte.
 Lilia Ecclesiam vallantia, quæ sint. fo. 78. & 79. 2. parte.
 Liquefactio amoris effectus, & quid significet. fo. 21.
 Lumen naturale nõ ostendit nobis finem supernaturalẽ. f. 35. 1. p.
 Lutheri error reconditur. fo. 5. 1. parte.

INDEX.

M.

Magi, ecclesia nascentis primi flores. fo. 127. 1. p.
 Magi Christū adoraturi veniunt. fo. 149. 1. parte.
 Magi in init. nascentis ecclesie, odorem suum quasi mandragoræ
 effuderunt. fo. 111. 2. parte.
 Malo granatum, martyrum hieroglyphicum. fo. 106. 2. p.
 Mali dicuntur vinea in planicie multitudinis confita. f. 78. 2. p.
 Mala quæ efficiunt ignorantiam sponsum. f. 69. 1. parte.
 Per mandragoras quid intelligatur. fo. 33. 1. parte.
 In mandragoris vis soporifera. fo. 108. 2. parte.
 In mandragoris virtus ad prolem, & animos conciliandos. ibidē.
 Mandragoræ triplex virtus. fo. 33. 1. parte.
 Mandragora lethifera & legibus interdicta. fol. 107. 2. p.
 Mandragoræ natura. fo. 108. 2. p.
 Manus in sacra scriptura, aliquando pro potentia vsurpatur. fo.
 15. 2. parte.
 Manus aliquando pro robore. ibidem.
 Manus aliquando pro plaga inflicta à Deo accipitur. ibidem. &
 fo. 36. & 37.
 Manichæi cur refellantur. fo. 112. & 113. 2. parte.
 Mariæ Magdalenæ poenitentia. fo. 19. 2. p.
 Unguentum quo Magdalena unxit Christi caput, quale fuerit.
 fo. 26. 1. parte.
 Maria virgo hortus conclusus. fo. 49. 2. parte.
 Maria virgo, sponsi lectulus. fo. 83. & 84. 1. parte.
 Mariam vere dici lectulum Christi. fo. 70. 2. parte.
 Maria virgo mediatrix populi Christiani. fo. 183. 1. parte.
 Mariæ virginis laudes. fo. 121. & 122. 2. p. & latissime à fo. 140. vsq.
 que ad fo. 149. 2. parte.
 Martyres inter tormenta dormire videbantur. f. 110. 2. p.
 Martyrum constantia silici cōparatur, & quare. fo. 207. 1. parte.
 Martyrum interna pulchritudo maxima. fo. 207. 1. parte.
 Martyrum promptitudo in moriendo, gratia pulcherrima ap-
 prehenditur. fo. 69. & 70. 2. p.
 Martyrū fortitudo cruri vel femori cōparatur, & quare. f. 74. 2. p.
 Martyres choris castrorum comparantur. fo. 66. 2. parte.
 Martyres oculis sponsi gratissimi. f. 106. 2. p.
 In martyrio fructus vberes delitescere. fo. 206. 1. parte.
 Martio mense Christus suscepit carnem, & passus est. f. 122. 1. p.
 Martio mense Deus populum suum ab Aegyptiaca seruitute li-
 beravit, & quare. ibidem.

INDEX.

beravit, & quare. ibidem.
 Matrimonij sacramentum per myrrham significari. f. 227. 1. p.
 Mel, altiore sapientie gradum significat. fo. 5. 2. parte.
 Memoriam sui vult sponsus in mente & actionibus sponsæ per
 petuo durare. f. 157. & 158. 2. parte.
 Memoria iustorum dulcis. fo. 50. 1. parte.
 Memoria peccatorum amara. ibidem.
 Mensa quæ nobis proponit mundus, qualis sit. f. 6. 2. parte.
 Ministri Dei debent imitari, eius velocitatē in agendo. f. 116. 1. p.
 Ministri euāgelici vberibus cōparantur, & quare. f. 211. 1. parte.
 Ministros euāgelicos debere esse robustissimos. fo. 174. 175. &
 176. 1. parte.
 Ministrū euāgelicū debere auditoribus coaptari. f. 221. 1. parte.
 Ministris euāgelicis adesse presentissimū Dei auxiliū. f. 14. 2. p.
 Ministros euāgelicos in Christo manere oportere. f. 110. 2. p.
 Mira quæ tempore Christi nati contigere. fol. 150. 1. p.
 Misericordia perfecta potissimum in beatis aperitur. f. 102. 1. p.
 Monachorum ordines per areolas intelligi. f. 34. 2. p.
 Monachorum legiones, acies esse ordinatas. fo. 53. 2. p.
 Monachorum cōuentus hortis vernantibus simillimi. f. 183. 2. p.
 Monasticum institutū malo granatis aptissime cōparari. f. 22. 1. p.
 In montibus sponsus res admirandas fecit. fo. 113. 1. p.
 Mons Caluarius dicitur mons myrrhæ & collis thuris. f. 213. 1. p.
 Mons myrrhæ poenitentiam significat. ibidem.
 Mors pro Christo accepta ascensus dicitur. f. 182. & 83. 1. parte.
 Mos antiquorum in nuptijs. fo. 176. 1. p.
 Moses oculus Deo gratissimus. fo. 218. 1. p.
 Mundus lamis cōparatur in sacra scriptura. fo. 20. 1. p.
 Mundi fabrica in tres partes distincta. fo. 42. 1. p.
 Ex mundi opificio excitant nos sacra litera ad opificis sapien-
 tiam & virtutem cognoscendam. fo. 121. 1. p.
 Mundus, recte ciuitati comparatur. fo. 147. 1. p.
 Mundum habere sua pigmenta quibus delectat. f. 166. 1. p.
 Murense quid sint, & quid per eas significetur. fo. 74. & 75. 1. p.
 Muri, ecclesie, qui. fo. 224. 1. parte.
 Murus in sacra scriptura, vt plurimum in bonam partem accipit-
 tur. fo. 171. 2. p.
 Muri officium. ibidem.
 Muri dicuntur qui prædicationi euāgelicæ obicem ponunt. fol.
 172. 2. parte.

INDEX.

Myrrha quid, & quid per eam significetur. f. 74. & 75. 1. p.
per Myrrham sign. ficari virtutes quæ carnis macerationi deseruiunt. fo. 164. 1. p.

Mysteria nostræ redemptionis captum intellectus, non solû humani, sed etiam angelici transcendunt. f. 113. 1. p.

Mysteria diuina non esse curiosius inuestiganda. f. 54. 1. p.

N.

Narcissi floris vires euangelicæ doctrinæ simillimas. f. 36. 2. p.

Nardus quid, & quid significet. fo. 75. & 76. 1. p.

Ex nardo factum vnguentum, deuotionem significare. f. 227. 1. p.

Nasus indignationis symbolum. fo. 81. 2. parte.

In naso maxime elucere animi celsitudinem. fo. 80. 2. parte.

Non nisi naso aquilino præditum Persæ ad regiam dignitatē admitterebant. fo. 80. 2. parte.

Natura diuina in Christo, aurum optimum. f. 29. 2. p.

Nigredo solis symbolum. fo. 56. 1. parte.

Nomen, multa in sacra scriptura significat. fo. 26. 1. parte.

Nomen Christi vnguentum suauissimum. f. 31. & 32. 1. p.

Nomina Dei non terrorem, sed eius circa homines charitatē præferentia, reperiuntur in cantico canticorum. f. 4. 1. p.

Note quibus deprehendere possimus Dei præsentiam, in nobis. fo. 127. & 128. 1. parte.

Nucis proprietates. fo. 60. & 61. 2. parte.

Numerus finitus pro infinito. fo. 27. 2. parte.

Numerus ternarius Deo gratissimus. fo. 68. 2. parte.

Numerus duodenarius rem perfectissimam significat. fol. 148. 2. parte.

O.

Obedientia per crinem colli significatur. fo. 219. 1. p.

Oculorum decor plurimum facit ad pulchritudinem. f. 190. 1. p.

Duo oculi Ecclesiæ, actiui & contemplatiui. f. 63. 1. p.

Oculorum pulchritudo in quo sita. fo. 31. 2. parte.

Dona Spiritus sancti oculi sponsi nuncupatur. f. 31. 2. p.

Odore animos hominum esse capiendos. f. 25. & 26. 1. parte.

Odoratu diuina percipiuntur dū in corpore sumus, nō gustu. f. 27. 1. p.

Oleum consecrationis quid. fo. 26. 1. parte.

Oleum, pacis symbolum. fo. 31. 1. parte.

Oleum, immortalitatis signum. fo. 32. 1. parte.

Oleum clementiæ & hilaritatis hieroglyphicum. f. 31. 1. p.

Opera

INDEX.

Opera quæ à tota societate proueniunt, maxime placere spōso. fo. 39. 1. parte.

Oratio & maceratio carnis indissolubili nodo copulata. f. 165. 1. p.

Os patris dicitur filius. fo. 14. 1. parte.

Osculi multiplex significatio. fo. 10. & 11. 1. parte.

Osculi natura copiose explicatur. fo. 11. 12. & 13. 1. parte.

Osculum vocatur doctrina Euangelica. fo. 14. 1. parte.

Ad oscula nos inuitat Christus in cruce pendens. f. 15. 1. p.

Osculum, perpetua foelicitas. fo. 16. 1. parte.

Ostij officium. fo. 171. & 172. 2. parte.

Oues quomodo curandæ. fo. 202. 1. parte.

P.

Pace nil optabilius. fo. 43. 2. parte.

Pagani cur pagis & villis comparentur. fo. 103. 2. parte.

Apud Palæstinos vnguentorum vsus in conuiujs. fo. 24. 1. parte.

Palæstinarum mulierum mos circa capillos. fo. 193. 1. p.

Palæmon Virgilianus. fo. 121. 1. parte.

Palmæ natura quæ. fo. 87. 2. parte.

Palma, victoriæ symbolum. fo. 88. 2. parte.

Per parietem nostrum humana Christi natura significatur. f. 117 significatur etiam congeries peccatorum nostrorum. ibidem.

Passionem Christi, diadema esse. fo. 187. & 188. 1. p.

Pastoris officium, regij muneris Hieroglyphicum. f. 41. 1. p.

Pastore improbo nil perniciosius. fo. 23. 2. p.

Peccatum non inesse homini à natura. fo. 57. 1. p.

Peccata ex diuturna consuetudine obfirmata, sunt quasi murus. fo. 172. 2. parte.

Per peccatum Deus amittitur. fo. 156. 1. p.

Per pedes, affectus animi significari. fo. 69. 2. parte.

Pelles Salomonis quæ significant. fo. 54. & 55. 2. parte.

Pœnitentiam & gratiarū actionē Deo maxime placere. f. 4. 2. p.

A pœnitentia sanæda esse initia cōuersionis in Deū. fo. 19. 2. p.

Perfectorum secundus gradus non omnibus iustis conceditur. fo. 13. 1. parte.

Periculū eorum qui in alienis pascuis versantur. f. 66. 1. p.

Perturbatores pacis ecclesiæ à Deo puniri. f. 104. 59. 160. & 185. 1. parte.

Petrus, Iacobus & Ioannes, cur ad transfigurationis spectaculū admissi. fo. 44. 1. parte.

Petrus

INDEX.

- Petrus & Paulus Ecclesiæ oculi, piscinis in Essebon comparari. fo. 80. 2. parte.
- Petrus & Paulus Ecclesiæ Christianæ oculi duo. fo. 193. 1. parte.
- Petrus, Bariona, quare nuncupatus. fo. 131. & 132. 1. p.
- Philosophi antiqui vbi sponfus gregem suum pascere ignorauerunt. fo. 63. 1. parte.
- Plato ex libris sacris multa in suos libros transcripsit. f. 149. 1. p.
- Plotini, error refellitur. f. 1. 2. 2. parte.
- Pontifex Romanus Carmelo monti comparatur, & quare. fo. 83. & 84. 2. p.
- Pontifex Romanus & omnes Ecclesiæ pastores debent Christū crucifixum imitari. fo. 85. 2. p.
- Pontifici Romano & alijs pastoribus, in suis subditis quæ obseruanda. fo. 106. 2. parte.
- Prophetarū de Christo vaticinia, propugnacula argentea, vocantur. fo. 173. 2. parte.
- Precones. Verbi diuini Ecclesiam percutere & vulnerare dicuntur, & quare. fo. 23. 2. parte.
- Prædicator Euangelij oculis colūbæ cōparatur, & quare. f. 32. 2. p.
- Prædicatoris vox qualis esse debeat. fo. 127.
- Prædicatio Verbi diuini contra voluptates corporeas presentissimum remedium. fo. 93. 2. p.
- Prædicationi Euangelicæ omnia cedere. fo. 174. 2. p.
- Prælatos Ecclesiæ cedri naturam oportet imitari. fo. 85. 1. parte.
- Pseudoprophete ab exordio mundi. fo. 64. 1. p.
- Prudentia splendor virtutum omnium. fo. 191. 1. parte.
- Pudicitia aureis monilibus comparatur. fo. 74. 2. p.
- Pulchritudinis ratio in quo sita sit. fo. 51. 1. parte.
- Pulchritudo sanctorum in vulnerib⁹ Christi maxime perficitur. fo. 135. 1. parte.
- Pulchritudo animæ crescit per orationem. n. ibidem.
- Pulchritudo sponsæ palmæ comparatur, & quare. fo. 160. 1. p.
- Pulchritudo interna qualis sit. fo. 190. & 191. 1. parte.
- Pulchritudo Ecclesiæ maxima. fo. 191. 1. parte.
- Pulchritudo Ecclesiæ in orto concluso comparatur. f. 223. & 224. 1. parte.
- Pulchritudinem internam, maiorem esse externam. f. 194. 1. p.
- Pulchritudo sponsæ quare Libano monti & cedro comparatur. fo. 42. 2. parte.
- Pulchritudo Ecclesiæ maxima declaratur. fo. 51 & 52. 2. 1. p.

Pul-

INDEX.

- Pulchritudo oculorum sponsæ. fo. 54. 2. parte.
- Putationis tempus, status Euangelicus. fo. 125. 1. parte.

Q

- Per Quadrigas Aminadab, quid intelligatur. f. 62. 2. parte.
- Querela iustorum, quod efficiantur vineæ custodes. fo. 61. 1. parte.
- Quietem sponsæ impij interurbantes. fo. 106. & 107. 1. p.

R.

- Recti qui dicantur. fo. 50. & 51. 1. parte.
- Rectitudo quoruplex. ibidem.
- Rectitudo ad quæ conducatur. fo. 51. 1. parte.
- in Redemptione humani generis euexit sponfus vexillum chæritatis. fo. 97. 1. parte.
- Regendi manus cum in Deo iubente suscipitur, non esse periculum. fo. 17. 1. parte.
- Regendi prouintiā suscipētib⁹, pœnitētia necessaria. fol. 19. 2. p.
- Regnum Christi numerosissimum. fo. 28. 2. parte.
- Religionis opera summa indigent diligentia. fo. 60. 1. parte.
- Religionis cultus magnam requirit sollicitudinem. fo. 178. 2. p.
- in Romano Pontifice esse oculos columbarum. f. 169. 1. p.
- Romanus Pontifex, certissimum Christianorum præsidium. fo. 192. 2. parte.
- Roris nomine, in sacra scriptura, bona cœlestia significari. fo. 12. 2. parte.

S.

- Sabbata sabbatorum, quid, fo. 5. 1. parte.
- Sacerdotes in Christi memoriam sacrificium offerentes, dentes eius dicuntur. fo. 96. 2. parte.
- Sacra scriptura quomodo interpretanda. fo. 69. 1. parte.
- Sacra scriptura philosophorum sententijs exornanda. f. 74. 1. p.
- Sacramentorum nouæ legis præstantia. f. 29. 1. p.
- Sacramenta Ecclesiæ amoris diuini insignia. f. 184. 1. p.
- Salomon tribus libris, tres gradus quibus ad arcem veræ sapientiæ conscenditur, comprehendit. fo. 11. 2. parte.
- Salomonis nomine quid insinuetur. fo. 6. 1. parte.
- Salomon typum gerit Christi. ibidem.
- Salomon quare dicatur coronatus à matre regio diademate. fo. 185. 1. parte.
- Salomon, imaginem Christi prætulit. fo. 51. 2. parte.

Ff

Salomon

INDEX.

Salomon à mulieribus alienigenis seductus. fo. 155. 2. parte
 Sancta sanctorum quid. fo. 5. 1. parte.
 Tabernaculi tertia pars, quæ sancta sanctorum dicebatur, tertium gradum perfectorum adumbrat. fo. 2. 1. parte.
 Sanctimonialem decet omnes virorum conspectus. f. 134. 1. p.
 Sanguinis commotio quæ fit redeunte vere, amoris affectum excitat. fo. 121. 1. parte.
 Sapientes, vigiles & custodes in sacra scriptura appellari. f. 148. & 149. 1. parte.
 Scarabæus apud Aegyptios in maximo honore habitus. f. 56. 1. p.
 Sermo Christi suauissimus. fo. 43. 2. parte.
 Sermo dramaticus quid. fo. 7. 1. parte.
 Signaculum in sacra scriptura plerunque imaginem significat. fo. 159. 2. parte.
 Sol apud Persas & Aegyptios in summa veneratione habitus. fo. 58. & 59. 1. parte.
 Somnus unde proueniat, & quid significet. fo. 105. & 106. 1. parte
 Sophistarum argumenta nocti comparantur. fo. 146. 1. parte.
 Speculum Socratis. fo. 81. 1. parte.
 Spiritus sanctus in vento, igne, & columba significatur, & quare. fo. 39. 1. parte.
 Sponsus unguentum non reconditum, sed late diffusum. fol. 27. vsque. 32. 1. parte.
 In sponso multa quæ ad ipsius amorem nos mouent. f. 24. p.
 Qui sponsi amore languescunt, habent in ipso multa odoramenta quibus possint subleuari. fo. 24. 1. parte.
 Sponsus à sponsa rex appellatur, & quare. fo. 40. 1. parte.
 In sponsi cellaria qui ingrediantur. fo. 43. 1. parte.
 Ad sponsi cubacula qui sint digni. fo. 45. 1. parte.
 Sponsæ dignitas. fo. 67. & 68. 1. parte.
 Sponsæ pulchritudo. fo. 69. & 70. 1. parte.
 Sponsa laudes. fo. 73. 1. parte.
 Sponsæ amor erga sponsum. fo. 77. & 78. 1. parte.
 Sponsa sponso similis. fo. 88. 1. parte.
 Sponsa quare calamitatibus opprimatur. fo. 89. 1. parte.
 Sponsus transiliens montes & colles quid significet. f. 12. 1. p.
 Sponsus non sustinet consortem in sponsæ amore. fo. 133. 2. p.
 Sponsa prius quàm inueniret sponsum omnia creata est transgressa. fo. 152. 1. parte.
 Sponsus quare dicatur dormire. fo. 158. 1. parte.

Sponsæ

INDEX.

Sponsæ modestia, amor & gratitudo erga sponsum. fo. 2. 2. parte.
 Sponsus sponsam sororem appellat, & quare. fo. 12. 2. parte.
 Sponsæ pulchritudo Tyræ & Hierusalem comparatur, & quare fo. 50. 2. parte.
 Sponsum suum conspectum subtrahere vt ardentius desideretur. fo. 43. 2. parte.
 Sponsus vbi quærendus. ibidem.
 Sponsæ grauitas. fo. 81. 2. parte.
 Sponsæ studium vt sponsum imitetur. fo. 91. 2. p.
 Sponsa in beatitudine Christum osculatur. f. 30. 2. parte.
 Sponsus sibi soli vult nostri cordis amorem, cogitationes & studia dicata esse. fo. 158. 2. p.
 Sponsus vult vt in externo & interno homine Christi imaginem exprimamus. fo. 159. 2. parte.
 Sponsæ ad sponsum preces quibus ab eo auxilium postulat. fol. 177. & 183. 2. parte.
 Satus Ecclesiæ tres fo. 58. 2. parte.
 Status legis naturalis per auroram significatur. ibidem.
 Status legis scriptæ lunæ aptissimè comparatur. ibidem.
 Status legis Euangelicæ per solem significatur. fo. 59. 2. p.
 Status eorum qui ad Christum conuertuntur, optime choris & castris comparari. fo. 66. 2. p.
 Status eorum qui sunt in Ecclesia chori sunt castrorum. ibidem.
 Synagoga Ecclesiæ mater. fo. 155. 1. p.
 Synagoga antiquitus Deo præcipiente, facile obtemperabat. fo. 67. & 68. 2. parte.

T

Tabernaculum Moïsi in tres partes distributum, tres gradus quibus ad arcem veræ sapientiæ conscenditur præfiguratur. f. 1. 1. parte.
 Tabernaculum Mosaicum & templum Salomonis, totius mundi simulacrum. f. 42. 1. parte.
 Per Tabernacula Cedar quid significetur. f. 54. & 55. 1. p.
 Vtrunque testamentum intelligi per fructus nouos & veteres. fo. 113. 2. parte.
 D. Thomas etiam inter dormiendum dictabat. f. 9. 2. p.
 Thuris natura. fo. 223. 1. parte.
 Thus symbolum diuinitatis. ibidem.
 Traditiones superstitiosæ per Christum refecit. f. 125. 1. p.

ff 2

Ver 2

INDEX.

verbum Traho, in sacra scriptura quid significet. f. 34. & 37. 1. p.
 Tribulationes vitæ præsentis nos ad Deum properare compellunt. fo. 37. & 38. 1. parte.
 In tribulationibus Deum suis adesse. f. 116. & 117. 1. p.
 Turturis proprietates. fo. 73. 1. parte.
 Turtur apud quosdam capitis est ornamentum muliebri. f. 72. 1. p.
 Turturis genis comparatur sponsa, ad exprimendam ipsius verrecundiam. fo. 73. 1. parte.
 Turturis genas explicat Bernardus intellectum & voluntatem. ibidem.
 Turtur pro cantu gemitum edit. Christiani hominis imaginem exprimens, quem oportet pro culpis ingemiscere. ibidem.
 Turturis vox, index est ameni temporis. fo. 126. 1. p.
 Tyrfa vibs regia in sorte Ephraim. fo. 50. 2. p.

V.

Vatabli sententia erronea. fo. 5. 1. parte.
 Vbera sponsi, providentia eius significant, cum incomparabili charitate coniunctam. fo. 17. & 18. 1. parte.
 Vbera Christi. fo. 18. & 19. 1. parte.
 Vbera mundi. fo. 19. & 20. 1. parte.
 Per duo vbera Christi, intelliguntur duo testamenta. f. 21. 1. parte
 Vbera sponsi omni humano oblectamento præferenda. f. 23. 1. p.
 Vberum natura. fo. 210. 1. parte.
 Vbera quibus pascit sponsus suam passionem amanter contemplantas. fo. 92. & 93. 2. parte.
 Venter, quæ in sacra scriptura significet. f. 38. & 39. 2. p.
 Venter qui humanam Christi naturam significat, quare dicatur eburneus. ibidem.
 Venus quare dea Cypria dicta. fo. 79. 1. parte.
 Verbum Dei adulterari qui dicantur. f. 22. 1. parte.
 Vestibulum tabernaculi, primum gradum, videlicet proficientium significat. fo. 1. 1. parte.
 Vestis Christi in consuetudine typum ecclesie gerebat. fo. 41. 2. p.
 Per vestes sacerdotis ingressuri sancta sanctorum, quid significetur. fo. 46. 1. parte.
 Vexillum virtutum charitas. fo. 97. 1. parte.
 Via pro viuendi ratione aliquando in sacra scriptura vsurpatur. fo. 69. 2. parte.

INDEX.

Vinea, ea viuendi ratio cuius studio quisque tenetur, aliquando in sacra scriptura vocatur. fo. 177. 2. p.
 Vineæ Engaddi balsamum ferebant. f. 80. 1. parte.
 Vineæ Engadditanæ finitumque mari mortuo quæ vvas suauissimas ferebant. ibidem.
 Vinearum cultura maxima indiget cura. fo. 60. 1. parte.
 Vinum, doctrinam philosophorum, traditiones Iudaicas, ac præsentis vitæ delicias significat. fo. 49. 1. parte.
 Virgulæ fumi sponsa comparatur, & quare. f. 160. 1. p.
 Virtutum sponsæ odor, odori thuris comparatur, & quare. f. 223. 1. p.
 Virtus, aliorum oculos in sui admirationem rapit. f. 161. 1. p.
 In vita futura omnia fausta. fo. 121. & 122. 1. parte.
 In vita præsentis varijs laboribus affligimur. ibidem.
 Vita contemplatiua annulus Deo gratus. fo. 219. 1. parte.
 Umbilici officium & natura. fo. 74. 2. parte.
 Umbilicus concupiscentiæ symbolum. fo. 76. 2. parte.
 Umbilicus sponsæ, diuini amoris hieroglyphicum. ibidem.
 Umbra sponsi fouet, sapientes vero mundi umbram habent pestilentem. fo. 91. & 92. 1. parte.
 Umbracula aduersus ardorem libidinis. fo. 58. 1. parte.
 Unguentum quare oleum dicatur. fo. 26. 1. parte.
 Vnitas spiritus & animorum consensus, sponso gratissimus. f. 127. 2. parte.
 Vocem sponsæ sponsus expetit. fo. 184. 2. parte.
 Vocis humanæ a voce sponsi discrimen. f. 110. & 111. 1. parte.
 Vrna veteris arcæ in qua manna continebatur, Eucharistiæ sacramentum significat. fo. 2. 1. parte.
 Vulpis natura latissime explicatur. fo. 136. 1. parte.

Z.

Zelotypia suspicacissima. fo. 157. 2. parte.
 Zelotypia dura dicitur a sponsa, & quare. fo. 161. 2. parte.
 Zelus quid ibidem.
 Zelus iustorum ex charitate nascitur. fo. 162. 2. parte.
 Zoroastes, nobilis philosophus. fo. 25. 2. parte.

FINIS.

Ludouici Tribaldi Toleti La-
minitani Collegę Trilinguis, ad Autho-
rem carmen.

QVæ Salomon Tyrio quondam spectabilis Ostro
Aetheri cecinit fœdera sancta thori,
Hactenus arcanis latuere obducta tenebris,
Oedipodi quando vix erat orta dies.
Tandem, quem Musæ nitidis aluere papillis
Harmonacir, nostri lausq; , decusq; soli,
Ardua Gorgonei conscendis culmina montis
Iam Solymæ illustrans nubila densa lyræ.
Qualis purpureo Titan cum lustrat ab ortu
Cœliferi Athlantis, luce nitente, iugum.
Non tripode ardentem iuuat oculuisse lucernam,
Aurea sed Cœli tendere in Astra iuuat,
Melliferę quem dona Hyblæ, quem dulcis Hymetti
Aureaq; Hesperidum carpere poma iuuat.
Ergo agē Parnasia præcingere temporalauro,
Atq; hederæ canas neçtere honore comas,
Solutus inoffenso qui Dia poemata pandis
Limine, & astrigeræ splendida claustra domus.
Labdacidæ prolem superas Hieronymę, & acrem,
Sectantemq; bonos comprimis inuidiam,
Vincere Tithoni dignus, vel Nestoris annos
Nelidæ quando Nestoris ore tonas.
At, si festinans voluentia sæcula Clotho,
Stamina funerea rumpat acerba manu,
Scripta dabunt, quæ fata negant, quæq; inuidet & fors,
Victor iô Harmonacir, iam tua scripta dabunt.

